

del Collegio della Compagnia de' S. S. de Granada

B<sup>a</sup>

R. 10939

ALPHONSI HOIEDA  
DE MENDOCA  
CARMONENSIS

COLLEGII SANCTAE MARIAE DE IESV, ET  
vniuersitatis Hispalensis Collegæ, Cathedræ primariæ  
dictæ vniuersitatis Iuris Pontificij Regentis



DE BENEFICIORVM INCOMPATIBILITATE  
ATQVE COMPATIBILITATE

Tractatus.


*In cuius parte prima de varijs incompatibilitatum speciebus agitur.  
In secunda autem casus omnes, in quibus multa beneficia in  
persona vnius beneficiarij sunt compatibilia traduntur.*

Cum Indice locorumve insignium appositissimo.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,  
Apud Ioannem Variscum, & Socios.  
M D LXXIX.



del Collegio de la Compañia de Iesús de Granada B<sup>a</sup>

R. 10939

ALPHONSI HOIEDA  
DE MENDOCA  
CARMONENSIS

COLLEGII SANCTAE MARIAE DE IESV, ET  
vniuersitatis Hispalensis Collegæ, Cathedræ primariæ  
dictæ vniuersitatis Iuris Pontificij Regentis

DE BENEFICIORVM INCOMPATIBILITATE  
ATQVE COMPATIBILITATE

Tractatus.

*In cuius parte prima de varijs incompatibilitatum speciebus agitur.  
In secunda autem casus omnes, in quibus multa beneficia in  
persona vnius beneficiarij sunt compatible traduntur.*

Cum Indice locorumve insignium appositifimo.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,  
Apud Ioannem Variscum, & Socios.  
M D L X X I X.



GREGORIO XIII.  
PONT. OPT. MAX.

ALPHONSVS HOIEDA DE  
*Mendoza Iuris Pont. Doctor. S. P. D.*



POSTQVAM in nobilissimo Salmaticensi Hispaniæ Gymnasio vtrumque ius plures annos edidici, longo tempore præclari Hispalis Collegij Alumnus, in ea Academia professus sum. Sed cum animaduerterem commodiorem inire me posse viuendi rationem, si quæ magno labore adeptus eram, in aliorum etiam vsus conferrem, publica munera honorificè delata non recusaui, in quibus cum ita versatus fuisset, vt aliquem ex industria mea fructum in proximos deriuasse plerique iudicarent. Hispalensis ecclesiæ Capitulum me apud te, Beatissime Pater, pro grauius negociis legauit, ac morari voluit. Quod ego onus suscepì libentius, vt anno Iubilei sacra Urbis loca obirem, tuosque pedes oscularer. Verùm superius illud vitæ genus admonuit me, vt successiuis horis, quas occupationibus meis suffurari possem, aliquid scriberem, dumque liberum à me acriore studio inchoatum, de clericis ac eorum à potestate seculari exemptione, absoluere intendo. Marcus Antonius Cardinalis Maffæus, quem ego imprimis colo, atque omni veneratione prosequor, de beneficiorum incompatibilitate sententiam meam scriptis testatam poposcit, cui cum obtemperare (vt par erat) decreuissem, cœpi, quæ apud alios sparsim habentur, in capita digerere; Nemo

enim hoc argumentum copiosè persequutus est, atque ita euenit, vt scriptiones istæ meæ in iustum, vel in iniustum potius volumen excreuerint, quas cum Cardinalis vidisset, vt in lucem emitterem renitenti mihi auctoritate sua persuasit: censuit enim & charas tibi, & ecclesiasticis omnibus inutiles non futuras. Igitur ipsius imperio parui, tibi que consecratas has meas lucubrationes in publicum profero, quæ & si indignæ sunt, vt in conspectu tuo appareant, præferent tamen auctoris grati animi significationem, qui eximiã tuam in eum voluntatem tanta beneficentia declaratam non meliori potest in præfenti ratione compensare. Deus, qui Vicarium te suum in terris foeliciter constituit, Regni sui consortem post longa tempora in Cœlis efficiat.

## BIBLIOPOLA AD candidum Lectorem.



**H**OMO (*candide Lector*) cum animo & corpore constet, hoc cum bellis commune habet, ille ab eis differre demonstrat, Deoq; simillimum facit, quod *Diuus Augustinus* contemplanus, sic dicere solitus. Creauit Deus rationalem creaturam: vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. Quod vt facilius assequi posset, nunquam defuit etiam à mundi infantia post primi parentis lapsum illi remedia oportuna constituere, vt illud summum adipiscatur bonum: quando quidem cum ipsum hominem ad se creasset, inquietum illius est cor, donec in eo requiescat. Hanc igitur excellentiorem partem, nempe animam homo virtute et bonis moribus toto suo conatu imbutam habere debet, quod & præsensit *Iustinianus Imperator*, dum ait, oportet prius animas fieri eruditas, quod & *Marcus Tullius* de natura Deorum innuit, inquiens, quod prima officia Dijs immortalibus debentur, illaq; euangelica periodo *Seruator noster* conclusit. Primum querite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Quod vt facilius assequi posset homo, varia ministrorum genera in ecclesia sancta Dei constituta sunt, qui verbo & exemplo populum instruant & ad Deum dirigant, quibus propter huiusmodi officium beneficia plurima constituta sunt in multos distincta gradus, iuxta cuiuslibet persone prerogatiuã conferenda. Et quoniam ambitio aliquando inualuit: cum vnus homo plura ambiret beneficia & assequeretur: vt quidem alius esuriret, alius ebrius esset, propterea cum *Sacro sancto Concilio Tridentino* postremam manum huic malo admoisset, beneficiorum pluralitatem detestans, nisi aliqua subsisteret legitima causa. *Alphonfus Hoieda Hispanus* animo concepit hunc

*hunc extricare nodum, quando hoc fieri possit, quod & Deo dante opere complevit. Qui hoc sumum syntagma in duas distribuit partes, in prima agit de beneficiorum incompatibilitate, in postrema verò de illorum compatibilitate. Opus sanè peregrinum, omnibus, qui piè in Christo vivere volunt, valde proficuum, quo facile anima sua quisque consulere potest in talium beneficiorum affectione quid fugiendum, quid amplectendum sit. Cui (bone Lector) summam gratiam & habere & referre debes, cum potiore[m] hominis partem suis his scriptis, à quibus cavendum sit, docilem facere ac attentam exaravit. His igitur frueri, & nostri memoriam habeas. Vale.*

# ELENCHVS CAPITVM.

## CVM PRIMAE. TVM SECVNDAE

### TRACTATVS PARTIS.



#### Prima partis Capita.



De incompatibilitate summi Pontificatus cum alio Episcopatu. Cap. I.	car. 1
De incompatibilitate Cardinalatus cum Episcopatu, & aliis beneficiis curam animarum habentibus. Cap. II.	4
De incompatibilitate duorum Episcopatum, seu Archiepiscopatum. Cap. III.	6
De incompatibilitate Episcopatus cum alio quocumque ecclesiastico beneficio. Cap. IIII.	7
De incompatibilitate duarum Abbatiarum. Cap. V.	10
De incompatibilitate vnius Abbatiae cum alio quocumque beneficio ecclesiastico. Cap. VI.	11
De incompatibilitate duarum dignitatum. Cap. VII.	12
De incompatibilitate duorum officiorum. Cap. VIII.	14
De incompatibilitate duorum personatum. Cap. VIII.	15
De incompatibilitate dignitatis cum officio vel personatu, vel officii cum personatu. Cap. X.	16
De incompatibilitate dignitatis, officii vel personatus cū Canonatu. Ca. XI.	17
De incompatibilitate duorum Canonatuum & praebendarum. Cap. XII.	18
De incompatibilitate duorum beneficiorum curam animarum habentium. Ca. XIII.	20
De incompatibilitate duarum ecclesiarum parochialium commendatarum. Cap. XIII.	29
De incompatibilitate duarum vicariarum perpetuarum. Cap. XV.	34
De incompatibilitate dignitatis, officii, personatus, cum beneficio curato. Cap. XVI.	36
De incompatibilitate duorum beneficiorum simplicium residentiam requirentium. Cap. XVII.	38
De incompatibilitate duorum beneficiorum, quorum alterum est curatum, & alterum residentiam requirit. Cap. XVIII.	44
De incompatibilitate duorum, seu plurium beneficiorum simplicium etiam residentiam non requirentium, quorum vnum est sufficiens ad congruam sustentationem. Cap. XIX.	48
De incompatibilitate duorum beneficiorum sub eodem tecto. Cap. XX.	56
De incompatibilitate magnae multitudinis beneficiorum. Cap. XXI.	60
De incompatibilitate duorum beneficiorum cuiusvis qualitatis, in monacho seu religioso. Cap. XXII.	62
De incompatibilitate vnius beneficii in persona illius, qui originem ducit ab Hebraeis, seu Sarracenis attentis statutis aliquarum Hispaniae ecclesiarum auctoritate	

Secunda partis Capita.

**D**E compatibilitate plurium beneficiorum simplicium residentiam non requirentium. Cap. I. 108  
 De compatibilitate multorum beneficiorum, quorum vnum tantum residentiam requirit, alia verò non. Cap. II. 112  
 De compatibilitate multorum beneficiorum simul vnitorum, vel ab vno dependentium beneficio, seu alteri adhaerentium. Cap. III. 114  
 De compatibilitate duorum beneficiorum vnius in titulum & alterius in commendam. Cap. IIII. 119  
 De compatibilitate plurium beneficiorum tenuium. Cap. V. 123  
 De compatibilitate duorum beneficiorum curatorum, vnius actu, & alterius habitu & potentia tantum. Cap. VI. 123  
 De compatibilitate vnius beneficii in titulum cum pensionibus, seu praestimoniis non assignatis in titulum. Cap. VII. 125  
 De compatibilitate multorum praestimoniorum, quando in titulum non assignantur. Cap. VIII. 127  
 De compatibilitate multorum beneficiorum in persona vnius beneficiarii, quando alii idonei beneficiarii deficiunt. Cap. IX. 129  
 De compatibilitate vnius dignitatis, officii, personatus, seu beneficii simplicis, vel curati cum vicariatu generali Episcopi, seu alterius ordinarii. Ca. X. 132  
 De compatibilitate multorum beneficiorum mediante consuetudine, vel statuto introducta. Cap. XI. 136  
 De compatibilitate multorum beneficiorum mediante dispensatione. Cap. XII. 140

TRACTATUS  
DE BENEFICIORVM  
INCOMPATIBILITATE

ATQ. COMPATIBILITATE  
ALFONSI HOIEDA DE  
Mendoca Carmonensis.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficium ecclesiasticum vnde dicatur.
- 2 Quid sit beneficium.
- 3 Pensio ecclesiastica vtrum sit beneficium.
- 4 Hospitale vtrum sit ecclesiasticum beneficium.
- 5 Ecclesiastica beneficia instituta, & ordinata sūt à iure positivo, & quae à iure diuino.
- 6 Ecclesiasticum beneficium est duplex. seculare, & regulare.
- 7 Sacralia beneficia multa sunt, & regularia similiter. ibidem.
- 8 Incompatibilitas vnde dicatur.
- 9 Incompatibilitas beneficiorum quid sit.

P R A E F A T I O.



**M**PRIMIS ne pignora pro cedamus, videndum erit, cur beneficium appelletur certa illa redditu portio, quae cuique ministerio obtigit: plerique enim hanc vocem, vt barbaram omnino, & ineptam resugunt, & sacerdotia malunt, quam beneficia, hos redditus appellare. Verum (ni fallor) sacerdotium pro munere ac dignitate magis, quam pro redditu aut ob mentione accipi videtur apud Latinos auctores, & constat hac sacra stipendia non tantum sacerdotibus, sed alijs etiam ministris concedi. Vnde animaduertendum erit, morem fuisse veteribus praedia ac possessiones militibus tribuere, vt hoc beneficio deuincti animosiores ad Rem publicam tutandam, & defendendam redderetur. id factum ab Alexandro Seuero testis est Lapidius, quem & alij Imperatores ante Iustinianum sequuti sunt: vt ex eorum constitutionibus apparet, nempe ex tex. in l. 2. & in l. 7. C. de fundis limitrophis, & terris, & paludibus, lib. 1. r. C. ubi praedijs perquam affinia sunt ea, quae ob fidem, & obsequium fruenda conceduntur: moribus, non Longobardorum modo (à qui-

bus hoc praediorum fruendorum genus manasse ad nos videtur) sed etiam nostris, & omnium, propè totius Europae populorum, ac gentium, & haec quidem praedia non ineptè beneficia à quibusdam appellata sunt, & beneficiarij, qui ea possident. Nam & beneficiariorum militum merito est apud Caesarem in Commentarijs, sensu haud omnino dissimili, & apud plerosque alios auctores, quorum pura, latinaque est oratio, huc verò morem, qui in rebus prophanis receptus erat, imitati sunt ecclesiastici viri, & praedia, possessionesque ob ministerium ecclesiae singulis ministris alcriptas beneficia vocauerunt ecclesiastica. nam beneficium varias habet significationes: vt colligitur ex Ioanne de Selua in trac. de beneficijs in j. parte in q. j. & 2. & Io. Corraf. in paraphra. sacerdotiorum, in j. par. in e. j. Pet. Rebuffi, in praxi. benefic. inquit, quid sit, & quot modis dicatur beneficium.

2 Circa distinctionem beneficij multam variat scriben. in iure nostro, & ideo plures distinctiones refert Ioan. de Selua in tractat. de beneficijs in j. par. in q. j. & aliam distinctionem assignat Ioan. Corraf. in paraphra. sacerdotiorum, in j. par. c. 2. Sed haec distinctio magis placet, nempe quòd beneficium ecclesiasticum est res ecclesiastica, quae sacerdoti, vel clerico ob sacrum ministerium vtenda in perpetuum conceditur mediante canonica institutione. Et dictum fuit in distinctione, res: quoniam non ministerium ipsum, siue officium, sed commodum potius inde proueniens beneficium appellatur: & inde sequitur, quòd is qui dignitate ecclesiastica ornatus est sine redditu ac prouentu, cuiusmodi sunt Archidiaconi quidam, qui imaginarij, & honorarij vocari solent, is beneficiarius dicendus non est. Dictum praeterea fuit, ecclesiastica, quòd ea bona Deo, & ecclesiae dicata, consecrataque sint ex quibus huiusmodi redditus constat: vt probatur in c. res ecclesiae. j. q. 5. cum similibus. Dictum etiam fuit, sacerdoti, vel clerico: quoniam si quid fruendum concedi solet laicis hominibus

bus ex bonis ecclesiarum, id beneficium proprie nõ dicitur: veluti quod conceditur Oeconomis, Cantoribus, & alijs, qui ecclesijs deseruiunt, non tanquam clericis, sed in alijs officijs necessarijs. Dicitur præterea fuit, ob sacrum ministerium: quia sicut beneficia militaria, ac prophana militibus ac prophanis hominibus ab fide & obsequio, dantur: ita hæc facta beneficia Deo cõsecratis ob sacram, spiritualemque functionem conceduntur, & ideo hæc beneficia facta, spiritualiaque quodammodo esse dicuntur: quia tamen cõsecratis sacri non sũnt, sed prophani; tamen sacro ita coherent muneris, vt separatione non recipiant, vt c. j. & c. si quis obiecerit. j. q. 3. in c. ad nostram. de symo. in c. vlt. de rescri. lib. 6. neque vlli conceduntur, qui ad munus illud obeundum idoneus nõ sit, sed sacerdoti aut clerico. Dicitur præterea fuit, in perpetuum: quia eum ad tempus minister ecclesiarum ordinari non possit, necesse est beneficium ipsum, quod ministerio coniunctum est, perpetuum esse: vt probatur in c. j. de capell. monac. lib. 6. & ibi scribẽ. nam & de beneficijs militarijs, & prophanis idem constitutum est, quibus hæc perquam vicina, similiaque esse iam admonuimus: vt probatur in titu. quibus causis feud. amitt. in §. vltimo, in vlt. feud. vlt. loco dictum fuit, medianre canonica institutione: quia huiusmodi ecclesiasticum beneficium sine canonica institutione obtineri nequit: vt in regul. beneficium, de regul. lib. 6.

3 Ex qua diffinitione clarẽ constat, quod þ pensio ecclesiastica, quæ annuum genere neutro propriè ac latinè dici potest, ecclesiasticum beneficium non est; vt probat text. in c. quamuis. il. j. de præben. lib. 6. vbi quando mandatur alicui prouideri de beneficijs, vigore talis mandati de pensione prouideri non poterit, & ratio est: quia pensio non est beneficium, ex quo text. not. ibidem Dominico, quod appellatio beneficiorum, non comprehenduntur pensiones in literis beneficioribus: sed solum comprehenditur beneficium, quod datur in titulum habens ius spirituale, non autem pensio, quæ solum consistit in temporalibus, & idem notat ibidem Pet. de Anchar. in not. 3. dicens, quod quando Papa mandatur alicui prouideri de beneficijs vsque ad certam summam, non poterit de pensione prouideri, ex eo quod sumitur interpretatio strictior, & propria: vt illa non comprehendatur, nam propter beneficia quis intitulatur, & obligatur ecclesiarum, & tenetur ad residentiam: vt in c. si cleric. non residen. sed per pensionem quis non intitulatur, nec ad residentiam tenetur: vt in c. possessione. 28. q. j. & in c. illud. 2. q. 6. Idem tenet Archid. in d. c. quamuis. col. 2. in ver. prouideri. & ibi Ioan. Andr. col. vlt. in vers. in glo. Papa noster. & idem videtur probare text. in c.

ad audientiam. 2. de rescript. ex eo quod in illor. pensio, & beneficium ponuntur vt diuersa: ibi annuas pensiones, seu beneficia, & ita nõ ibidem Abb. notat. primo, & Fel. similiter, & alij scriben. & ita tenendum est, quod pensio ecclesiastica non sit ecclesiasticum beneficium: vt resoluit Gig. de pensio. in q. 28. quamuis Barba. in d. c. ad audientiam, contrarium teneat, & mouetur tribus fundamentis, quibus satisfacit Ioan. de Selua. in tract. de benef. q. 7. in j. part. nu. 1. dicens, quod prima opinio est communis, & respondet similiter Gig. vbi supra.

4 Inferitur præterea, quod þ hospitale non est beneficium ecclesiasticum: vt probatur in cle. per literas. de præben. vbi not. scriben. & facit clem. quia contingit. de religiosis domib. & text. in clem. 2. de præben. & notat Paul. in cle. quia contingit. de relig. domib. & gloss. in clem. dispendiosam. de iud. Archid. in c. eum qui. de eo qui mittit. in possess. & Florian. in clem. j. de sequel. possess. dixit communem opinionem Carr. lun. consi. 20. nu. j. Alij autem tenent contrarium nempe quod hospitale sit beneficium ecclesiasticum: vt inquit gloss. j. in clem. j. de decimis, quam sequitur ibidem Card. & Abb. Panor. Pro concordia dicendum est, quod aut hospitale datur in titulum, & tunc beneficium est ecclesiasticum aut verò non datur: in titulum, & non est beneficium ecclesiasticum, ita resoluit Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum. in tit. de deuolut. num. 73. & Ioan. de Selua. in tract. de benef. 2. par. q. 1. nu. 8.

5 Inferitur etiam ex prædictis, quod þ ecclesiastica beneficia sunt instituta, & ordinata à iure positio, & non à iure diuino: vt probatur in c. j. iuncta glo. j. 13. q. j. vbi Dionysius Papa fuit inuentor, & diuisor ecclesiarum parochialium, & facit text. in cap. pastoralis. de his que sunt à Prælat. & in c. j. vt lit. penden. & in c. 2. de præben. lib. 6. vbi dicitur, quod Papa habet in beneficijs potestatem plenariam, & idem probat text. in c. proposuit. de concess. præben. Vnde secus esset dicendum, si de iure diuino essent instituta, & ordinata: nam tunc Papa plenariam potestatem non haberet: vt probatur in c. sunt quidam. 25. q. j. & dictum fuit in tracta. de cleric. & eorum exempt. à potestate sæcul. in 2. par. in ampliat. 40. num. 7. vers. sed vt verum fateamur, & ita hanc opinionem, quod beneficia ecclesiastica fuerunt instituta iure humano, tenuit Panor. in disput. incip. Episcopus. & in c. constitutus. nu. 13. de relig. domi. & in c. extirpanda. §. qui verò. de præben. num. 2. in c. cum dim. per illum text. in c. j. 22. distinct. vbi Papa instituit Archiepiscopos, & alios in dignitate ecclesiastica constituit, & facit etiam text. in canone in illis. 80. distinct. & hanc sententiam tenet Ioan. de Selua. in tract. de benef. in j. part. q. 4. nu. 22. & 23. & Petr. Rebuff. in gl. ad concordata in rub. de constitutu.

6 stit. in gloss. in verb. Parochias. & hæc est communis sententia: vt inquit Christo. Iacoba. in tract. de Concilio. lib. 4. art. 4.

Quod verum est etiam in beneficijs regularibus: quia hæc etiam ortum & originem à iure positio habuerunt, per tex. in c. cum de benefic. de præben. lib. 6. & text. in c. cum ad monasterium. de stat. monac. ver. nec alicui. & in clem. in agro. §. cæterum. eod. tit. & text. in c. inter quatuor. de relig. domib. & resoluit ita Ioan. de Selua. in d. nu. 22.

Quæ conclusio declaratur primò: vt nõ procedat in Papatu, qui quidem de iure diuino & non de iure positio fuit institutus. Nam cum Redemptor noster à nobis sua corporali presentia decedere decreuisset, suum Vicarium & Ecclesiarum Pastorem Beatum Petrum Summum Pontificem, & post eum quemcumque successorem dimisit: vt gregis periculum occurrere posset. Christus enim ante mortem suam dixit Petro. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo clauas Regni cælorum: & quodcumque ligaueris &c. vt habetur. Matth. 16. cap. & in c. in nouo 21. distinct. & in c. quodcumque. 2. q. quest. 1. & in cap. solita. de maiorit. & obedien. & ipse est, qui tenet vices Christi, & in cap. ad Apostolicam. de re iudica. & in c. pro humani. de homicid. lib. 6. & sic non puri hominis, sed veri Dei vices in terris gerit: vt in cap. licet. & ibi doct. de translat. Episc. & in c. scilicet. 50. dist. circa quam declarationem videndus est notabiliter Iacoba. in d. tract. de Concilio. lib. 7. & Ferd. Loazes in tracta. de matrim. Regis Angliæ, in 2. dub. in j. fundamento pro parte affirmatiua nu. 9. & Io. de Selua. in tract. de benef. in j. parte q. 4. num. 36. & Cassan. in cathalogi gloriæ mundi, in 4. par. in consideratione 7. & dixi latè in d. tract. de cleri. & eorum exempt. in prima par. in c. 14. nume. 2. cum multis seq.

Secundò declaratur: vt non procedat in Cardinalatu, qui de iure diuino & nõ positio fuit institutus, vt in cap. per venerabilem in §. rationibus. qui fil. sunt legit. & ita resoluit Barba. in tract. de præstan. Cardin. in j. parte, in q. j. in prin. & in nu. 35. & notabiliter Iacoba. in tract. de Concilio. in lib. 1. in arti. 12. vbi enumerat priuilegia Cardinalium, quæ hæc tamen videnda sunt ea, quæ adduxi in hac 1. parte, in ca. 13. in numero 2.

Declaratur tertio: vt non procedat in Episcopatu, qui quidem institutus & ordinatus fuit de iure diuino. Nam Episcopi successerunt in locum Apostolorum: vt in c. in nouo ver. Iphis quoque. 21. dist. & in clem. si quis suadente. §. nec super. ver. Episcopi enim dicuntur Sanctissimi Christi delegati, de pœnis, & hanc sententiam per multa fundamenta tenet Barba. in tra-

cta. de præstan. Cardin. in prima parte quæst. 1. numero 8. & facit gloss. in proem. 6. lib. in ver. Episcopus, vbi dicit, quod in Ecclesia Dei nullus est maior ordo, & ita resoluit Ioan. de Selua. in dicto tractatu de beneficijs, in prima parte quæstio. quarta, in nume. 25. & Cassan. in Cathalogi gloriæ mundi, in quarta parte, in consideratione 25. & dixi d. tract. de cleri. & eor. exempt. in 1. par. c. 10. num. 5.

6 Et þ prædictum Ecclesiasticum beneficium duplex est, sæculare, & regulare: vt probatur in c. cum singula. de præben. lib. 6. & sæculare est, quod clericis sæcularibus est additum, & debitum, & sæculares clerici dicuntur, qui nullam professi sunt regulam, sed in sæculo deseruiunt, vt inquit glo. & post eam Bald. in c. licet. de offic. ordina. & regulariter omne beneficium ex primæua institutione sæculare præsumitur, nisi regulare probetur: quia cum diuus Petrus fuerit sæcularis, præsumitur quod ita beneficia fundata sint sequen. illum primum patronum, & ita voluerunt Domini de Rota in decisio. 33. incipien. fuit dubitatum. in nou. & Philipp. Prob. in addit. ad glof. Monac. in ca. super eo. numero 17. de præben. lib. 6. & Nicola. Mil. in rept. suo in verb. beneficium quest. 23. & ideo sæcularis non tenetur probare beneficium sæculare esse, sed is, qui illud regulare dicit: nam habet pro se præsumptionem is, qui est sæcularis, vt per scriben. in capt. eum de benefic. de præben. lib. sexto. Regularia beneficia sunt, quæ Religiosis addita sunt, vel ex fundatione, vel ordinarij seu superioris institutione: vt in ca. 1. vbi not. doctor. de capell. monac. vel de cõsuetudine, seu præscriptio: vt pote quia per regulares regi & administrari consueuerunt per quadraginta annos: vt in ca. cum de beneficio. de præben. lib. 6. & glo. in pragmatice sanctione in titu. de collatio. in §. idem ordo. vers. regularibus, vel quando capellæ in monasterio fundatæ fuerunt, nam illæ præsumuntur regulares, nisi per sæculares teneri sint solitæ: vt resoluit Petr. Rebuff. in concordata. in titu. de collat. in §. volumus. in gloss. in verb. regularia. & Idem Rebuff. in praxi beneficiorum, in titulo, quotuplex sit beneficium, & in titu. regularia beneficia multiplicia.

7 Sæcularia þ beneficia multa sunt. Primum est Papatus, vt supra dictum est. Secundum beneficium est Patriarchatus. Tertium beneficium est Archiepiscopatus. Quartum beneficium est Episcopatus. Quintum beneficium est Cardinalatus. Sextum beneficium est Abbatia sæcularis. Septimum beneficium est dignitas, personatus, seu officium. Octauum beneficium est Ecclesia Parochialis. Nonum beneficium est Canonicatus cum præbenda, seu portio in Ecclesijs Cathedralibus, Metropolitanis. De-

cium beneficium est id, quod habent Clerici in Ecclesiis Collegiatis, qui in iure ascisi dicuntur, vt in cap. cum ad hac. de cleric. non residen. Vndecimum beneficium est simplex beneficium, quod non habet animarum curam. Duodecimum beneficium est Capella seu Capellania. Decimumtertium beneficium est altare fundatum in Ecclesia. Decimumquartum beneficium est praetimonium seu Pontificale, ita colligitur ex adductis à Ioan. de Selua in d. tracta. de benefic. in prima parte, quaestione 2. nume. 26. cum seq. & Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum, in titu. saeculare beneficium quod duplex.

Similiter regularia beneficia sunt multiplicia, quaedam enim sunt duplicia: vt Abbatia regularis, officium, Prioratus Conuentualis, Prioratus Claustralis. simplicia sunt, Prioratus simplex, & Canonatus regularis: vt colligitur similiter ex adductis à Ioan. de Sel. vbi supra nume. 49. cum seq.

3 Incompatibilitas ¶ non fuit in vsu (ni fallor) apud auctores Latinos, sed nomen est in uerum à iuris Pontificii Professoribus, & nihil aliud est, quia concursus rerum, quae commodè stare non possunt: vrputa duae mulieres in vna domo, vel haereticus cum catholico, vel Iudaeus cum Christiano: vt in cap. quanto. cum sequenti, de diuort. vel iuuenis luxuriosus cum pulchra puella: vt in l. si verò §. si adolefcens. ff. man dati, & in l. non aliter. ff. de vsu & habit. & in l. si qui adulteri. C. ad leg. Iul. de adulte. vel duo tyranni saturnales, vel his similia.

9 Sed quod attinet ad praesentem tractatū incompatibilitas sic diffinitur ¶ est in vna persona beneficiorum ecclesiasticorum concursus à iure ex causa reprobatus, dixi in vna persona, nam in diuersis personis bene possunt concurrere beneficia, quae aliàs in vno sunt incompatibilia: dictum etiam fuit, beneficiorum ecclesiasticorum, ad differentiam aliorum beneficiorum, quae quidem multa concurrere possunt in vna persona, neque censentur incompatibilia: siue à diuersis, siue ab vno fiant huiusmodi beneficia, dictum fuit praeterea, concursus à iure ex causa reprobatus; nam aliquando possunt aliqua beneficia ecclesiastica esse compatibilia in vno: vt latius videndum erit in 2. parte huius tractatus.

S V M M A R I V M.

- 1 Summus Episcopatus an sit incompatibilis cum alio Episcopatu, & nu. seq.
- 2 Summus Pontificatus est ecclesiasticum beneficium.
- 3 Romanus Pontifex est is, qui à duabus partibus Cardinalium est electus.

- 4 Episcoporum residentia necessaria est in proprijs Episcopatibus, & an de iure diuino sit.
- 5 Summus Pontificatus fuit institutus de iure diuino.
- 6 In Ecclesia Dei sunt necessarij alij Praelati, & Pastores, praeter Pontificem Romanum.
- 7 Diuisio ecclesiarum fuit instituta à iure humano & non diuino.
- 8 Romanus Pontifex legibus solutus est.
- 9 Romanus Pontifex in toto terrarum orbe facere potest quicquid inferiores Praelati facere possunt.
- 10 In beneficijs summus Pontifex habet liberam facultatem disponendi.
- 11 De facto vacant beneficia & pensiones electi in Romanum Pontificem.

De incompatibilitate summi Pontificatus cum alio Episcopatu. Cap. I.



1 **V** à capite incipiamus (sub correptione sacrosanctae matris Ecclesiae) videtur posse dici, quod ¶ summus Pontificatus sit incompatibilis, cum alio quolibet Episcopatu consideratis rationibus subsequentijs.

2 Primò pro hac sententia facit: nam ¶ summus Pontificatus est ecclesiasticum beneficium, & haec fuit sententia Angel. de Clausio in sua summa, in titulo de beneficio. §. 1. adeo quod comprehenditur in cap. primo. de regu. iur. libro 6. Ita vt sine canonica institutione & electione obtineri non possit, & ita si quis (quod absit) fuerit intrusus in Papatu, per Concilium generale est repellendus: vt in capit. si duo. & in cap. si quis pecunia. 79. distinct. & facit text. in cap. si Papa. 40. distinct. & not. Abb. in cap. licet. de electio. & hinc est, quod Bald. in proemi. decretalium, in col. septima. inquit, quod ante coronationem Papa nõ appellatur seruus seruorum Dei, & gloss. in proem. clemen. in verb. Pontificatus. inquit, quod Papa non appellatur Pontifex, nisi consecratus, benedictus, & coronatus, & ita sentit Specul. in titu. de rescript. praesentatione. §. 8. ver. item quod obtentum, & tenet Panorm. in dicto proemio Clemen. post glo. in verb. Pontificatus, & glo. similiter in data Sexti dicit, quod consuetudo est in Romana Curia, quod post electionem ante consecrationem, & coronationem non dicitur Pontifex, arg. tex. in c. licet. de elect.

3 Veritas tamen circa hoc est, quod ¶ verus Romanus Pontifex est & habetur is, qui à duabus partibus Cardinalium est electus in Romanum Pontificem.

Pontificem: vt clarè probat text. in cap. licet de vitanda. de elect. ibi. ille absque vlla exceptione ab vniuersali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus electus fuerit & receptus: ibi notant scribentes omnes nemine discrepante, & ita resoluit Fely. in cap. eam te. colum. 4. versic. secundo. & adeo hoc est verum, quod praefatus electus à duabus partibus est verus Papa, & contrarium dicens incurrit excommunicationem Papalem: vt dicit text. in extrau. Clem. Sexti. quae incipit, quia nonnulli, & ita tener glossator in proemio regul. Cancell. & Dominici. de Sancto Geminiano in cap. fina. post glo. ibidem de concess. praeben. lib. 6. Et quod summus Pontificatus est ecclesiasticum beneficium resoluit Ioan. de Selua in tracta. de beneficijs in prima par. quaest. 2. nume. 26. Vnde videtur, quod sit incompatibilis cum alio Episcopatu: nam duo Episcopatus simul non possunt obtineri, & sunt incompatibiles: vt probatur in Concilio Calcedonen. in c. 10. & c. Sanctorum. 70. distinct. c. vno. 10. q. 3. c. quia in totum. & c. ad hac & c. de multa. de praebend. cap. quia nonnulli. de magistris, cum multis similibus, & specialiter id nouissimè statutum est in Sancto Concilio Tridentino Sess. septima, capitu. 2. vbi specialiter loquitur de obtinente plures Ecclesias Metropolitanas seu Cathedrales. facit etiam in confirmationem: nam summus Pontifex est Episcopus Romanus, prout est notum, vnde ex hoc solo videbatur, quod nõ possit habere alium Episcopatum.

4 Secundo facit pro praedicta sententia ¶ quia Episcoporum residentia necessaria est in proprijs Episcopatibus, adeo quod multi tenent, hanc esse de iure diuino: vt est Gaet. in tracta. de pastorum residentia, & Iaco. Naclautus in eodem tracta. & Thom. Campeg. in opusculo de resident. & Barthol. Caransa Archiepiscopus Tolentan. in lib. de necess. residen. Episcopo. & Dominici. de Soto in lib: 10. de iust. & iure. quaest. 4. per totam quaest. & hoc videtur sentire Concil. Tridentinum Sess. 6. capitu. 6. de reform. & Sess. 23. cap. P. de reforma. & scripsi in tracta. de cleric. & eorum exempt. à potestate saecul. in 1. parte. cap. 1. num. 14. versic. praedictis tamen non obstantibus. Sed sic est, quod Pontifex Romano non potest residere in Episcopatu Romano, & in alio etiam Episcopatu simul, ergo videtur dicendum, quod summus Pontificatus est incompatibilis cum alio Episcopatu.

5 Tertiò pro hac sententia facit ¶ quia summus Pontificatus per se, & Episcopatus per se fuerunt instituti de iure diuino: vt supra dictum est in praefatione, numero quinto, ergo dicendum videtur, quod summus Pontificatus sit incompatibilis cum alio Episcopatu: nam aliàs non esset necessaria distincta institutio de iure diuino.

6 Quarto facit ¶ quia in Ecclesia Dei vniuersali necessarii Praelati & pastores praeter Pontificem Romanum, quod multipliciter probatur.

Primo iuxta doctrinam diui Thom. in 4. senten. distinct. 19. vbi inquit, ea quae circa singularem oportet operari, nõ eodem modo omnibus competunt: Vnde sicut praeter generalia medicinalia praeccepta oportet adhibere medicos, à quibus praeccepta vniuersalis medicinae singulis infirmis secundum quod debent, aptentur: ita in quolibet Principatu, praeter illum, qui vniuersaliter praeccepta legis tradit, oportet esse aliquos, qui ea singulis secundum quod debent, adaptent: & propterea etiam in caelesti Hierarchya sub Potestatibus, qui indistinctè praesunt, ponuntur Principatus, qui singulis prouincijs distribuunt, & sub his Angeli, qui singulis hominibus in custodiam deputantur. Vnde & ita debet esse in militantis Ecclesiae praetatione, vt apud aliquem esset praetatio indistinctè in omnes, & sub hoc essent aliqui, qui super diuersos distinctam potestatem acciperent.

Secundo hoc idem necessarium ostenditur, ex eo quod impossibile erat totum populum Christianum per vnum solum hominem immediate regi atque gubernari. Vnde manifestè apparet, pro bono ecclesiae regimine fuisse necessarium, vt praeter summum & vniuersalem Praetatum Romanum Pontificem, alii in Ecclesia instituantur Praelati.

Tertiò hoc etiam luce clarius apparet ex ipsa diuersitate actionum necessariorum in Ecclesia Dei, ad quas cum vnus simul & semel sufficere sit impossibile, necesse fuit diuersos ministros in ecclesia deputari ad hoc, quod expeditius & sine confusione omnia rectè peragantur, quae ratione Beatus Gregorius Papa inquit in c. singula, disti. 89. singula ecclesiastici iuris officia, singulis quibuscunque personis sigillatim committi iubemus: sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita in ecclesiae spiritali corpore conferendum est hoc officium vni, alii committendum est aliud: nec enim quantumlibet exercitatur vni personae vno tempore duarum rerum officia committenda sunt.

Quarto hoc arguitur: ex decencia: decens enim est, vt sicut in vniuerso inueniuntur diuersae causae mediae praeter causam primam, quamuis ipsa per se possit immediate in effectum cuiuscumque causae efficiens: ita in vniuersali Ecclesia praeter potestatem Papalem inueniuntur debuerunt diuersi gradus aliarum potestatum.

Quinto probatur: quia sic nobilior redditur Principatus ecclesiasticus, dum plures in eo diuinae cooperationis participes sunt dispensatores diuinarum ministeriorum.

Sextò hoc patet: quia ex tali varietate potestatum

statum & graduum, sponſa Chriſti Eccleſia pulchrior, & ornatio conſurgit, quam rationem aſſignat Beatus Gregorius in cap. ſingula. diſtin. 89. dicens: ſicut varietas membrorum per diuerſa officia, & robur corporis ſeruat, & pulchritudinem repræſentat: ita varietas perſonarum per diuerſa nihilominus officia diſtributa & fortitudinem & venuſtatem Sanctæ Dei Eccleſiæ manifeſtat.

Ultimo loco hoc ipſum probatur: quia factum eſt propter vtilitatem eccleſiæ, cuius vniuerſitati ſacriſieri non poſſet, niſi præter ſummum Paſtorem Papam, forent aliqui alij.

Nihilominus non deſunt aliqua argumenta ad probandum, quòd ſummus Pontificatus non ſit incompaſibilis cum alio Episcopatu. Nam ¶ diuiſio eccleſiarum inſtituta fuit à iure humano & non à iure diuino: vt probat tex. valde notab. in c. p. iuncta gl. c. 1. 11. quæſt. 1. vbi Dyoniſius Papa fuit inuentor & diuiſor eccleſiarum; & ita tenet Abb. Pan. in ca. extr. pauidæ. in §. qui verò, in ſua repetitione col. 2. de præbend. & in cap. cum olim. per illum tex. de conſuetu. ſtud. etiam probatur per cap. ſecund. de præbend. & dignita. lib. 6. & in Clem. 1. vt lite penden. & ita reſoluit Io. de Sel. in tract. de benef. in 1. par. q. 4. nu. 19. Vnde cum prædicta diuiſio facta fuerit à iure poſitiuo, clarè ſequitur, quòd Pontifex Romanus poteſt retinere ſimul aliam Eccleſiam: 8 Episcopalem cū ſummo Pontificatu: quia ¶ Romanus Pontifex legibus ſolutus eſt, & iura humana cum non ligant: vt probat tex. in l. Princeps legibus. ff. de legib. & l. ſi. ff. quib. mod. teſtam. in firm. & l. ex imperfecto. ff. de legat. 3. & l. ex imperfecto. C. de teſtam. & l. ſi hæredum C. de inoff. teſtam. l. 1. ff. de conſti. princip. §. ſed & quod Principi. inſtit. de iure naturali. & declarat multa adducēs Ferd. Vaſq. in lib. 1. con. trouerſ. illuſtr. c. 26. numc. 13.

9 Secundò facit ¶ quia Papa eſt immediatus prælatuſ, & iudex omnium fidelium, ac in toto terrarum orbe facere poteſt, quicquid inferioris Prælati facere poſſunt in ſuis diœceſibus.

Quod primò probatur: nam in quocumq; ordine quando tota poteſtas inferiorum dependet & originatur à poteſtate ſuperioris ad quæcunq; ſe poteſt extendere poteſtas inferiorum ad omnia illa ſe poteſt extendere immediate poteſtas ſuperioris, ſed poteſtas iuriſdictionis omnium aliorum prælatorum in eccleſia à poteſtate Papæ derivatur, ergo ſequitur, quòd ſummus Pontifex poteſt in toto orbe omnia facere immediate, quæcunq; poſſunt alij Prælati.

Secundò ſic probatur, & ſupponendum eſt: vt inquit Diuus Thomas in 2. ſenten. diſtin. 9. quòd diuiſio Hyerarchiæ in ordines eſt totius poteſtati in partes potètiales, cuius totius con. ditio eſt, quòd ſecundum completam virtutè eſt

in parte ſuprema, & quòd talis poteſtas ſue poteſtas ſuperior habet in ſe completus ea, quæ ſunt inferioris ordinis, quo ſuppoſito in ordine Hyerarchico, quicquid poteſt inferior virtus, ſiue poteſtas, poteſt ſuperior. Sed virtutes, ſiue poteſtates inferiorum Prælatorum in Hyerarchia Eccleſiaſtica ſunt inferiores poteſtate ſummi Pontificis; ergo quicquid poteſt virtus, ſiue poteſtas cuiuſcunq; Prælati inferioris in ſua diœceſi, vel plebe cõmiſſa, poteſt ipſe Papa.

Tertiò probatur: nam poteſtas Papæ in eccleſiaſtica hyerarchia eſt poteſtas vniuerſalis: poteſtas verò aliorum Prælatorum eſt poteſtas particularis. Sed p̄as & virtus vniuerſalis efficacius agit in id, qd ſubijcitur virtute particulari q̄ ipſa particularis virtus, ergo Papa ſua vniuerſali p̄tate p̄t in toto & in omni plebe, quicquid poſſunt prælati inferiores, & amplius & p̄fectius, in cuius ſignū Synodus Calcedonenſis, acclamauit Leoni Papæ. Leo Sanctiſſimus Apoſtolicus vniuerſalis Patriarcha per multos annos viuat.

Quartò probatur: quia non minoris authoritatis, amplitudinis & poteſtatis eſt Papa ſummi Regis Vicarius in Regno Eccleſiæ quantum ad immediatam executionè authoritatis ſuæ ad extenſionem ſuæ poteſtatis, quàm Reges temporales in Regnis temporalibus in executione poteſtatis ſuæ, vt clarum eſt, ſed quilibet Rex poteſt immediate in Regno ſuo facere quicquid inferiores poteſtates poſſunt, etiam eis irrequiſitis: vt patet, ergo multo fortius Papa ratione amplitudinis ſuæ poteſtatis poteſt in Regno eccleſiæ, vbiunque & quandocunq; ſibi bonum videbitur, facere quicquid inferiores prælati poſſunt facere.

Quintò id probatur: nam Episcopi dantur Papæ in adiutores, & vocantur in partem ſollicitudinis: ſicut ſeptuaginta ſenes in adiutoriu Moysi. Numc. 1. 1. Vnde Papa ordinando Episcopoſ dicit, man. lata cœleſtia efficacius gerimus, ſi noſtra cõſtitribus onera partiamur. Sed ille, qui aſſumit aliquem in adiutorem, non ex hoc amittit poteſtatem operandi: cum ſibi vacauerit, aut voluerit, imò ipſe eſt principalis operas, & adiutor eſt ſecũdarius, ex quo clarè ſequitur, quòd Papa poteſt omnia agere circa plebes totius orbis, quæ inferiores prælati quicunq; poſſunt etiam ipſis irrequiſitis.

Sextò id probatur: quia quicunq; facit aliquid per alium, hoc etiã per ſeipſum facere poteſt. Sed cum inferiores Prælati actus hyerarchicos exercent circa ſubditas plebes, hoc agere dicitur ſummus Pontifex per eos, ergo ſequitur, q̄ Papa in tota hyerarchia eccleſiaſtica poteſt per ſeipſum facere quemcunq; actum hyerarchicum, quem inferior prælatuſ facere poteſt.

Septimò id probatur, quia Papa inſtituēs prælatos in eccleſijs, vocans eos in partem ſollicitudinis,

dinis, non ſpoliat ſe poteſtatis plenitudine, neq; iuriſdictionis per cognitionem, ex quo clarè ſequitur, quòd Papa ſemper poteſt immediate exercere, & exequi in toto terrarum orbe, quicquid alij inferiores prælati poſſunt.

Oſtendit id probatur: quia Papa tenet in eccleſia locum Domini noſtri Ieſu Chriſti, Episcopi autem Apoſtolorum, ſed ridiculum eſſet & blaſphemiam, q̄ Chriſtus præſens eccleſiæ ſuæ cot. potali præſentia non poſſet per orbem totū immediate quicquid Apoſtoli eius poterant in eccleſia, ergo ſimiliter videretur blaſphemia vicini, q̄ Chriſti Vicarius non poſſit immediate exercere in toto orbe, quicquid alij Prælati poſſunt. Antecedens clarè probatur ex doct̄. Chriſtoſtomi ſuper c. vlt. diui Ioannis. Cum igitur ex prædictis clarè conſtet, q̄ Papa eſt immediatus Prælatuſ & iudex omnium fidelium, ac in toto terrarum orbe facere poteſt, quicquid inferiores prælati facere poſſunt, clarè ſequitur, quòd ſummus Pontificatus non eſt incompatibilis cum alio Episcopatu.

Vnde videtur dicendum, q̄ hæc inueſtigatio ſit ſuperflua ¶ cum certum ſit in huiuſmodi beneficiis, ſummum Pontificem liberam habere facultatem diſponendi ad libitum: vt probatur in c. 2. de præb. li. 6. & in cle. 1. in fi. vt lit. penden. & no. Pau. Caſt. in conſi. 81. inci. primū dubium. Ant. & Abb. in c. cõſtitutus Dominic. poſt glo. 1. in fi. in c. ſi gratioſe. de reſcri. lib. 6. & facit gl. not. in c. per principalem. 9. q. 3. cū ſum. & Rom. in conſi. 29. inci. circa præmiſſa, & facit et. vbi no. Abb. i. c. ex multiplici. de decim. & no. Bal. in conſi. 3. 8. in lib. 1. & in conſi. 1. lib. 3. & Phil. Corn. in conſi. 149. in lib. 1. & laſ. in l. ſi. ff. de pact. & idè laſ. in l. Barbarius. ff. de off. Prætoris. Alex. in conſi. 2. inci. viſis codicillis lib. 1. & Phi. Dec. in conſi. 173. in prin. & cõſi. 2. 24. & conſi. 175. & idem Deci. in c. quæ in eccleſiarum. de conſi. & ibi no. Fely. & Deci. eſt in nu. 26. & Fely. in nu. 40. & 41. de qua conſuſione non eſt dubitandū, & in ſimili ita reſoluit Lud. Gomeſ. in præc. regul. Cancell. q. 3. vbi dubitat, vtrum regulæ Cancellariæ ligent ipſam Papam. & reſoluit, quòd prædicta quæſtio videtur impertinens, niſi reſpectu regularum, quæ concernunt periculum animæ. & idè ſerè dicit in regula de in firm. reſignan. in 1. par. q. 1. & hinc eſt, q̄ ſuperflua etiã videtur illa quæſtio, quam mouet Collecta. in c. ſi. de conceſ. præb. An per promotionem ad Papatum vacent ipſo iure omnia beneficia Papæ, quem reſert Lud. Gomeſ. dicta prima quæſtione.

Quicquid autem ſit de iure circa prædicta ¶ tanta ¶ tamen eſt æquitas & iuſtitia Roma. Pontificum, quòd ipſimet volunt, quòd Episcopus, & alia etiam beneficia eccleſiaſtica vacent per promotionem ad ſummum Pontificatum,

imo & officia & penſiones vacent per eorū promotionem, quòd ſummam habet æquitatem & maximum præbet exemplum alijs prælatiſ: vt abſtineant à beneficiorum pluralitate: cum ipſimet legum conditores, & qui liberã habent diſpoſitionem diſponendi ad libitum circa beneficia, abſtineant ab huiuſmodi pluralitate nõ ſolùm incompatibilium, ſed etiam compatibilium. Nam (prout dixi) vacant omnia beneficia, etiam ſimplicia, penſiones & officia.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cardinalatus vtrum ſit incompatibilis cum Episcopatu, & nu. ſeq.
- 2 Cardinales ſunt vnum corpus cum Papa.
- 3 Cardinalatus eſt eccleſiaſticum beneficium.
- 4 Quando id quod minus videtur in eſſe in eſſe, ergo id quod minus.
- 5 Appellatione dignitatis, quando conſtitutio eſt favorabilis & priuilegiata, comprehenditur Cardinalatus.
- 6 Quando conſtitutio prohibet id, quod in ſe malum eſt, comprehendit Cardinales.
- 7 Stylus Curie Romane pro lege ſeruandus eſt.
- 8 Intellectus text. in c. bona memoria. il primo, de poſtul. prælat.
- 9 Concilium Tridentinum in hanc ſententiam ad ſtipulatur.
- 10 Multi tenent Cardinalatum eſſe compatibilem cum Episcopatu.
- 11 Cardinalis vtrum poſſit eſſe Canonicus ſimul.
- 12 Dignitates, quæ adinuicem ſe compatimuntur, poſſunt in eodem ſubiecto cadere.
- 13 Iura generaliter loquentia in caſu prohibitiuo, an comprehendant Cardinales.
- 14 Intellectus extrauag. execrabilis Ioan. xxii. de præben.
- 15 Episcopatus & beneficia an vacent per promotionem ad Cardinalatum.
- 16 Cardinalis non poteſt obtinere beneficia incompatibilia.

## De incompatibilitate Cardinalatus cum Episcopatu, &amp; alijs beneficijs curam animarum habentibus. Cap. II.



AXIME controuerti ſolet inter ſcribenſes, vtrum ¶ Cardinalatus poſſit ſimul obtineri cū Episcopatu, ſeu Archiepiscopatu, & præſuppoſito q̄ non loquimur de Cardinalibus exiſtentiſ Episcopis in Curia Romana:



prout est Cardinalis Ostien. & Cardinalis Tusculan. & alij, de quibus dictum fuit à nobis in tracta. de Cleric. & eorum exempt. in 3. par. in ca. 13. nu. 11. sed loquimur de alijs Cardinalibus, qui non sunt Episcopi in Curia Romana. Videtur dicendum, quod Cardinalatus sit incompatibilis cum Episcopatu: prout tenet Pan. in c. bo. memorie. il primo. de postula. prelat. nu. 6. & idem Panor. in c. ecclesia vestra. il 2. de electio. num. 3. quam opinionem sequitur Fely. in c. ad aures. num. 11. de rescrip. & in c. quod super his, de si. instru. & Gomef. in proem. regu. Cancellaria. in versi. ex quo inferitur, & in reg. de impetran. benefi. vacan. per obitum Cardin. quaestio. 12. & hanc etiam sententiam sequitur Pet. Duen. in tract. regul. & fallen. in verb. beneficium, in regu. 71. & Dominic. de Soto in particulari quaestione, quam fecit de pluralitate beneficiorum dicens, quod est lex prohibens, ne Cardinales, qui Romæ resident, Episcopi fiant, quæ sententia vera videtur ex fundamentis subsequentibus.

2. Primò quia Cardinales sunt vnum corpus cum Papa, sicut Canonici cum Episcopo, argu. tex. & quod ibi not. scriben. in c. ecclesia vestra. il 2. de elect. & Hostien. in c. antiqua. de priuileg. & Bal. in l. cum multa. C. de bonis quæ liberis, & Archid. in c. cum Redemptor. & in c. Abbatibus. 12. q. 2. & scriben. in c. super eo. de haer. lib. 6. & latè Ludou. Roman. in confi. 418. & in confi. vlti. & Aluarot. in c. 1. in prin. Episcopum vel Abbatem, & additionator Abbatis in d. c. bono. il j. de postula. prelat. super nu. 6. in litera D. Sed Cardinalis nõ potest assistere Romano Pontifici, & esse in Episcopatu, ergo clarè sequitur, quod Cardinalatus & Episcopatus sunt incompatibiles.

3. Secundò id probatur. Nam ¶ Cardinalatus est ecclesiasticum beneficium: vt resoluuit Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 1. par. q. 2. nume. 33. argu. tex. in c. 2. de cleric. non residen. cuius officium consistebat antiquitus in mortuis sepeliendis & infantibus baptizandis, prout inquit Archid. in c. vbi periculum. de electio. lib. 6. & Card. in clem. ne Romani. §. porro. de electio. & Alber. de Rosat. in rub. C. de sum. Trini. & si. Cath. & Barbat. in tract. de præstati. Card. in 1. quaest. primæ par. nu. 5. & 11. hodie autem Cardinalium officium non versatur circa prædicta, sed eorum officium proprium est assistere & consulere Pontifici Romano, & eum coadiuare in officio sacerdotali: vt inquit Card. & And. Barb. vbi supra, & idem Barb. in dicta j. par. quaest. 12. nu. 1. per tex. in c. fundamenta. §. decet. de elect. lib. 6. & in c. per venerabilem. §. rationibus, qui filij sunt legi. sed impossibile est, quod Cardinalis prædicta exerceat, & sit præfens in Episcopatu, cuius residetia ibi est necessaria;

vt supradictum est in c. r. nume. 4. Ergo clarè sequitur, quod Cardinalatus & Episcopatus sunt incompatibiles.

4. Tertio pro hac sententia facit nã si id, quod minus videtur inesse, inest, ergo id, quod magis, vt probatur in c. cum in cunctis. & ibi no. gl. adducens alia iura similia in principio de electio. Sed minus videtur inesse, quod vacent priora beneficia propter promotionem in Episcopatum. Nam Episcopatus hodie est minor Cardinalatus: vt dictum fuit à nobis in dicto tract. de cleric. & eorum exempt. in 1. par. in c. 13. nu. 6. Est enim Cardinalatus maior dignitas, quæ sit in ecclesia post Papatum hodie, secundum quod not. scriben. in c. dilectus. il primo, de prebend. & tamen vacat beneficia priora per promotionem ad Episcopatum: vt est tex. in cap. cum in cunctis. §. cum verò. de electio. & infra latè videndum erit. Ergo propter promotionem in Cardinalatū debet Episcopatus vacare, & inde clarè sequitur, quod Episcopatus & Cardinalatus sunt incompatibiles.

5. Quarto pro hac sententia facit: quia ¶ quando constitutio est fauorabilis, & priuilegiata, tali casu appellatione dignitatis comprehenditur Cardinalatus: vt est glo. singularis in ca. 2. de præben. lib. 6. & resoluuit Gomef. in proem. regul. Cancell. in quest. 4. in si. in versi. quartus casus & vltimus est. & Andr. Barba. in dicta prima par. tracta. de præstati. Cardin. q. 7. quasi per tot. sed sic est, quod tex. in cap. de multa. de præben. loquē. de dignitate, loquitur in materia fauorabili: nam illa dispositio fauet ecclesijs, vt beneficiati resident in eorum beneficijs, ergo sequitur, quod habeat locum in Episcopatu, & Cardinalatu, imo in hac materia residentia appellatione clericorum comprehenduntur ipsi etiam Cardinales: vt probat text. in cap. secundo. de cleric. non residen. iunct. rubri. sua, vbi rubrica loquitur de cleric. non residen. & text. in dicto capit. secundo. punit Cardinalem non residentem.

6. Quarto pro hac sententia facit: nam ¶ quando constitutio prohibet aliquid, quod de se est malum, & inducit peccatum, isto casu Cardinales sine dubio comprehenduntur, & hinc est, quod sub dispositione capituli. si quis suadente. decimaseptima quaestione quarta. Cardinales includuntur: vt dicit Ioan. Monac. in extrauag. Bonif. VIII. quæ est prima, in ordine sub ritu. de senten. excommunic. in extrauag. communibus, glossatis per eundem, in verbo. clericos. & Fely. in capitu. quod super his. in columna quarta, versic. tertio. quia sequeretur. de fide instrumentorum. & hinc est, quod in text. in capitu. omnis vtriusque sexus, de penitent. & remissio. comprehenduntur Cardinales, licet textus de eis non loquatur: vt tenet Abba.

Abba. in capitu. omnes. de maiorita. & obedi. & in capitu. nouit. in 3. columna, de iud. & denique ubi lex concernit utilitatem animæ, non solum Cardinales, sed etiam omnes Principes sub ea comprehenduntur: ut inquit Præpositus in capitu. non licet. in principio in decima distinct. & Ioan. Monac. ubi supra: nam in istis, quæ sunt de genere malorum tãto grauius quis punitur, quanto maior est, qui peccat: ut in capitulo, cum quidam, de iureiuran. pro quo facit dictum illud iuuenalis in Saryra octaua. *Omne animi vitium tanto conspectius in se crimè habet, quanto maior, qui peccat, habetur.* cuius dicti meminit gloss. in verb. tanquam, in capitulo secundo, §. fina. de translat. Episcop. & est textus pro eo in l. presbyteri. C. de Episcop. & Cleric. Neque dignitas Cardinalatus liberat Cardinalem à vinculo legis, quæ usque adeo omnes viuentes astringit, saltem quoad uim directiuam: ut Theologi distinguunt, quod etiam ipsa Augusta, quæ alioquin irradiatur radijs Augusti, & habet priuilegia, quæ habet ipse Princeps: ut in l. filius. §. fin. ff. de iur. filie. & una & eadē persona, & caro cum Principe reputatur, sub generali legum vinculo comprehenditur: ut est textus nota. in l. Princeps. ff. de legibus, nisi ipsa specialiter excipitur à lege, prout in l. penul. C. de donat. inter uir. & uxo. & in l. bene à Zeno ne. C. de quadriem. præscript. Sed sic est, quod non residere in Episcopatu Episcopum, cum ad id fuerit deputatus, & electus per se absolute sumptum malum uideretur: ergo clarè colligitur, quod Cardinalatus comprehendatur in dicto capitulo, de multa. de præben. quoad incompatibilitatem cum Episcopatu.

Sextò pro hac sententia facit stylus Curie Romanæ, nam Pontifex non solet conferre Episcopatum in titulum Cardinali, qui residere debet in Curia Romana, sed solum in commendam: ut sustentari ualeat cum commoditate, ut inquit Dominic. de Soto in dicta sua resolutione circa beneficiorum pluralitatem, & quauis eidem Dominico de Soto non placeat iste modus prouidendi Cardinalibus Episcopatus: quia (inquit) quod id fit in fraudem legis, mihi tamen non ita durum uideretur. nam Romanus Pontifex nunquam solet concedere Episcopatum seu Ecclesiam Cardinali in Commendam, nisi quando adest iusta causa, nempe quod Cardinalis ultra dignitatem, quam habet, est insignis persona, & Ecclesie Romanæ utilis, & necessaria, & non habet unde commode possit sustentari attenda prerogatiua suæ dignitatis. vnde non uideretur inconueniens, quod fructus Episcopatus illi assignentur in Commendam ad uitam eius tantummodo relictis etiam fructibus pro sustentatione congrua Administratoris dicti Episcopatus seu Ecclesie,

qui quidem Administrator manet, & est tanquam uerus Prælarus, & nominatur ab ipso met Cardinale, & facit residentiam tanquam uerus pastor, & ita non defraudatur seruitium, & residentia Episcopatus.

7. Vnde ¶ prædictus stylus Curie Romanæ pro lege custodiendus est: ut probat textus in capitulo, ex literis. de constitution. & in capitulo, quàm graui. de crim. falsi. & Cardina. in consilio trentesimo, incipiente in hoc dubio, columna, tertia numero uigesimoquarto, & in capitulo, literas. de iuramen. calum. & Feder. in consilio 251. Incipiente casus ralis est, Iacobus in fia. Additionator Abb. in proemio decretalium, in verb. stylus, & Ant. de Petru. in tractatu de offic. iudican. in fia. & probat etiam textus in lege, obseruandum. ff. de iudi. & in l. tertia, in fine, ff. de testibus, & Bartolus in l. iuris peritos, ff. de excusation. tutorum, Baldus in l. finali, C. quæ sit longa consuetudo, & in l. de quibus, columna tertia, quaestione secunda, ff. de legibus, & in l. Labeo. ibi, morem agentium sequi debemus. ff. de statuliber. Martil. in sing. 117. incipiente, stylus Curie, Cornueus in consilio 277. incipiente post superscripta. columna secunda, in libro tertio, ex quo clarè sequitur, Cardinalatum esse incompatibilem cum Episcopatu.

8. Septimò ¶ pro hac sententia facit textus expressus in capitulo bonæ memorie. il primo, de postulat. prelati. ubi probatur, quod Cardinalis fuit postulatus in Archiepiscopum, & Romanus Pontifex noluit admittere prædictam postulationem, dicens quod presentia dicti Cardinalis sit utilior Ecclesie Romanæ uniuersali, quàm Archiepiscopatu, & ideo præferendo Romanus Pontifex utilitatem communem speciali, & maiorem minori, non admittit prædictam postulationem, ex quo textu clarissime probatur, quod Cardinalatus sit incompatibilis cum Episcopatu duabus considerationibus. Prima est: quia Cardinalis fuit postulatus, & non electus ex eo, quod cum esset Cardinalis, non poterat eligi sed postulari, & nulla alia est ratio: nisi quod Cardinalatus est incompatibilis cum Episcopatu, nam si alius essent compatibles Cardinalatus, & Episcopatus, non erat necessaria postulatio, sed sufficiebat electio: ut colligitur ex traditis à Corral. in tractatu de postulat. in principio. Secunda consideratio est: nam Romanus Pontifex ibi præfert communem utilitatem speciali utilitati. Vnde sumitur argumentum maximum, quod ibi communis utilitas non poterat concurrere cum speciali, & quod sunt incompatibiles Cardinalatus, & Episcopatus. Nam aliàs si essent compatibles, non erat necessaria prælatio, & ita negari non potest, quod ille textus clarè probat,



bar, Cardinalatum, & Episcopatum esse incompatibiles.

9 Octavo pro hac conclusione est expressus rextus Sancti Concilij Tridentini, sess. 24. capitulo 17. ubi clarè probatur, quòd Cardinalis comprehenditur in hac prohibitione: ut non possit obtinere Cardinalatum cum Episcopatu ibi. quòd in quibuscunque personis quocumque titulo etiam si Cardinalatus honore fulgeant, mandat observari, ex quo textu clarum videtur, & sine dubio id, quod supra dictum est.

10 Non tamen desunt, qui contrariam sententiam tenent, credentes Cardinalatum, & Episcopatum non esse incompatibiles, & ita Panormi. in dicto capitulo bona. il primo, de postulato, praelatorum, inquit in facti contingencia se vidisse multa Consilia pro hac sententia, & hanc partem defendit Andr. Siculus Barba. in tracta. de prestan. Card. in prima parte quaestione 12.

Pro qua sententia facit imprimis. nam text. in capitulo dilectus. il primo, de praben. & in capitulo ecclesia uestra. il secundo, de election. probat, quòd Cardinalis potest promoueri in Episcopum. Ergo eadem ratione dicendum erit, quòd poterit de Episcopo promoueri in Cardinalem, & retinere Episcopatum cum Cardinalatu, quam rationem assignat Barba. ubi supra. Sed si bene consideretur hoc fundamentum nihil probat pro hac sententia: nam non sequitur. Cardinalis potest promoueri in Episcopum, ergo potest tenere Cardinalatum, & Episcopatum, neque similiter sequitur potest promoueri in Cardinalem Episcopus, ergo potest retinere Episcopatum & Cardinalatum, quòd clarè patet: quia quando Cardinalis promouetur in Episcopum est ea intentione: ut relinquat Ecclesiam Romanam, & faciat residentiam in proprio Episcopatu, & quando Episcopus eligitur in Cardinalem, est similiter ea intentione: ut renunciet Episcopatu, & accedat ad Ecclesiam Romanam, & si aliter fit, est uirtute dispensationis cum retentione: ut factum fuit à Martino Quinto cum Cardinale Sancti Marcelli, & cum Cardinale Sanctæ Crucis; ut refert Barba. ubi supra numero quarto, & hoc quod fit uirtute dispensationis, non est trahendum ad dispositionem iuridicam, & ius commune: ut clarè patet.

Secundò pro hac sententia facit textus in capitulo ecclesia uestra. il secundo, de electio. ubi 11 probatur, quòd t Cardinalis potest esse Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, & ea ratione, qua est Canonicus, & Cardinalis: & potest tenere utrumque in titulum, eadem ratione poterit tenere Episcopatum in titulum, & Cardinalatum, quod similiter fundamentum addu-

cit Andr. Barba. ubi supra numero quinto. Sed dicendum est, quòd hoc fundamentum nimè concludit: non enim sequitur, potest quis esse Canonicus, & Cardinalis, ergo potest esse Episcopus, & Cardinalis simul, & utrumque habere in titulum. Prima ratio diuersitatis est; quia Canonicatus quamuis habeat residentiam de iure, non tamen habet animarum curam, quam curam animarum habet Episcopatus, & ita cum sit maior ratio in animarum cura, quam in residentia, non debet sumi argumentum prædictum. Secunda ratio est: quia de iure Canonicus potest abesse ab Ecclesia Cathedrali, & esse in seruitio Episcopi, & nihilominus in absentia percipit fructus lucubræ: ut probat textus in capitulo ad audientiam. de clericis non residen. Ergo clarè sequitur, quòd Cardinalis, qui est in seruitio summi Pontificis, percipit in absentia iure optimo fructus suæ præbendæ, & Canonicatus, & ita hoc respectu Canonicatus non est incompatibilis cum Cardinalatu, unde non procedit prædictum argumentum factum à Barba. Vel potest etiam aliter responderi, quòd in dicto capitulo, ecclesia uestra, non probatur hæc conclusio, quòd Cardinalatus, & Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis sint incompatibiles: bene tamen probatur, quòd Cardinalis, de quo in illo textu, erat Canonicus: non tamen ex hoc sequitur, quòd sint compatibles Canonicatus, & Cardinalatus: quia potuit Cardinalis habere Canonicatum ex dispensatione, postquam fuit Cardinalis; uel potuit Canonicus effici Cardinalis cum retentione Canonice, & ita clarè non obstat hoc fundamentum Barba.

12 Tertiò pro hac sententia facit t nam illæ dignitates possunt in unum, idemque subiectum cadere, quæ ad inuicem se compatiuntur ut nota scriben. in capitulo ex literis de probat. & in §. Ideoque. C. de nouo Codice faciendo, ubi not. Baldus, & probatur in §. illud, in autentico, ut iudices sine quo, suffragio. Sed Episcopatus, & Cardinalatus compatiuntur se ad inuicem: ut probat textus in capitulo bona. il primo, de postulatione praelatorum, ubi Cardinalis fuit postulatus in Archiepiscopum, ergo possunt currere in idem subiectum. Ad hoc fundamentum facilius respondetur, quòd textus in dicto capitulo bona. il primo, non probat, quòd Episcopatus, & Cardinalatus compatiuntur se ad inuicem, imò probat contrarium, prout supra dictum fuit in hoc capitulo, numero octauo.

Quartò pro hac sententia facit: quia non est iure cautum, quòd quis non possit esse Episcopus, & Cardinalis: ergo id non est dicendum. Ad hoc respondetur, quod satis iure cautum est:

ut constat ex fundamentis superioribus adductis.

13 Quintò facit t quia iura generaliter loquentia in casu prohibitionis, nunquam comprehendunt Cardinales, & eos qui sunt membra, & pars corporis Papæ. Nam persona, quæ inter alias supereminet qualitate habet, nisi specialiter nominetur, non uidetur sub generali constitutione comprehendendi: ut inquit in specie Ioan. And. in cap. 1. de scismat. libro sexto, ubi tenet, quòd licet sub dispositione generali comprehendantur Episcopi: non tamen comprehenduntur Cardinales: quia maior ratio est in Cardinale quam in Episcopo propter maiorem eius qualitatem, & hinc est, quòd de stylo Cancellariae, quando Cardinalis impetrat rescriptum, habere debet specialem formam distinctam ab alijs, uidelicet, exposuit nobis dilectus filius noster tituli Sanctæ Praxedis presbyter Cardinalis, ut denotetur personæ singularitas, ex quibus constat puto commune illud dictum, legem generaliter loquentem nunquam comprehendere casus specialiter priuilegiatos: ut inquit gloss. in autent. de hæred. quæ ab intestat. in principio, & Inf. in l. postquam liti. colum. fina. C. de pact. & Dec. in consi. 5. & Fel. in capitulo primo, in septima columna uersiculo secundo, dispositio, de rescript. & Gomes. in Commentarijs ad capitulum statutum, numero 47. de rescript. libro sexto, præterquam quando ponitur illa clausula, cuiuscumque status, præminentie, gradus, uel dignitatis existant: tunc enim includuntur Cardinales, alijs non: per ea quæ nouissimè accumulauit Fran. de Rip. in l. prima, columna octaua, numero 19. ff. de vulgari. & pupillari, & ita resoluit multa adducens Gomes. in proœm. regul. Cancell. quaestione quarta, uersiculo imprimis igitur, cum multis sequentibus. Ad hoc fundamentum respondetur, quòd quamuis hoc uerum sit: tamen quando dispositio prohibet, quod malum est, comprehenduntur Cardinales: ut supra dictum est numero sexto. uel secundò respondendum est, quòd clarè loquitur de Cardinalibus, & eos comprehendit Concilium Tridentinum, ubi supra, quando prohibet beneficiorum pluralitatem: & satis etiam probatur de iuranc. in dicto capitulo. bona. il primo de postulat. Prælat.

14 Sextò t pro hac sententia uidetur textus in extrauaganti execrabilis. de præben. & dignit. inter extrauagan. Ioan. XXII. ponderando eam ibi. Cardinalibus tamen Sanctæ Romanæ ecclesiæ, qui circa nos uniuersali ecclesiæ seruiendo singularum ecclesiarum commoditatibus se impendunt. ex quo text. uidetur probari, quòd in prohibitione pluralitatis beneficiorum non comprehenduntur Cardinales, & ideo Gomes.

in proœm. regul. Cancell. inquit, quòd Ioannes XXII. cõditor illius extrauagantis, certis de causis fuit multum Cardinalibus, eos excipiendos in dicta extrauaganti. Sed si bene consideretur ille text. nihil probat contra primam opinionem. nam Ioannes XXII. in dicta extrauaganti reuocauit omnes, & quascunque dispensationes factas super retentione pluralitatis quorumcunque beneficiorum curam animarum habentium, & in hac reuocatione (inquit) quòd non comprehenduntur Cardinales, qui ex dispensatione plura obtinent beneficia curam animarum habentia, ex quo text. potius confirmatur, quam infirmatur prima opinio, considerando quòd ibi Cardinales obtinebant pluralitatem mediæ dispensatione, non autem iuris communis dispositione.

Manet ergo firma, & uerior prima opinio quòd Cardinalatus sit incompatibilis cum Episcopatu. Ex quibus uidetur dicendum, quòd sicut Cardinalatus est incompatibilis cum Episcopatu, ita similiter est incompatibilis cum Abbatia regulari, seu seculari, uel cum alio beneficio quocumque, quod curam habeat animarum, uel cum alia dignitate, seu officio, & resoluit Panor. in dicto c. ecclesia uestra, il secundo, numero tertio, addens, quòd t Episcopatus, & prædicta beneficia curata, & dignitates, & officia uacant ipso facto, quòd assumitur quis in Cardinalem, per text. in c. de multa. de præben. & quæ dicantur beneficia curam animarum habentia in seruis dicendum erit latè. Si autem sunt beneficia simplicia quamuis residentiam requirunt, non uacant per prædictam promotionem in Cardinalem, sed possunt simul retineri cum Cardinalatu: quia is qui in seruitio Romani Pontificis est, a residentia excusatur, ut infra c. 17. nu. 29. imò postquam fuerit creatus quis Cardinalis poterunt eidem prædicta conferri beneficia simplicia, non tamen ea quæ residentiam requirunt nam hæc conferenda non sunt eis, qui residere non possunt: ut in c. quia nonnulli. & in c. relatum, & in cap. cum ad hoc. de cleric. non residen. & prædicta sunt intelligenda de Cardinale Diacono seu presbytero, non autem de Cardinale Episcopo. Nam hic nulla potest retineri beneficia siue curata siue simplicia, etiam si nullam habeant animarum curam, neque ei poterunt de nouo conferri: ut optimè resoluit Panor. in d. c. ecclesia uestra. il secundo nu. 5.

16 Ex prædictis clarè inferitur, quòd t etiam Cardinalis non potest obtinere quæcumque beneficia incompatibilia: ut Abb. in capitulo ecclesia. secundo, de election. & Fel. in capitulo ad aures: numero undecimo, de rescriptis, & Duenas in tract. regul. in reg. 71. & Concilium Tridentinum sess. 24. capitulo 17. alia uide in secunda parte, in capitulo secundo infra.

## S V M M A R I V M.

- 1 Duo Episcopatus sunt incompatibiles.
- 2 Validum est argumentum de matrimonio carnali ad spirituale.
- 3 Plures Episcopatus habere est ambitio.
- 4 Argumentum à fortiori validum est in iure nostro.
- 5 Episcopus ex precepto diuino tenetur residere.
- 6 Habere duos Episcopatus videtur iure diuino repugnare.
- 7 Duo Archiepiscopatus sunt incompatibiles.
- 8 Duo Patriarchatus sunt incompatibiles.
- 9 Episcopus cum Archiepiscopatu, vel Patriarchatu est incompatibilis.
- 10 Sub simplicibus continetur mixtum.
- 11 Per obtentionem secundi Episcopatus vacat primus ipso iure.
- 12 Ad hoc, vt vacet primus Episcopatus, requiritur, quòd Episcopus obtineat de facto secundi Episcopatus possessionem.
- 13 Requiritur præterea, quòd accedat consensus Romani Pontificis.

## De incompatibilitate duorum Episcopatum seu Archiepiscopatum. Cap. III.



ST etiam altera species incompatibilitatis, est nempe duorum Episcopatum, quicquid simul ab uno Episcopo obtineri non possunt in titulum: ut probat textus in capit. Clericum 21. quæstione prima, & multa etiam alia iura illius quæstionis id probant, & ibi scriben. omnes, & idem probat textus in capitu. cum in cunctis. §. cum verò. de electio. & in capitulo sicut, de excess. Prælati. & idem etiam nouissimè à Sancto Concilio Tridentino statutum est sessione septima capitu. secundo per hæc uerba. Nemo quacunquè etiam dignitate, gradu, aut præuentionia præfulgens plures Metropolitanas seu Cathedrales ecclesias in titulum siue commendam aut alio quouis modo contra sacrorum canonum instituta recipere, aut simul retinere præsumat: cum ualde felix sit ille censendus, cui unam ecclesiam bene ac fructuosè, & cum animarum sibi commissarum salute regere contigerit. Ex quo textu assignatur ratio circa prædictam incompatibilitatem, nempe quòd felix est censendus Episcopus ille, qui unam ecclesiam bene, & fructuosè regerit, attentis oneribus, quæ sibi incumbunt. Vnde non est ei alia ecclesia simul concedenda: nam secundum præceptum

diuinum. nemo potest duobus seruire Dominis: ut probatur Mathæi cap. sexto, dicentis. Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odio habebit, & alterum diligit, aut unum sustinebit, & alterum contemnet, & idem dispositum est in eodem Concil. Trident. sess. 24. c. 17.

Secunda ratio prædictæ incompatibilitatis est quia est argumentum in iure nostro de matrimonio carnali ad spirituale matrimonium, quod contrahit Episcopus cum ecclesia, in qua primo loco intitularur: ut probat textus in capitulo quoniam frequenter. §. porro. ut lite non contestata. & textus in capitulo inter corporalia, & in capitulo fina. de translatio. Prælati. & in capitulo cum inter Canonicos. de quo argumento agit latissimè Euerati. in locis legatibus in loco 77. à matrimonio carnali ad spirituale. Sed sic est, quòd in uno eodemque tempore non potest quis plures uxores habere: quia est contra ius diuinum, ut probatur in capitu. gaudemus. de diuortio. & in §. affinitatis, & in §. locrum. institu. de nuptiis, cum simili. & ita resoluit multa in proposito adducens Dominicus de Sor. in quarto sentent. distinct. 33. quæstione prima argumento primo, ergo similiter uidetur dicendum, quòd non liceat uni Episcopo plures ecclesias in titulum habere, non autem ex hoc censeo, quòd Romanus Pontifex non possit dispensare cum Episcopo, ut habeat plures Episcopatus, sicut non potest dispensare cum uno homine: ut habeat simul plures uxores. nam diuersa ratio est in dispensatione circa pluralitatem Episcopatum, & ita hæc secunda ratio non omnino concludens est, prout resoluit Euerati. ubi supra in uer. 1. enim differant in hoc.

Tertia ratio est: quia est habere unum Episcopum plures Episcopatus ambitionem maximam denotat: ut probatur in extrauagan. execrabilis. de præben. inter extrauagan. Ioan. XXII. est enim ambitio inordinata cupiditas circa honores, beneficia, dignitates: ut in l. prima. ff. ad l. Iuliam de ambitu, & ambitionis causa quicumque ad maiorem ecclesiam transire noluerit, debet ad propriam renocari, quòd si re dire contempserit, debet carere aliena, & propria: ut in capitu. quia frater. in fin. 7. quæstio. prima, & hæc est crux ambientium: omnes torquens, omnibus placens: ut inquit Diuus Bernardus, quem refert Hostien. in capitu. quia in tantam. de præben.

Quarta ratio prædictæ incompatibilitatis est quia est in iure nostro ualidum est argumentum à fortiori: ut probatur in capitu. cum in cunctis. in principio, de election. & ibi not. gl. Ioan. Andr. Panormita. Imola, & alij scriben. & textus in l. tertia. C. de conditio. indebiti, &

in l. si quando. C. de testibus, & resoluit ita multa adducens Euerati. in locis legal. in loco à minori. sed sic est, quòd duo inferiora beneficia à Episcopatu, si habeant curam animarum, non possunt simul ab uno obtineri: ut probatur in capitu. sanctorum. 70. distinct. & in capitu. unico. 10. quæstione tertia, & in capitu. quia in tantum. & in capitu. ad hæc. & in capitu. de multa. de præben. & in capitu. quia nonnulli, de magistr. & in capitu. cum singula. de præben. lib. sexto. & in clemen. gratia. de rescript. in d. extra uagan. execrabilis. Ioannis XXII. de præben. & in Concil. Trident. sess. septima, capitu. quarto. Ergo duo Episcopatus non possunt obtineri tantum incompatibiles.

Quinta ratio huius incompatibilitatis est: nam est Episcopus ex præcepto diuino tenetur residere in suo Episcopatu: ut dictum fuit supra in capitu. primo, numero quarto. Sed impossibile est secundum rerum naturam, quòd Episcopus in uno, eodemque tempore in diuersis faciat Episcopatus residentiam, ergo clare sequitur, quòd duo Episcopatus sunt incompatibiles in uno Episcopo.

Ultima ratio ad hanc incompatibilitatem adduci potest: nam est habere duos Episcopatus uideatur iuri diuino repugnare: ut probatur Esay capitu. 5. Veli qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci: nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Et probatur similiter ex Epistola diuini Pauli ad Titum capitu. primo, ubi inquit. Episcopum debere esse unius uxoris uirum, & idem in sacerdote scribit textus in capitu. cum non ignores. de præben. & in capitu. acutius. 26. distinct. Aduertendum tamen est, quòd licet aliquantulum uideatur pugnare contra ius diuinum seu naturale habere duos Episcopatus simul, verè tamen & realiter non est contra ius diuinum seu naturale. Nam si hoc esset contra ius diuinum, sine dubio Romanus Pontifex non posset dispensare, & uidemus, quòd multoties ecclesia dispensauit circa pluralitatem Episcopatum in uno Episcopo, & de huiusmodi dispensatione est text. expressus in capitu. relatio, iuncto text. in capitu. illud 21. q. prima, & an hoc sit contra ius diuinum seu naturale dicitur latius infra in secunda parte capitu. 12.

Ex quibus omnibus inferitur, quòd sicut duo Episcopatus sunt incompatibiles est ita similiter inferitur per præfatas rationes, quòd sunt incompatibiles duo Archiepiscopatus, seu Metropolitanatus, & hoc à fortiori ratione, & hoc probat expressus textus Concil. Trident. in d. sess. 7. cap. 2. ibi. Plures Metropolitanas seu Cathedrales ecclesias.

Inferitur & secundò, quòd est obtinere duos Patriarchatus seu primatus, est similiter incō-

patibile per easdem rationes, quas supra assignauimus. Nam Patriarchatus seu Primatus est dignitas in ecclesia Catholica maior dignitate Episcopi seu Archiepiscopi, ut scripsi in tract. de cleric. & eorum exempt. in prima parte. c. 12. nu. 1. cum seq.

Inferitur & tertio, quòd est obtinere Episcopatum cum Archiepiscopatu, uel Patriarchatu, uel Archiepiscopatum cum Patriarchatu est etiam incompatibile per rationes supradictas.

Et facit: quia est sub simplicibus continetur etiam & mixtum: ut tenet Barto. & doctor. in l. secunda ff. de uerbo. obligat. & in l. si ita scriptum. & ibi scriben. de lib. & posthum. ff. & in §. omnium. institu. de action. & ibi not. Ias. post Din. uterque in quarta colum. & Franc. Aret. in l. prima C. quan. non peten. par. & Bartol. in l. uim passam. §. primo. ff. de adult. & in l. si extraneus. ubi not. latè Alexan. ff. de cond. ob caus. & Bald. in capitu. primo. uerfi. constructudo, qui feudum dare possunt. & Alex. in consi. 27. quarta parte.

Et hinc est, quòd si Episcopus unius ecclesie fuerit factus Episcopus alterius ecclesie, uacat ipso iure primus Episcopatus: ut probat textus in c. si qui iam translatus est, cum similib. 21. quæst. secunda, & probat text. in cap. cum in cunctis. §. cum verò de election. ubi not. gloss. Innocen. Anto. Petr. de Anchar. Panormitanus Philipp. Decius, & communiter scriben. & facit text. in capitu. de multa. de præben. & text. similiter in extrauag. execrabilis, Ioannis XXII. de præben.

Ad hoc est autem ut primus Episcopatus uacet, necessariò requiritur, quòd is, qui habuit secundum Episcopatum, obtineat de facto secundi Episcopatus bonorum administratione: nam aliàs non uacat Episcopatus, ut clare probatur in capitu. de multa. de præben. & tenet in specie gloss. in dicto cap. cum uerò in uerbo administratione, quam sequuntur ibidem Ioan. Andr. Panormi. & Philipp. Dec. numero quinto & septimo, & sufficit, quòd ad hoc propositum, quòd Episcopus habeat possessionem maioris partis: ut not. gloss. & Dominic. in cap. commissa. in uerb. annus autem. de election. lib. 6. & Domi. in consil. 125. incipit. super 1. dub. in 3. dub. & not. Abb. in c. de multa. de præben. & similiter idem Abb. in cap. cum in cunctis. in §. cum uerò. de election. quem sequitur ibidem Philipp. Dec. numero quinto.

Et est ulterius requiritur, quòd accedat consensus, & auctoritas Romani Pontificis: quia si non accedat, non uacat primus Episcopatus per ademptionem secundi: ut in cap. quanto. & ibi Panor. in fin. de translat. Episcop. & resoluit Rebuff. in concordat. in tit. de mandat. Apostolic. §. ult. uerfi. nor. tamen.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Episcopatus est incompatibilis cum alio quocunque beneficio ecclesiastico.*
- 2 *Sicut in vno corpore multa sunt membra, ita in corpore ecclesie multa membra sunt.*
- 3 *Dignitates, beneficia ecclesiastica curata, & etiam quocunque simplicia vacant per obtentionem Episcopatus.*
- 4 *Pensio ecclesiastica an vacet per obtentionem Episcopatus.*
- 5 *Priuationo imponenda non est, nisi in casibus à iure expressis.*
- 6 *Ad hoc vt vacent beneficia promoti in Episcopatu non requiritur sententia declaratoria.*
- 7 *Prædicta beneficia possunt liberè alijs conferri non citato promoti.*
- 8 *Turbari tamen non potest Episcopus in possessione beneficiorum inauditus.*
- 9 *Licet amissum sit dominium ipso iure, non tamen possessio.*
- 10 *Episcopus in foro conscientie tenetur dimittere beneficia, postquam obrinnerit Episcopatum.*
- 11 *Promotus in Episcopatum non poterit disponere de prædictis beneficijs.*
- 12 *Per adeptionem beneficiorum, vel dignitatum inferiorum, non vacat Episcopatus.*
- 13 *Quatuor copulatiuè requiruntur ad hoc: vt vacent beneficia promoti in Episcopatum.*
- 14 *Quis sit stylus Romane Curie circa prædicta, & quomodo temperandus. numero 15. & 16.*

*De incompatibilitate Episcopatus cum alio quocunque ecclesiastico beneficio.*  
Cap. IIII.



**S**UNT etiam incompatibilia beneficia, ꝛ Episcopatus, & aliud quodcunque beneficium ecclesiasticum, quod clarè patet: nam illa dicuntur incompatibilia beneficia, quando per assequutionem vnus alterum vacat: ut probat textus in cap. quia nonnulli, de cleric. non residen. & in cap. de multa, de prebend. & in cap. unum 21. quæst. prima, & in cap. fina 20. quæst. ultima, & resoluit ita Petr. Rebuff. in praxi. benefic. in titu. de dispensat. ratione gratis in verb. incompatibilia, num. primo. Sed sic est, quod per assequutionem Episcopatus uacat quodcunque ecclesiasticum

sticum beneficium: ut probat textus in capitulo cum in cunctis. in §. cum verò, de election. & ibi not. glossa Innocentius, Ant. Anchar. Panormitanus, Philipp. Decius, & communiter omnes scriben. ergo clarè sequitur, quod Episcopatus, & aliud quodcunque ecclesiasticum beneficium sunt incompatibilia.

Secunda ratio ad prædicta assignari potest. 2. Nam ꝛ sicut in uno corpore multa membra sunt: omnia autem membra non eundem actum habent. Ita in ecclesie corpore multa membra sunt secundum ueridicam Pauli sententiam, in uno, eodemque spirituali corpore conferendum est hoc officium uni, alii committendum est aliud; nec enim quantumlibet exercitata uni personæ uno tempore duarum rerum officia committenda sunt, quia si totum corpus est oculus, ubi auditus: sicut enim uarietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem representat. Ita similiter personarum uarietas, per diuersa distributa officia, & fortitudinem, & uenustatem Dei Sanctæ Ecclesie manifestat, & sicut indecorum est in corpore humano, ut alterum membrum alterius fungatur officio: ita nimium noxium, simulque turpissimum est: ut Episcopus, qui est caput Episcopatus, sit etiam membrum siue eiusdem Episcopatus, siue alterius, habendo aliud ecclesiasticum beneficium.

3. Ex quibus inferitur primò, quod ꝛ non solum uacant per promotionem ad Episcopatum dignitates aliæ, seu beneficia curata: sed etiam ea, quæ requirunt residentiam, & similiter ea quæ omnino simplicia sunt, & quæ nullam requirunt residentiam, prout sunt præstimonialia, seu præstimoniales portiones: ut clarè probat textus in dicto capitulo cum in cunctis. §. cum uerò, de election. ibid. is, ad quem spectant beneficia, quæ habebat, de illis dispensandi liberam habet facultatem. Oratio enim indefinita æquipollet uniuersali: ut in l. prima, & ibi nota Bartolus in l. si plures. ff. de legatis tertio. & l. si quis ita, de testamen. tut. & in l. si seruitus, in principio ff. de seruitut. urbanorum prædiorum, & not. scriben. in l. si ita. in principio ff. de legatis primo, & ibi glo. ordinaria, & in l. si pluribus, eodem titulo, & ibi Bartolus plenè eodem titulo, & glossa in capitulo ut citat. de election. libro sexto, & Dinus in rubrica de regulis iuris, libro sexto, & in capitulo si Romanorum. 19. distinctio. & glossa. & Cardina. in clementina prima, ut lite pendente, in secunda questione, & Bartolus in l. omnes populi, in tertia questione sex. princip. ff. de iustitia, & iure, & ibi Alexan. & idem Alex. in conf. 2. §. in 4. par. & uidentur est

est Andr. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in præfat. nu. 17. & §. cum seq. & in verbo donatione largitus, num. 94. & ita est de mente scriben. in d. §. cum uerò.

4. Dubium tamen est, an ꝛ sicut vacant beneficia per promotionem ad Episcopatum: ita similiter censetur vacare pensio, quæ fuerat referuata promoti in Episcopatum super fructibus, redditibus, & prouentibus alicuius beneficii ecclesiastici, ante eius promotionem ad Episcopatum. In qua questione Laurentius in clem. prima. §. eadem, ibi supplen. neglig. Prælat. quæ refert, & sequitur de iudic. Cardin. tenuit, pensionem non extinguere, quando pensio non est beneficium ecclesiasticum, sed solum pro temporali cōmodo assignata, & Card. ubi supra in 4. q. remittit se ad Hostien. in summ. de vit. & honest. cleric. & de cleric. non residen. & eandem sententiam tenuit Caccialup. in suo tract. de pension. q. 1. §. ubi pro ea adducit Butt. idem tenentem in d. clem. j. in §. eadem. & Imol. ibidem. Sed est aduertendum, quod Imol. ibidem non ponit hanc questionem. Pro qua sententia facit quia communis opinio scriben. est, quod pensio non sit ecclesiasticum beneficium, ut supra fuit in præfatione dictum, nu. 3. Ergo clarè sequitur, quod text. in d. §. cum uerò, qui loquitur de beneficijs ecclesiasticis, quæ habet promotus in Episcopatum, non debet extendi ad pensiones. Sed Hyer. Gig. in tract. de pensio. q. 56. dicit, q. si pensio assignata alicui clerico ex causa resignationis fuit, ut puta: quia habens beneficium, illud renunciauit in manibus Papæ, & obtinuit sibi referuari super illius fructibus, vel cessit iuri, liti, & causæ litigantis super aliquo beneficio ad fauorem colligantis, obtinendo, ne ex cessione huiusmodi nimium dispedium patiat, sibi pensionem super illius fructibus assignari, quo casu non est dubium, quod pensio videtur succedere loco beneficii, & quod isto casu pensio extinguatur per promotionem pensionarij ad Episcopatum, & dicit idem Gig. quod hanc opinionem amplectitur Romana Curia: & ipse audiuit, scilicet quod sicut beneficia promoti ad Episcopatum vacant, ita uacat huiusmodi pensio, nisi ei sit à Romano Pont. indultum, q. simul cum Episcopatu quascunq; annuas pensiones ei ante assignatas habere possit. Hæc tamen sententia dura mihi videtur ex supra adductis. ꝛ Et quia priuatio imponenda non est, nisi in casibus à iure expressis: ut tenet gloss. omn. nota. in c. vlt. & ibi Panor. qui eam dicit singularem, extra de iure patro. & est similis gl. in c. cū vos. in gloss. 2. in fi. de off. ordin. & similis etiam gloss. in clem. 2. in verb. suspensus, de vit. & honest. cleric. & Ioan. Monac. in extrauag. iniunctæ. in glo. vlt. de elec. Panorm. in c. bonæ. il. 2. col. 3. vers. super gl. prima, de elect. & in c. cum

venerabilis. col. 8. vers. circa primum puto, de except. & in c. vlt. in fi. de præsump. & Alex. in consil. 103. col. pen. ver. pro hac facti. lib. 2. & in consil. 212. incip. ponderatis his. lib. 6. & Barba. in tracta. de præstati. Card. in j. q. primæ par. col. 19. ubi illam gloss. dicit singularem, & in consil. 9. incip. præclare scribitur. col. 7. vers. præterea facit, Philip. Dec. in rub. de iudi. col. j. in j. lectur. & in c. 2. col. 2. & ibi Fel. col. 2. de rescrip. & ipse Fel. in c. ar. si clerici. in prin. in 2. col. de iud. inf. in l. j. col. pen. ad fi. C. de transact. quam conclusionem probat text. optimus in §. cum igitur. in aucten. de non eligend. secund. nub. ibi, nec est lex aliquid tale dicens, cuius auctoritate Bald. in aucten. ex testamento. col. pen. vers. modò quæritur. C. de secund. nupt. dicit, id, quod lege non est cautum, non inducere priuationem, & ad hoc quoque illum tex. notauit Io. de Anan. c. j. col. 2. de maledic. & Alex. in l. etiam. §. j. col. 3. vers. confirmo. ff. solu. matrim. ubi illum tex. dicit notandum in consil. 105. col. penult. vers. pro hoc facit. lib. j. & in consil. 124. in fi. eod. lib. j. & in consil. 92. incip. perfecte diligenter. col. 4. vers. condescendo ad quintam. lib. 6. & Barba. in c. j. col. 8. de offic. delegat. & in repet. c. Raynaldus. in fol. 44. de testamen. & latè Inf. in l. j. col. vlt. C. de transact. & in l. si quis maior. col. 2. & ibi Thom. Parpal. in repet. in no. tab. 17. q. 3. eod. tit. & in l. lillam. col. 3. ver. addo ad regulam. C. de collation. & Euera. in locis legal. in loco à simili. col. vlt. & tex. similiter probat hanc sententiam in c. is qui. in princip. de sent. excomm. lib. 6. Tandem hæc sententia cōmunis est: ut patet ex adductis ab And. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. nu. 248. cum alijs subsequentibus.

6. Et adeo vera sunt prædicta, quod ꝛ beneficia promoti in Episcopatum vacant ipso iure, nec requiritur aliqua sententia declaratoria, sed liberè collatores possunt illico disponere de beneficijs, quæ habet promotus in Episcopatum: ut probat text. in d. §. cum uerò. in final. verbis, ibi. habeant liberam facultatem, nam non haberet collator liberam facultatem conferendi, si haberet necesse expectare sententiam priuationis, vel alicuius consentium, iuxta not. in c. de multa. de preben. & in c. licet Episcopus. de prebendis, lib. 6. & ita tenet Calder. in consil. j. de transact. Prælat. & Abb. in consil. 101. & idem Abb. in d. c. cum uerò. num. 3. & tenet Hyero. Gig. in tract. de pension. q. 56. nu. 8.

7. Ex quo inferitur, quod ꝛ cum Episcopus per promotionem priuatur ipso iure beneficijs antea obtentis: prædicta beneficia possunt alijs conferri nulla expectata sententia, nec citato possessore, per tex. in c. cum in cunctis. in princip. ibi, de illis dispensandi liberam habeat facultatem, iunctis notatis per Bald. ibi in illis verbis,

verbis, ubi dicit, honestius tamen esse eum vocari, de electione, & similis tex. in c. de multa. ibi, liberè conferat. & ibi not. scriben. de præben. & in c. 2. & ibi Panor. in not. 3. de feud. & in c. fundamenta. vers. quid si fecus. & ibi glo. in verb. liberam. & ibi Dominic. de electione. lib. 6. & in c. licet. de præben. lib. 6. & in c. ordinarij. in vers. quod si forte. & ibi Docto. de offi. ordin. lib. 6. & in c. ne captanda. in fin. de concess. præb. lib. 6. & in c. j. vers. sacri. & ibi glo. in verb. liberi. & Ioan. de Anan. & Dominic. de homicid. lib. 6. & in c. scilicet. in princ. vers. si qua verò, & ibi glo. in verb. disponat. de pen. lib. 6. & facit text. in c. extirpanda. §. qui verò. de præben. & hoc voluit etiam glo. in c. commissa. in verb. tenolente. in ver. iusto. & ibi Dominic. de electio. eod. lib. 6. & in c. is cui. in si. de præben. eodem lib. tenuit Innoc. Ioan. And. Panor. in c. accepta. de restit. spoliat. Bald. in c. 2. in ver. amittat. in fin. tit. de feud. sine culpa non amittent. & in consil. 133. Incipit. questionis istius determinatio. ad fin. lib. 4. & Card. Floren. in clem. j. in princ. in 1. §. not. de pen. Imol. in c. de multa. col. 2. vers. nota quod ubi per ius de præben. & in ca. exhibita col. 8. vers. 3. queritur. de rer. permutat. per notat. in c. auditis. & in c. inter dilectos. de excess. prælat. & not. Rom. in consil. 212. incip. quoad primum. in dub. j. in consil. 483. incipien. dubitatur. j. col. 3. vers. 3. hoc demonstrat. & Panor. in c. 2. in not. 3. per illum text. de feud. & in consil. 67. incip. in causa, qua vertitur. col. 2. in lib. 2. & Martin. Laudensis loquens de feudo in c. si quis miles. post med. tit. de feud. sine culpa non amittent. & Ludovic. Bologni. in addit. ad consil. Anan. in consil. 32. incipien. præstantia Domini. in vers. plus dico. in col. 2. & ita tenentur Domini de Rota in decis. 301. incip. nunquid patronus. in antiquis. & Fran. de Rip. in c. saepe. col. penul. vers. sed dubitatur. de restit. spoli. & simile est, quod in hoc casu, cum scilicet quis est priuatus ipso iure, potest eligi alius, absque alia sententia priuationis, per text. in cap. fundamenta. §. quod si fecus. & ibi Dominic. qui hoc not. in 2. notab. de electione. lib. 6. Denique hæc sententia communis \* est & receptissima: ut inquit Quintil. Mádof. in addit. ad Lap. in allegat. 16. litera A. ubi refert infinitos scrib. pro hac sententia, ex quo clarè sequitur Lap. crasse in alleg. 16. & in alleg. 78. & alleg. 101. & alleg. 212. ubi pro sua sententia alios antiquos adduxit, & similiter errasse Barba. in c. 2. col. 4. ver. nota quod Vassallo. de feud. in consil. 51. incip. scripsit sapientia fons. col. 6. ver. præterea adduco ad prædicta. lib. j. & Franc. Cur. Iun. in tracta. de feud. in fol. antepen. versic. post enumeratas.

Et quamvis prædicta vera sint, & possessor tamen Episcopus prædictorum beneficiorum ob

tentorum ante promotionem deturbari aut deijci sua possessione inauditus non poterit, ut probat tex. clar. in tex. in c. licet Episcopus. in 2. responsio, & ibi notat Gemin. post Innoc. Hostien. in c. 1. nu. 9. de concess. præben. lib. 6. & Card. in consil. 132. incip. T. Archipresbyter. col. fin. nu. 8. cum seqq. ad secundum, & in vers. si ergo. & idem Lap. in allegat. 103. incip. saepe militi, ut in 3. versic. & mouet in c. prædicta ratio, & Ruin. in consil. 128. incip. quantum ad iudicium. num. 8. & est tex. similis in c. cum secundum, & ibi quoq; Philip. Franc. in vlt. notab. in princ. de hæret. lib. 6. Innoc. in c. de multa. in ver. conferat. & ibi etiam Hostien. in ver. conferat, & Io. And. in verb. liberè. Collecta. col. 2. vers. quid si post adeptionem. & Panor. in notab. 4. de præben. & voluit Io. And. post Innoc. Hostien. in d. c. 1. in glo. dicit hic Hostien. versic. quid si exequutor. de concess. præben. lib. 6. & in c. soli cite. col. 2. de restit. spoliat. Andreas de Iser. in consil. Neapol. incip. si Vassallus à domino. col. 3. Bald. in l. si maritus quondam. C. de donat. inter vir. & vxor. & in d. c. cum in cunctis. ubi supra, & in consil. 141. incip. Thema huiusmodi subiicitur. col. 2. lib. 2. & in consil. 133. Incipien. questionis istius. in si. lib. 4. & Lap. in alleg. 89. In Dei nomine, factu super quo. col. 19. in parais & Imo. in d. c. de multa. de præb. in col. 2. vers. nota quod ubi per ius. & Card. Floren. in consil. 63. incip. Dominus noster. col. 2. vers. Itè si in forma; & in consil. 74. Incip. Dominus Abbas. col. 2. vers. pro hoc est ratio. Panor. in consil. 67. lib. 2. Dominic. in consil. 117. incip. In questione vertente. col. vlt. ver. Item ex hoc alio, Io. de Anan. in c. 2. col. 1. de lymo. Alex. in consil. 103. Incip. videtur prima consideratione. col. vlt. vers. unde dicit. lib. 1. Barba. in consil. 13. incip. à loue principium. col. 6. vers. præterea facit. lib. 3. Matth. de Afflict. in c. 1. in tit. quo tempore miles. & in c. 1. de feud. sine culpa non amittent. & in decis. Neapolit. 97. incip. veru Dominus. & in constitutionibus Sicilia incip. constitutionem diuæ memorie. col. 9. ver. 4. nota.

Ratio est: quia licet ipso iure dominium sit amissum, aut publicatum, non tamen possessio: ut voluit Bald. in l. si quis in tantam. col. penul. C. unde vi, & in additio. ad Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua. q. 46. & in consil. 336. incip. præmittenda. post princip. in lib. 4. quod satis videtur probari ex eo, quod dominium dotis soluto matrim. ipso iure reuertitur, sed non possessio: ut in l. dotis. & ibi Bald. & alii. C. soluto matrimo. & quia legatorum dominium via relictæ transit in legatarium: ut in l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. & in l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. 2. ubi etiam dicitur, quod acquiritur legatario ignorati, & in l. legatum ita. ff. eod. titu. cum aliis similib. possessio autem minime transit,

transit, ut probatur per totum. C. & ff. quorum legatorum, & in casu legis vltimæ C. de sac. san. eccl. ubi dominium in ecclesiam transit ipso iure ex contractu, non tamen possessio, ut ibi notant omnes scribentes. & ita resoluit multa in hoc proposito adducens And. Tiraq. in repet. l. si vnquam. in verbo reuertatur. nume. 388. C. de reuoca. donation. Non tamen desunt, qui in priori dicto ut possessor inauditus possessione sua deijci non debeat, contrarium teneant, inter quos fuit glo. in c. scilicet. in versic. si qua verò feuda. in verbo disponat, quam ibi simpliciter sequitur Dominic. de pen. libro sexto. & Innocent. & Hostien. sibi contrarij in cap. accepta, de restit. spolia. & ipse Dominic. in ca. ubi periculum. §. præterea. in penulti. notab. & ibi quoque Philipp. Franc. in 3. notab. de elect. libro sexto. sed prior sententia \* ut communior & verior tenenda est, præterquam si esset notorium, quem priuatum esse beneficium, aut si possessor vocatus fuisset in sententia declaratoria vel priuatiua, aut etiam in collatione ipsius beneficij: nam his tribus casibus si potest auferri possessio, aliter non vocato, & sine alia cause cognitione, primum & secundum voluit Panor. in dicto cap. accepta, per tex. quem dicit optimum, in cap. quoniam. de fil. presbyt. & secundum voluit etiam Ioan. And. in cap. ordinarij. de offic. ordin. libro sexto. & Cardin. Floren. in consil. 32. incip. T. Archipresbyter. col. vlt. vers. ad secundum respondeo. 3. quoque voluit Ioan. Monac. in d. c. licet. & ibi quoque Io. And. Lap. Dominic. & Franc. qui & alios antiquiores allegant & ipse Ioan. And. in capitulo. quia cunctis. quartum casum eleganter adducit Andre. Tiraq. in d. l. si vnquam. in verb. reuertatur. nume. 340.

Promotus tamen in Episcopum, postquam obtinuit pacificam possessionem Episcopatus tenetur in foro conscientie dimittere beneficia antea obtenta, etsi de facto obtinet, tenetur restitutionem fructuum in foro conscientie ex eo, quod ipso iure priuatur prædictis beneficijs, ut voluit Panor. in cap. 1. col. 3. & ibi Fely. qui hoc admodum confirmat. col. 13. in ver. incipit tamen illa gl. de consil. & idem Pan. in c. extirpanda. §. qui verò. in repet. col. 8. vers. ex his dico, & iterum in col. sequen. vers. & ex prædictis. de præb. & in c. dilecti. col. 3. vers. in gl. si. de arb. & Barb. in repe. c. Raynald. col. 4. 5. & iterum in col. 161. de testa. ubi ex hoc conatur probare hæredem, qui non conficit inuentarium, tenetur in foro conscientie ultra vires hæreditarias, & Cardi. Alex. in c. fraternitatis. col. pen. vers. not. ex gl. & Fely. in c. Rodolphus. in car. pen. vers. limita. 3. de rescri. & in c. cum nobis. col. vlt. eo. tit. & in proprijs terminis ita tenetur Iuno. in c. cum nostris. de præb. & Pan. in c.

item cum quis. col. 3. vers. hoc vltimè dictum. de restit. spoli. & Fely. in c. inquisitionis. in princ. in col. 2. de accus. & facit in comprobationem, quod inquit Tho. Parpall. in repet. l. si quis maior. in 9. q. C. de transact. & Carol. Ruy. in consil. 4. inci. proponitur in themate. col. 3. nu. 3. lib. 5. & Corsett. in suis singularibus. in verb. pœna. in singu. inci. vbi conque pœna. & iterum in vers. pœna in foro conscientie. in si. & Matth. de Afflict. in constitutio. Sicilia. in constitutione incipien. violentias. col. 3. in q. 6. 2. ubi repræhendit Andr. de Iser. qui ibi tenet contrarium, quoniam, ut ipse And. dicit, Theologi non considerant istas subtilitates. Verum ex Theologorum sententia, si quis semel fuerit condemnatus ad pœnam, ea debetur in foro conscientie, ut per Diuum Thomam in 2. 2. q. 62. in arti. 3. & voluit etiam Bal. in l. id quod pauperibus. 9. q. in ver. sed pone testator. C. de sac. san. ecc. Tandem, quod Episcopus ad prædicta tenetur in foro conscientie, est \* communis opinio, ut resoluit Andre. Tiraq. in d. l. si vnquam. in verb. reuertatur. nume. 291. & 292. cum seq. quamuis Deci. in c. 1. col. 8. vers. prædicta conclusio, de consil. dubiter de hac communi sententia, & Fely. in hac re sibi contrarij in c. audiuius. column. 2. vers. sed aduerte. de simon. ex trib. rationibus contrarium tenet, & omnino vident. est Alphons. de Cast. in lib. 2. de potesta. l. pœnalis. c. 8. 9. 10. & 11.

Ex quibus clarè sequitur, quod si promotus in Episcopatum non potest disponere de prædictis beneficijs acquisitis ante promotionem renunciatione, vel alio quouis modo, quia quæ ipso iure sunt amissa, non possunt alienari etiam si non præcesserit sententia declaratoria, quod secus est, quando non ipso iure sed per sententiam sunt amissa, ut voluerunt Cyn. & Bald. in authen. incognitas. C. de incest. nupt. Ioan. And. Petr. Anchara. Dominic. & Philipp. Franc. in c. cum secundum post principium, de hæreti. lib. sexto. Collecta. in capit. in quibusdam. column. prima. in versic. hodie tamen. de pœn. Petr. de Anchara. in capi. secundo. notab. sexto. de præscript. libro 6. & in c. scilicet. col. penul. versic. quæro post Ioannem. & ibi etiam Philip. Franc. in §. nullus. de pœn. eod. lib. 6. & Plat. inter consilia. Barba. in consil. vltimo. incip. vltimo. in col. sequen. vers. & ex prædictis. de rescrip. & Philip. Deci. in consilio 236. incipien. In casu magnifici. column. tertia. in vers. venio igitur ad alia, Bar. in l. post contractum. column. 4. vers. 2. tempus est post delictum. & ibi Paul. à Monte Pico in repetitio. in column. 18. versic. circa secundum tempus, & iterum columna 20. vers. 3. principaliter. ff. de don. Ang. in l. si quis posthac. col. 2. ver. 2. limita. C. de bon. prescriptorum. Pet. Ferrar.

in pract. in titu. forma libelli in caus. spol. pos. verb. ipso facto, & Io. Raynerius in c. imperiali. §. calidis. versu. pena. 1. 6. questio. 3. par. princip. in tit. de prohi. feud. alien. per Fed. vbi ad hoc quædam iura allegat Franc. Aret. in l. si quis post accusationem. colum. 2. ff. de testam. & Marthe. de Affict. in constitut. Siciliæ incip. de parte reorum. colum. 4. versu. sed quæro, an ista. & ita in terminis nostris resoluit Petr. Rebuffus super concordat. in rubrica. de mandat. Apostol. in §. fin. quod incipit, statuimus. in gl. versu. quæro, an electus in Episcopum, & omnino videnda est regula 2. 6. Cancellaria de vacaturis per promotionem ad ecclesias vel monasteria, & ibi glossatores maximè Quintil. Mandos. & videndus etiam est Leobinus Dalerius in tracta. de mandat. Apostolic. & Rufus in eod. tracta. vbi eleganter & pulchrè hanc materiam explicant.

12 Addendum tamen est prædictis, quod licet per promotionem ad Episcopatum vacent priora beneficia: tamè per ademptionem dignitatum vel beneficiorum aliorum non vacat Episcopatus, vt est text. singularis in ca. cum nostris. de concess. præben. & est ratio, quia Episcopus sine Papæ consensu Episcopatum dimittere non potest, vt in c. inter, & in cap. fina. de tranlat. Episcop. & ex hoc limitatur text. in capit. de multa. de præb. quod licet loquatur de dignitatibus, tamen non procedit in Episcopatus: cum sit odiosum, & ita not. Panor. in d. c. cum nostris. quod est maximè aduertendum, & ita resoluit Petr. Rebuff. vbi supra. versu. nota tamen, quod licet per promotionem.

13 Aduertendum tamen est prædictis, quod ad hoc vt vacent beneficia promoti in Episcopum ipso iure, prout dictum est supra, quatuor copulatiuè requiruntur, scilicet Prouisio, confirmatio, consecratio & adeptio possessionis, vt in ca. cum in cunctis. §. cum verò defec. & ibi no. Anto. Cardi. Panorm. Philip. Deci. nume. 1. & alij scriben. ibidem, & Oldra. in consi. 1. 4. incipien. conqueritur. post princip. & Roma. in consilio 335. in colum. 1. & ita resoluit multa adducens Petr. Rebuff. in concordat. in tit. de mand. Apostol. §. si. incipien. statuimus, in versu. ecclesias cathedralis. & quod dicitur de consecratione, est intelligendum, præterquam si Episcopus fuerit in mora petendi dictam consecrationem, quia tunc elapsis tribus mensibus à die confirmationis vacat prædicta beneficia ex eo, quod per Episcopum stetit, quominus consecraretur, & ita tenet gloss. in verb. decurso tempore. in d. ca. cum in cunctis. §. cum verò. & resoluit Pan. ibi. nu. 5.

14 Stylos tamen Curie Romanæ obtentum est, quod statim, quod aliquis fuit denominatus per Papam in Episcopum immediate conferuntur à Papa illius beneficia tanquam vacantia, nõ ex-

pectata consecratione, vt tenet Abb. in d. §. cum verò. & ibi no. Dec. & Hyer. Gig. in tract. de pension. q. 56. num. 3. & Petr. Rebuff. in concordat. in tit. de mandat. Apostol. §. vlt. quod incipit statuimus, in ver. ecclesias cathedralis. & ratio est, quia communiter promoti in Episcopos consentiunt, vt inquit Cald. in c. 1. de transf. Episco. in fi. & Philip. Deci. in d. §. cum verò. nu. 3. in fi. contra quem stylum inuehit Io. And. in clem. j. in glo. in verb. collato. vt lit. penden. & Cassad. in decisio. 2. de constitu. & Roma. in consi. 345. circa primum. in 4. col. in nu. 17.

15 Stylus tamen prædictus, qui durus aliquibus videtur, temperandus est necessariò, videlicet quod licet beneficia promoti statim conferantur, verè tamen & effectualiter vacare non censentur, nisi adepta possessione, vel promoti in mora existente in illam capiendo, ita stylum præfatum interpretatus est Abbas in d. ca. cum in cunctis §. cum verò. in vlti. not. in fi. in versu. & quamvis Curia hodie facto nõ seruet &c. subdit ratione, quod quis non debet perdere primum beneficium, nisi plenè sit secundum consequutus, per tex. in c. si quis iam translatus. 21. q. 6. 2. Pro quo etiam adduci potest tex. in cap. licet Episcopus. de præben. lib. 6. & ita obseruantiam Curie prædictam inhærendo opinionio Abb. interpretati sunt & declarauerunt moderni Reuerendi Domini de Rota in vna Pan. beneficiorum coram R. P. D. Fabio Accorambono, inter Iulium Gallettum & Andrea Vela sub die 9. Januarij 1548. & dictæ interpretationi Abbatis & Rotæ videtur se confrontare Cancellarij stylus, qui atten di debet, vt in c. porrecta. ibi. cum igitur à Cancellaria nostra, de confir. vti. vel in iuri. Roma. in cõsi. 376. inci. quæstio est, nunquid. nu. 12. versu. 2. ratio. Abbas & Fel. in c. ex parte. de rescrip. Bonif. Vital. in cle. ad compescendas. nu. 48. de sequet. pos. qui quidem stylus Cancellariæ est, vt in quibuscunque schedulis consistorialibus continentibus dispensationem de retinendo priora beneficia, dicatur, vt quæcunque beneficia vel talia beneficia &c. quæ obtinet postquam possessionem dictæ ecclesiæ & illius bonorum adeptus fuerit &c. vnà cū ecclesia, sed retinere possis, & sic clarè datur intelligi, quod ante adeptam possessionem nulla retentionis dispensatio necessaria sit, & ratio rationis est, quæ tacite seu in consequentiam colligitur: quia beneficia prius obtenta ante possessionem adeptam ecclesiæ cathedralis, ad quam quis promotus fuerit, non vacent, alioquin frustra diceret, & postquã possessione adeptus fueris, imo per talem dispensationem non esset cautum promotio, si interim beneficia vacarent.

16 Dubium tamen sese offert non minimum circa beneficia promotorum ad Episcopatum in partibus infidelium existentes, vt rù censentur

vacare illico stante dicto stylo curie Romanæ: ita quod possint alijs conferri, vt videtur dicendum quod sic.

Primo, quia dispositio, quæ loquitur de beneficijs Episcoporum, conuenit prædictis Episcopis in partibus infidelium existentibus, quod probatur, quia talis ecclesia apud infideles existens vocatur & est Cathedralis sicut alie: vt patet ad sensum, & probatur per tex. in clem. in plerisque. in versu. volentes. ibid. Cathedrali Ecclesiæ sibi qualitercunque subiectæ, quæ clerico careat, & subditis Christianis, de election. & ibidem probatur, quod quis promoueri potest ad talem Ecclesiam in Episcopum per Papam, vel de eius mandato, prædictis igitur Episcopis, eorumque promotionibus conuenire debet dispositio prædicta: cum verba vbi conueniunt dispositioni locus esse debeat, & contra, vt in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. & in l. si verò. §. de viro. ff. solu. matrim. & in l. dies cautioni. §. toties. & ibi no. Bar. de dam. infec. c. indemnitate. §. penult. de electio. libro 6. Marian. Socin. in consilio 186. incipien. inspectis. nume. 3. libro 2.

Præterea & secundò facit, quia nulla substantialis differentia est inter Episcopales Ecclesias in vno loco magis, quàm in alio existentes, ac inter Episcopos diuites & mendicos: prout respondit Beatus Hieronymus Enandro Episcopo, de quo habemus text. in c. legimus in Esaya. post medium, ver. vbi cunq; fuerit Episcopus, sine Romæ, siue Eugubij &c. & ibi. potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel sublimitatem, vel inferiorem Episcopum non facit. 93. dist. & ibi pulchra gloss. in verb. eiusdem meritis. & quod diuites Episcopi à pauperibus non differant, concludit gloss. & ibi Imo. num. 14. in cle. in plerisque. super gl. in verb. obnubilat. de elect. Abb. in ca. 1. in fi. de cler. non residen. vbi inquit, quod redditus beneficij non debent facere prælatum humiliorem, vel excellentiorem, maximè cum ab initio quælibet Cathedralis ecclesia instituta fuerit cum clero, populo, redditibus, & omnibus alijs requisitis, licet ex post factò pleraque ex illis defecerint, attento initio cõgruo, & id, quod postea euenit, non est considerabile, vt probatur in l. sed an vltro. in fin. ff. de nego. gesti. Imo cum sit in potentia recuperandi omnia, & verus titulus integer remanserit, ita considerabilis erit talis Episcopatus sicut alij, & quatenus etiam tales Episcopi grauati videntur, si eorum priora beneficia per hanc promotionem quasi ferialè, quantum ad fructus supra dictos attineret, eis imputetur, quod acceptauerint, seu potius obtinere curauerint, seu studuerint tales Ecclesias quoad cõmodum pecuniarium inutiles: id enim prospicere ab initio poterant, iuxta tex. in l. si quis domum. versu. idem querit.

ff. locati, & in l. qui bona. §. cum inter. versu. sed cum prospicere sibi potuerit. ff. de dam. infect. neque excusandus est, qui tales ecclesias infructuosas affectat, seu ambit, arg. tex. in §. item tria onera. cum gloss. magn. in versu. item quod dicit non affectat. institution. de excusation. tutorum.

Tertiò facit, quia beneficia priora vacant per allequutionem talium Episcopatum, facta sedis Episcopalis in thronizatione: sic enim eam vocant. Vel si non adit locus ad in thronizandum, factò alio actu simili, prout Cardin. in clem. in plerisque, ante finem. in versu. mihi videtur verius, quod perdat priora beneficia. de election. cum quo tenet Petr. Rebuff. super concordat. in titu. de mandatis Apostolicis, in §. statuimus. in versu. ecclesias Cathedralis. ex quibus videtur dicendum, quod sicut vacant beneficia per promotionem factam ad Episcopatus existentes in terris fidelium, ita similiter vacant beneficia eorum qui promouentur ad Ecclesias infidelium.

Sed his non obstantibus contrarium est verum. Imo quod priora beneficia per promotionem ad dictas Ecclesias existentes apud infideles nõ vacent: quia prædicti Episcopi non possunt assequi possessionem, neque ad aliquam diligentiam tenentur, cum si esset illa facta, clarum est, quod nihil operaretur, nihilque sibi prodesset, iuxta textum in l. fina. versu. sed quid noccat. ff. quis ordi. in bon. possess. serui. & in l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt legatorum nomine caueatur, & ideo clarè sequitur, quod nullo modo dici potest, quod talis promoti beneficia vacent, & facit etiam pro hac sententia id quod supra dictum est numero decimo quinto. & ita hanc sententiam defendit Mandos. in regul. Cancell. in regu. 26. de benefic. vacant. per promotionem, in quæst. 4. vbi respondet ad argumenta in contrarium.

## S V M M A R I V M.

- 1 Abbatis est ex maioribus dignitatibus, & specialiter nota digna.
- 2 Abbatis est in duplici differentia.
- 3 Est etiam Abbatis beneficium secularè.
- 4 Dux Abbatis de iure communi sunt incompatibiles.
- 5 Episcopatus & Abbatis à iure nostro parificantur.
- 6 Dux Abbatis seculares, sicut regulares sunt incompatibiles.
- 7 Prædicta vera sunt etiam in Abbatis inferioribus.
- 8 Una Abbatis non potest præfici duobus monasterijs.
- 9 Vtrum quis possit esse Episcopus & Abbas simul.



## De incompatibilitate duarum Abbatiarum. Cap. V.



**V**facilius intelligantur infra dicenda præmittendum est, quod Abbatiæ sunt ex maioribus dignitatibus, & speciali nota dignæ, ita quod non veniunt sub simplici appellatione dignitatum, prout concludit Lap. in alleg. 84. numero 11. pro qua sententiâ est text. in cap. si quis deinceps Episcopatum vel Abbatiam. 16. quæstione 7. & in cap. ne pro defectu. de electio. & notat gloss. fin. ad fin. in cap. pen. de corpore vitiat. & Ioan. Monac. in cap. inquisitores. de heret. lib. 6. & Io. Andr. in ca. 2. post num. quartum. vers. & ibi Abbatis. de præben. lib. 6. & hanc etiam sententiam tenuit Frâ. in d. capit. 2. dicens hanc opinionem veriore post num. 7. vers. sed certe opinio. de præben. lib. 6. & Philipp. Deci. in c. decernimus. num. 4. de iudi. & hanc sententiam Lap. veriore asserit Sannen. in regu. de infirm. num. 2. quæst. 16. & in regu. de annal. num. 4. 1. quæst. & in regu. de valor. in 3. quæst. post princip. & Philip. in addition. ad gloss. pragmatice sanctionis in c. sicut. §. quata. de elect. in verb. prælati. & Pet. Rebuff. super concordat. in rub. de mādāt. Aposto. §. declarantes. in ver. dignitates. in fine. & videndus est Gemi. in ca. 2. nu. 10. de præb. lib. 6.

Præterea præmittendum est etiam, quod Abbatiæ est in duplici differentia. Nam quædam est Abbatiæ regularis, quæ quidem est caput omnium beneficiorum regularium, atque potestas monasteriorum ab Abbatibus dependet, ut in cap. nullam potestatem. 18. quæstio. secunda. & in c. cum ad monasterium. vers. prior autem. & in versic. Abbas verò, cui omnes in omnibus reuerenter obediunt. de statu Monac. & Abb. in c. ea noscitur. colum. penult. num. 4. in versic. sed ego non video, de his quæ fiunt à prælatis sine consensu Capituli, & latè de hoc agit Ioann. de Selua in tracta. de benefic. in prima parte, qd. 2. num. 4.9. dum de primo beneficio regulari tractat, & huiusmodi Abbates regulares sunt in duplici differentia. Nam quidam eorum dicuntur Abbates generales, seu magni Abbates, qui quidem Episcopis æquiparantur, & habent Episcopalem iurisdictionem, & de his loquitur text. in cap. Adrianus. il secundo. vbi dicitur, quod Episcopi, & Abbates in illo Concilio interuenerunt. 63. distinctione. & in capitu. conuenientibus. in princip. vbi Abbas tenuit locum Papæ. prima quæstio. septima. & optimè per Abbatem in prima disputatione seu quæstione. incipien. Episcopus. numero vigesimo octauo. vers. Idem de inferioribus prælatis habentibus Episcopa-

lem iurisdictionem: ut sunt magni Abbates, qui quidem magni Abbates seu generales exempti habent omnimodam iurisdictionem in suos monachos: & in locis pleno iure sibi subiectis iurisdictionem Episcopalem vel quasi, ut in cap. primo. & in cap. in singulis. de statu monac. & in cap. Abbates. ante fi. de priuil. lib. sexto. & tenet glo. in clem. prima. in verb. proprijs, post medium. de rebus ecclesi. non alien. Anton. de Butrio in cap. cum & plantatæ. §. in ecclesijs. de priuil. & Aret. in consil. 63. incipien. in præsent. colum. tertia. versic. pro his. num. 4. & Philipp. Deci. in ca. eam te. in primo not. colum. 2. versic. & concludendo non videtur. de referri. & faciunt tradita per Paris. in consil. 2. num. 14. in volum. quarto. & præfati Abbates dicuntur Prælati & ordinarij, ut in cap. nullus monachus. & in cap. nullam potestatem. 18. quæst. 2. & in cap. ne pro defectu. §. statuimus. cum glo. in verb. regularis. de election. & in cap. quanto. versic. mandamus. & ibi Innoc. in versic. Prælati. vbi exponit, id est, Abbates, & postea exponit, id est, Abbates vel Episcopi, & ibi Car. in 1. & 4. q. de off. ordi. c. si. in prin. lib. 6. eod. titu. Abbas in disputat. seu quæstio. 1. incipi. Episcopatus. num. 28. vers. Idem de inferiore præla. & idem Abb. in c. decernimus. de iudic. in 2. nota. sunt etiam alij Abbates his inferiores, qui quidem eis subsunt, prout sunt multi commorantes in Hispania, qui vocantur Abbates regulares: parua qui sunt auctoritatis seu potestatis.

Est etiam Abbatia secularis, & beneficium secularis, de qua loquitur text. in terminis in cap. ex transmissa. de renunc. & ibi not. glo. & similiter Panormit. num. 5. ibidem, & Ioann. de Sel. in tract. de benefic. in 1. parte. qd. 2. num. 35. & Petr. Rebuff. in praxi. benefic. in titu. secularis beneficium quotuplex. numero 3. vultu, in ecclesia collegiata Sancti Sebastiani in Narbona, & Abbatia, quæ vocatur Abbatia San. Pauli, & est dignitas secularis, & similiter in Hispania est alia Abbatia in Oppido de Alcalá la Real. & similiter in Oppido de Medina del Cæpo, & similiter in Oppido de Valladolid, vbi sunt Abbate habentes ius Episcopale, & iurisdictionem ordinariam, & similiter est alia Abbatia similis in Oppido de Conarrubias, & in alijs eua multis Ecclesijs Hispaniæ collegiatis sunt alie Abbatiæ regulares, quæ sunt prima dignitates: & ordinariam habent iurisdictionem, & de his credo quod loquatur text. in Concilio Tridentino Sessione 13. capit. quarto. Sunt præterea alie Abbatiæ inferiores seculares in Hispania maximè in Cathalonia, & in Apulia omnes presbyteri seculares vocantur Abbates, ut inquit Ioann. Andr. quem refert, & sequitur Panorm. in d. c. ex transmissa. nu. 5.

Quibus præmissis dicendum est, quod due Abbatiæ

Abbatiæ de iure communi incompaibiles sunt: ut probat Concilium Agathense, quod refertur in cap. vnum. 2. 1. q. 1. cuius verba sunt. Vnum Abbatem duobus monasterijs præsidere interdiciamus, & idem probat text. in ca. monacum. 20. qd. 4. cuius verba sunt. Abbati quoque singulas, diuersasq; cellulas habere, aut plura monasteria non liceat. & similiter idem probatur in cap. fin. de relig. domib. cuius verba sunt. Illud etiam prohibemus, ne quis in diuersis monasterijs locum monaci habere præsumat, neque vnus Abbas pluribus monasterijs præsidere, vbi id notat gl. in verb. pluribus. & Panorm. in nu. 1. & nu. 5. & similiter notant scriben. omn. in dictis iuribus.

Ratio prædictorum est: quia Episcopatus & Abbatia à iure nostro parificantur: ut refertur Pet. Rebuff. super concordat. in rub. de mandāt. Apostol. in §. statuimus. verb. monasteria. & probatur in c. ne pro defectu. §. statuimus. iuncta gl. in verb. regularis. & text. in cap. dilectus filius. in fi. de concess. præben. c. nullus monachus. 28. q. 2. c. decernimus. de iudi. vbi Abbates nominantur inter Episcopos, & Archiepiscopos, & in c. 2. & ibi Arch. col. 1. vers. dignitates qualescunque præter Episcopalem & Abbatialem. de præben. lib. 6. Ergo sicut supra in cap. 3. probatum est, duos Episcopatus esse incompatibiles, & ita similiter dicendum est de duabus Abbatij, quod sint incompatibiles, & rationes omnes, ibi assignate ad probandum incompatibilitatem duorum Episcopatum militent etiam in duabus Abbatij, prout videri poterit ex adductis ibidem.

Ex quo inferitur primò, quod hæc incompatibiles vera est, non solum in duob. Abbatij regularibus, sed etiam in duab. Abbatij secularibus: nam eadem rationes militent in regularibus, quæ in secularibus: & ideo idem ius est statuentium, ut probat text. in l. si focer à genero. in princip. & ibi not. gloss. & Bald. ff. solut. matrimon. & elegans text. in l. Pomponius scribit, si negotium. & in ver. & quemadmodum. & ibi etiam gl. & doc. ff. de neg. gest. & text. in l. de quibus. & ibi not. Ange. & declarat in 6. not. ff. de legib. & pulcher text. in l. si de eo. §. si. & ibi Imo. & scrib. ff. de acq. possess. & bonus text. in l. 1. §. veteres. ff. eod. tit. & glo. in c. vnicuique. de æta. & qualir. lib. 6. & Bal. & Paul. de Cast. in l. aduersus. C. si aduersus rem iudic. & Matth. Mathesil. in not. suo 191.

Inferitur secundò, quod prædicta vera sunt non solum in Abbatij magnis, & quæ Episcopatibus æquiparantur, sed etiam in alijs Abbatij inferioribus, quæ recognoscunt alios magnos Abbates in superiores. & ratio clara est: quia huiusmodi licet inferiores habent animarum curam non solum in foro interio, sed

etiam animarum curam iurisdictionalem, & ideo simul obtineri non possunt duæ: ut clarè probat text. in capit. de multa. de præben. & ibi nota. scribentes omnes, & probant etiam alia multa iura, quæ inferius adducentur in capit. de incompatibilitate duorum beneficiorum curam animarum habentium. Aduertendum tamen est, quod huiusmodi Abbatia inferiores inueniuntur aliqua, quæ nullam habent animarum curam, neque in foro interio, neque in foro contentioso, neque etiam sunt dignitates, neque aliquam requirunt residentiam. Unde sine dubio de his indicandum erit sicut de alijs beneficijs simplicibus, de quibus infra suo loco agendum erit.

Tertiò inferitur ex prædictis, quod idem similiter dicendum erit respectu Abbatiarum: nam vna Abbatia nequit præfici duobus monasterijs, prout clarè ex supra adductis patet: in his enim eadem est ratio, quæ in Abbatibus prout clarè per se patet, quod nouissimè depositum est in Concilio Tridentino, Sessione vigesima quinta. capitulo septimo, ibidem. duobus verò monasterijs nulla præficiatur, quod est ex mente Concilij Agathen. in capitu. quinquagesimo septimo. & Concilij Epao. in capit. nono. & text. in capit. vltimo. vigesima quæstione vltima. & in d. ca. vnum. 31. quæst. 1. & Concilij Cabilonen. in c. 12.

Circa prædicta dubitatur. Vtrum possit quis esse Episcopus & Abbas simul alicuius monasterij. Et videtur dicendum quod possit, argum. tex. in ca. causam, quæ vertitur. de iudi. cuius verba sunt. Prouideat inter cætera, ut fratres Dulmenensis monasterij cum auctoritate & assensu Episcopi sui ingrediantur negotium, ne si fratres Sancti Albani obrineant. Episcopus idè Abbatem monasterij se proponens litem sopitam valeat suscitare. Ex quibus verbis clarè colligitur, quod potest quis esse Episcopus & Abbas simul alicuius monasterij: sed iure Canonico prohibetur est, quod Episcopus possit esse Abbas simul alicuius monasterij: ut clarè probatur in c. cum nostris. de concess. præben. vbi Episcopus non potuit habere præpolituram cum Episcopatu, & ita hanc sententiam tenet Panorm. idem in d. capit. causam, quæ vertitur. numero octauo. & ex eius relatione apparet, quod hæc sit communis sententia. Neque obstat text. in d. c. causam, quæ vertitur, quia ille tex. loquitur, quando Abbatia, & Episcopatus erant simul vni auctoritate Apostolica, vel Cathedrales Ecclesia erat regularis, prout hodie sunt multe in Anglia. & hæc solutio communis est, prout dicit Panormita. in d. cap. causam quæ nu. 8. & hanc responsionem adducit Philipp. Deci. in consilio 642. incipien. in duobus dubijs, quæ proponuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Abbatia est incompatibilis cum alio quocunque beneficio ecclesiastico.*
- 2 *Quod dicitur de Abbate, habet locum in Prioratu.*
- 3 *Episcopatus, & Abbatia equiparantur.*
- 4 *Extensio fit de vno ex equiparatis ad aliud.*
- 5 *Non eodem modo vacant beneficia promoti in Abbatem, quo vacant beneficia promoti in Episcopum.*
- 6 *Abbas post electionem ante benedictionem dicitur Abbas.*
- 7 *Quando aliquid inducitur à iure specialiter, in contrarium est ius commune.*
- 8 *Episcopalis dignitas an dicatur ordo.*
- 9 *Non est determinatum à iure infra quod tempus debeat Abbas benedictionem petere.*
- 10 *Pensio virum vacet per promotionem ad Abbatiam.*
- 11 *Abbas generalis vtrum possit esse Abbas particularis alicuius monasterij.*

*De incompatibilitate vnius Abbatia cum alio quocunque beneficio Ecclesiastico.*

*Cap. VI.*



**N**ON solum sunt incompatibiles duae Abbatiae, vt dictum est in c. praecedenti, sed etiam est incompatibilis vna Abbatia cum alio quocunque ecclesiastico beneficio. Nam, vt supra dictum est in c. 4. nume. 1. illa dicuntur beneficia incompatibilia, quando vnum vacat per adeptionem alterius: sed per adeptionem Abbatiae vacant omnia beneficia, quae promotus in Abbatem habebat ante promotionem, ergo clarè sequitur, quòd Abbatia est incompatibilis cum alio beneficio ecclesiastico. Quòd autem beneficia promoti in Abbatem vacant per promotionem ad Abbatiam, tenet glo. in pragmat. sanctione, in c. 2. §. censuit. in verb. benedictionis. de elect. & Ioan. de Imo. in ca. 2. de preben. & Guiliel. in clem. 2. & Felyn. in c. eam te. de rescri. & Ioan. de Selua in tract. de beneficio. q. 2. nume. 49. cum multis seq. & tenuit Oldra. in consi. 14. incip. conqueritur. & Petr. Rebuff. in concordat. in tit. de manda. Apost. §. statumus. in verfi. monasteria. & ita resoluit Philip. Deci. in c. cum in cunctis. §. cum verò. & ibi no. omn. scriben. num. 20. & tenet Hyer. Gig. in tract. de pensio. quæst. 56. num. 5. de qua conclusione est text. expressus in c. presbyteros. 19. quæst. 1. cu-

ius verba sunt. Presbyteros, diaconos, ceterosque cuiuslibet ordinis, qui ecclesijs quoquomodo militant, Abbates per monasteria esse non permittas. Sed aut amissa clericatus militia, monasticis non promoueantur ordinibus, aut si Abbas loco permanere decreuerint clericatus nullatenus permittantur habere militiam: satis enim incongruum est, si cum vnum ex his, pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad vtrumque videatur idoneus, quem text. & hanc conclusionem allegauit Oldrad. in d. consi. 14. nu. 5.

2 Et quod dictum est de Abbate, & Abbatia, habet etiam locum in Priore seu Prioratu, qui habet locum Abbatis, & est principalis praelatura in ecclesia regulari, seu collegiata, & habet quasi iurisdictionem Episcopalem, & in effectu est eadem dignitas huiusmodi Prioratus: vt resoluit Ioan. de Selua in tract. de benefi. q. 2. nu. 53. & huiusmodi Prior ponitur per viam electionis: vt dicit glo. notab. in clem. 1. in princip. in verb. Lateranen. de supplen. neglig. Prælat. & ita videmus, quòd in multis religionibus Abbas generalis vocatur Prior generalis, prout est in ordine Sancti Dominici, & in ordine Sancti Hieronimi, & Sancti Augustini, in alijs autem vocatur Abbas, prout est in ordine Sancti Benedicti, & in ordine Cisterciensium, & idem etiã est in ecclesijs secularibus: nam aliquando Abbas dicitur Prior, prout est Prior de Roncesualles in Regno Navarra, & alij etiam Priores.

3 Facit etiam ad praedicta: nam Episcopatus, Abbatiaque equiparantur: vt dictum est in ca. proximo praecedenti, nume. 5. Sed sic est, quòd omnia beneficia promoti in Episcopum ipso iure vacant: vt supra latè probatum est in capitu. quarto, ergo similiter beneficia promoti in Abbatem debent vacare: nam extensio fit de vno ex equiparatis ad alterum: vt probat text. in capitu. postquam. in fi. de elect. libro sexto, & facit text. in l. 2. ff. ad Tertullianum, & Roman. in consilio 120. & 129. & 130. & Barto. in l. Marcellus. in penultima colum. in versicu. secundò dico. ff. ad Trebellianum, & gloss. in l. si quis seruo. in fine. C. de furt. & Aret. in rubri. ff. de acquiren. posses. & videndus est Iaf. in §. ex maleficijs. colum. 1. in lit. de action. & de huiusmodi extensione, quæ fieri debet de vno casu ad alium, videndus est Aym. Crau. in tract. de antiqui. tempo. in 4. parte principa. numero quadragesimo primo. cum sequen. & in sect. in ap. videamus. in ead. 4. parte.

4 Est tamen aduertendum, quod quamuis Abbatia & Episcopatus equiparentur, non tamen eodem modo vacant beneficia promoti in Abbatem, quo vacant beneficia promoti in Episcopum: nam, prout supra dictum est, beneficia promoti in Episcopum non vacant, nisi interuenientibus

tibus quatuor supra nartatis, in capitu. quarto. numero 13, inter quæ requiritur, quòd Episcopus sit consecratus, vel saltem sit elapsum spatium trium mensium concessum ad obtinendam consecrationem: non autem est dicendum sic in Abbate. nam eius beneficia vacant statim post obtentam pacificam possessionem, etiam si non fuerit benedictus: vt tenet Abb. in c. quanto. de offi. ordi. cum simil. & idem Abb. in d. c. cum in cunctis. §. cum verò. de elect. & ibi nota. Philipp. Deci. nu. 1. & Oldra. in suo consi. 14. & Fran. Paninus Rotæ Auditor in suo trac. de off. & potesta. Capit. sede vacan. quem refert sequitur Hyer. Gig. in tract. de pensio. q. 56. nu. 50. & Petr. Rebuff. in trac. de manda. A. postol. §. statumus. in verfi. monasteria. in concordat.

6 Pro qua sententia facit nam Abbas post electionem ante benedictionem dicitur Abbas, & potest vt baculo pastoralis, annulo, & mitra: vt inquit Panormi. in capitu. inter monasterium. versicu. quero ulterius. de re iudica. & Ioan. de Lignan. & Ioan. Andre. in clem. attendentes. §. statumus. de statu monac. & notatur in capitu. primo. de eta. & qual. & in cap. meminimus. de accusat. & Anchar. in dicto cap. inter monasterium. numero 6. vbi Bald. numero 3. & Ioan. de Anan. in dicto cap. meminimus. nume. 5. & Dec. in dicto cap. eam te. in primo notab. num. 10. & ibi Fely. numero 2. & Felyn. in d. cap. inter monasterium. numero primo. & in cap. primo. de supplen. neglig. Prælato. nume. 1. & in d. ca. meminimus. num. 1. & ibi in addit. & Archi. in c. alienationis. num. 12. 1. 2. quæst. 2. & Ioann. de Selua in tracta. de benefi. 2. q. 1. par. in versicu. 13. beneficium. numero 49. & ita resoluit Philipp. Deci. in d. capitu. cum in cunctis. §. cum verò. numero 2.

7 Secundò pro praedicta sententia facit nam specialiter introductum est à iure circa Episcopum, quòd eius beneficia non vacant ante consecrationem: vt clarè probatur in d. capitu. cum in cunctis. §. cum verò. de election. ergo in contrarium est ius commune, quod seruari debet in Abbate: vt probatur in l. quod verò contra. & in l. ius singulare. ff. de legibus. & in l. prima. ff. ad municipalem, & in reg. quæ à iure. de reg. iur. libro 6. cum similibus, & est bona glof. iuncto tex. in cap. praesenti. §. loca. de preben. libro sexto. & in l. vnica. C. si quacunq. praeditus potestare, & ita resoluit multa in proposito adducens Euera. in locis legalibus, in loco à speciali.

8 Tertio pro hac sententia facit nam quia secundum commune iurisdictionum cursus Episcopalis dignitas ordo dicitur, & nemo ex scribentibus dicit, quòd Abbatia est ordo, ex quo clarè sequitur, quòd Episcopus antequam sit consecratus, non dicitur habere ordinem Episcopatus, ac proinde non debent eius benefi-

cia vacare, antequam verè & realiter sit Episcopus. & ita diuersa ratio est in Episcopo quam in Abbate. Aduertendum tamen est, quòd hæc ratio, si subtiliter consideretur, videtur, quòd omnino non concludat: nam quamuis iurisdictionis teneant Episcopatum esse ordinis sacramentorum. in contrarium tamen se habet communis Theologorum sententia, quæ probabilior est; vt resoluimus in tracta. de cleric. & eor. exem. in prima parte. in capitu. decimo. numero sexto. negari tamen non potest, quòd quamuis secundum Theologorum sententiam, Episcopatus non sit ordo, nihilominus in ipsa consecratione adhibetur sacerdotalis habitus quædam, & facultas in debilibus, atque ab Episcopo immobilis: vt inquit Bonauentura, quam habilitatem, & facultatem indelebilem Episcopus depositus, si iterum in suum ordinem restituatur, non opus habet de nouo consecrari: vt resoluimus in dicto numero sexto. in fine. & ita hac consideratione est maxima ratio differentia inter Episcopum & Abbatem, qua considerata optimè à iure statutum est, quòd ad hoc vt beneficia Episcopi vacent, requiritur consecratio, non autem benedictio in Abbate.

Quarto pro hac sententia facit: quia si verum esset, quòd non vacarent beneficia promoti in Abbatem ante benedictionem: maximum sequeretur absurdum, nempe quòd Abbas postea, perpetuò retinere priora beneficia, quia cum non sit determinatum à iure, infra quod tempus debeant Abbates benedictionem petere, in eorum voluntate esset, quando eumque vellent petere benedictionem, & sic maiori prerogatiua gauderet promoti in Abbates, quam in Episcopos. Resolutiue igitur dicendum est, quòd vacant beneficia omnia promoti in Abbatem ante benedictionem post obtentam possessionem, quod intelligitur non solum respectu beneficiorum, quæ curam animarum habent, seu dignitatum, sed etiam aliorum beneficiorum simplicium, siue residentiam requirant, siue non: vt supra dictum fuit in c. 4. de Episcopo.

10 Dubium tamen est, vtrum pensiones, quas obtinet Abbas super beneficijs ecclesiasticis ante promotionem. Et breuiter quamuis Hyeroni. Gig. in tract. de pensio. q. 56. num. 5. aliter sentiat, idem dicendum est respectu Abbatis, quod supra diximus respectu Episcopi in capitu. 4.

11 Circa praedicta existit dubium, vtrum Prior seu Abbas generalis alicuius ordinis religiosorum possit esse Prior, seu Abbas inferior vnius monasterij eiusdem ordinis simul. In qua questione breuiter resoluten. est pro parte negatiua. Primò: quia Prior dicti monasterij debet in eo morari pro gubernio & administratione ip-

sius monasterij, prout latè cautetur in cōstitutionibus religiosorum. At verò generalis Prior seu Abbas debet visitare totum ordinem, & in tali visitatione requiritur, q̄ generalis ad locū, qui debet visitari, accedat: vt probatur in c. conque rente. de offi. ordi. ibi. ad eas visitandas accesseris, imò & tenetur ratione officij accedere: vt no. scriben. in c. 1. de cens. lib. 6. per illum text. & ibi gl. in ver. accedere. si ergo Abbas seu Prior generalis tenetur accedere ad loca, quæ debent visitari, non poterit in monasterio, vbi est Prior vel Abbas, morari. Vnde sequitur, q̄ hæc duo sint incompatibilia: quia non possunt in eodem tempore fieri: vt inquit tex. in l. libertus §. præ scriptio. ff. ad municipalem, & Bart. in l. diuiniurum. C. de decu. lib. 10. & no. Bal. in proc. C. in §. ideoque, vbi inquit, quòd quando sunt dignitates, quæ habent in se repugnantiam, vel per actum vnus impeditur administratio alterius, nõ potest quis habere plures dignitates propter incompatibilitatem exercitij. Denique quòd vnus non possit duo officia incompatibilia habere, tenet Bal. & Bar. in l. si consul. ff. de adopt. Abb. post Ant. de But. in c. ex literis. de prob. & Abb. & Ant. de But. in c. ex literis. de probat. & hæc est \* communis sententia, prout affirmat Phil. Deci. in consil. 641. inci. in duobus dubijs. num. 6. facit præterea pro prædicta conclusione: nam in dubio non præsumitur quis ad duo officia idoneus, vt inquit Bart. in l. hac parte. G. de proxim. sacro. scriinio. lib. 1. 2. vbi Bart. ponit regulam negatiuam, q̄ quis nõ potest fungi duplici officio, & Aret. tenet hoc in dicto c. ex literis. de probatio. Facit etiam: quia si præfatus Prior, seu Abbas generalis possit esse Prior seu Abbas particularis, sequeretur, quòd generalis Abbas seu Prior deberet seipsum visitare, quòd absurdum videtur. Nam diuersitas personarum requiritur inter visitantem & visitatum; sicut inter baptizantem & baptizatum: vt in c. debitum. de baptismo, & inter instituentem & institutum: vt in c. fin. de institu. & facit tex. in l. 2. ff. de stipula. seruo. & ita tenendum in hoc casu, quòd Abbas generalis non possit esse simul Abbas alicuius monasterij in particulari: vt resoluit Philip. Deci. in dicto consil. 641. bene tamen verum est, quòd aliquando ex vi dispensationis fieri potest, quòd Abbas generalis sit Abbas alicuius monasterij in particulari, prout sentit Philip. Deci. ibidem: ius tamen canonicum est in contrarium. & hinc est, quòd in ordine Diui Hieronimi in Hispania Prior generalis totius ordinis est Prior monasterij Sancti Bartholomei de Lupiana prope Ciuitatem Saguntinam, quod credo factum fuisse ex vi dispensationis à sede Apostolica obtentæ, non autem de iure communi: nam (prout dixi) ius commune resistit.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Dignitas, personatus, & officium quid significant, & in quo differant.*
- 2 *Quilibet rector seu Prior Ecclesie collegiatae dicitur habere dignitatem.*
- 3 *Due dignitates sunt incompatibiles.*
- 4 *Quod ampliat, etiam si dignitas careat iurisdictione.*
- 5 *Et etiam si de consuetudine, vel statuto reputetur dignitas.*
- 6 *Dignitates de iure communi habent animarum curam.*
- 7 *Quid agendum, quando quis habet duas dignitates, vtrum prima vel secunda veniat priuandus.*
- 8 *Verbum amittat, vtrum inducat priuationem ipso iure, vel per sententiam.*
- 9 *Obtinere duas dignitates in eadem ecclesia est incompatibile.*
- 10 *Consuetudine an possit introduci, quòd due dignitates sint compatibiles.*
- 11 *Consuetudo ecclesie, quòd Canonici si non resident, percipiant fructus in absentia, valida est.*

## De incompatibilitate duarum dignitatum. Cap. VII.



**R**ES termini sunt in iure nostro, qui quidem idem signifi care videntur tanquam synonyma: scilicet dignitas, personatus, & officium: vt probat text. in c. cum accessissent de constit. vbi idem officium appellatur dignitas & personatus. & hinc est, q̄ Inn. in c. de multa. de præb. inquit, q̄ dignitas, & personatus nõ differunt in substantia. Idem probat tex. in c. ad aures. de rescri. & no. gl. allegando illum tex. in c. quia nonnulli. vbi Abb. de cleri. non residen. & Phil. Deci. in c. ex parte. 7. in prin. de rescript. & Aret. in consil. 24. inci. in pte. sente. col. 2. & Oldra. in consil. 50. inci. in ecclesia Valentina. col. 3. & Deci. in c. cum accessissent. in no. 1. de consti. & ita in multis locis dignitas appellatur personatus, & in aliquibus quodlibet beneficium curatū dicitur personatus: & ideo magis attendi debet substantia rei, quam denominatio: proprie tamen loquendo dignitas, personatus & officium inter se differunt: vt inquit Innocen. in c. quia nonnulli. de iudi. & in d. c. cū accessissent. de consti. & Card. in clem. 2. in vers. 5. nota. de iudic. & in clemen. 1. vers. quid est dignitas. de præb. & in clemen. 2. §. 1. in prin. de æta. & qualita. Abb. in cap. de multa. de præb. num. 21. Archidi. & Dominic. in cap. 1. de consuetu. lib.

lib. 6. & Oldra. & Aret. vbi supra, & Io. Corraf. in tracta. de sacerdot. in titu. de elect. num. 8. & differentia est secundum prædictos, quòd dignitas est administratio rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione, & hæc est \* communis sententia ut inquit Pano. in d. c. de multa. num. 21.

2 Ideo ¶ quilibet Rector seu Prior Ecclesie collegiatae dicitur habere dignitatem: ut not. Paul. in clem. prima. de election. & in clem. ne in agro. de stat. regular. & tenet Innocentius, & Hostien. in ca. cum ab ecclesiis. de offi. ord. & resoluit Rot. dec. 11. de præb. in nou. quæ incipit, de thesauraria. & Panor. in cap. de multa. de præb. Personatus verò est quædam prærogatiua in ecclesia sine iurisdictione: ut quia habet stallum in choro honorificum præ alijs, vel quid simile. Officium verò est administratio rerum ecclesiasticarum sine iurisdictione, exemplum ponitur in sacrista, seu thesaurario, secundum prædictos doctores.

3 Quibus præmissis dicendum est; quòd ¶ due dignitates sunt incompatibiles, ita vt nemo possit eas habere simul, vt puta habere Decanatum & Archidiaconatum, vel alias similes dignitates: vt probatur in c. sicut. de excessib. Prælat. & in c. de multa. de præb. & in c. quia nonnulli. de cleric. non residen. & in extrauagan. Ioann. XXII. in §. quibus. & in clem. quia regulares. de supplen. neglig. Prælat. & ita tenent doctores. in c. cum in singula. de præb. lib. 6. & Dominic. in c. gratia, quam, de rescri. lib. 6. & scriben. in dictis iuribus, & Io. de Imo. in clem. gratia. nu. 12. de rescri. Abba. Panor. in c. extirpanda. §. qui verò. numero 30. de præb. & Lap. in alleg. 116. num. secundo, & Feder. de Sen. in consil. 120. & in consil. 135. & in consil. 155. & Bernard. de Luco. in sua practica criminal. in c. 42. & Ioan. Coraf. in tract. de sacerdot. in prima par. in cap. 10. numero quinto.

4 Prædicta conclusio vera est ¶ non solum, quando dignitas, prout supra dictum est, habet administrationem rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione, sed etiam quado caret iurisdictione: habet tamen nomen, quod de iure communij sonat in dignitatem: quia uocatur Archidiaconatus, vel Archipresbyteratus, & sic de alijs: tunc enim licet de more, & consuetudine ecclesie nullam habeat administrationem, neque iurisdictionem: nihilominus dicitur dignitas. exemplum est in Archidiaconatu Parmensi; qui secundum Innocen. in dicto cap. de multa. quasi nullum officium Archidiaconi facit in Ecclesia, & idem dicit Hostien. & Zabarella in versic. hoc idem. in §. quæst. & in clem. vt ij. §. primo in primo notab. de ætat. & qualit. & singulariter in consilio 30. incip. in hac dubia questione. col. 3. & rel. in c. ex literis. col. 3. vers. & de illo dicto. de consti. & Abban. d. c. de multa. num. 21. po

nens exemplum in Archidiaconatu Senen. & idem est in Archidiaconatu Ecclesie Ispalen. qui nullam habet de consuetudine administrationem, neque iurisdictionem & nihilominus est secunda dignitas potest Pontificalem.

5 Imo ¶ si de consuetudine, vel constitutione Ecclesie reputatur dignitas, habetur pro dignitate, & est incompatibilis cum alia: nam ad hoc vt sit dignitas, sufficit, quòd de consuetudine, vel constitutione habeatur pro tali: ut in c. consuetudo. 12. distin. & in ca. cum olim. de consuetud. & Bald. in consil. 335. volum. tertio. Nam consuetudo gradus excellentiam ostendit & nobilem, & extimium facit: ut in l. honor. §. j. ff. de muner. & honor. Item illa est maior dignitas, quæ pro magno beneficio datur: & quam generaliter homines existimant esse maiorem: vt in l. athletas. in principio vers. Celsus. ff. qui notantur infam. & Io. de Selu. in tract. de beneficio. in prima par. q. 2. num. 36. cum seq. maxime nu. 42. & Nicol. Boer. in decil. 286. per tot.

6 Ratio quare due dignitates sunt incompatibiles est ¶ quia huiusmodi beneficia secundum ius commune animarum curam saltim iurisdictionalem habent in foro contentioso, quo casu nemo potest de feruire commodè in duabus dignitatibus: ut dicitur inferius in c. de incompatibilitate duorum beneficiorum habentium animarum curam. Secunda ratio est: nam quamuis dignitates nõ habeant animarum curam prædictam, saltim residetiam requirunt, quo casu impossibile est; quòd quis resideat in duobus diuersis locis in vno, eodemque tempore: vt inferius dicitur in c. de incompatibilitate duorum beneficiorum requirentium residentiam. Aduertendum tamen, quòd quamuis dignitates non habeant animarum curam, nihilominus sunt incompatibiles, ita quòd due dignitates non possunt simul ab vno obtineri: vt probatur in c. de multa. de præb. in fin.

7 Dubium tamen est circa præfata, quid agendum erit, quando quis de facto obtinet duas dignitates, an veniat priuandus prima, vel secunda, vel potius vtraque. In qua questione dicendum est, quòd sunt consideranda quatuor tempora, prout inquit Card. Florent. in c. referente de præb. & ibi latè Io. de Imo. & Abb. Panor. in c. quia nonnulli. de cleric. non residen. numero quarto. Primum tempus fuit ante Concilij Lateranen. cuius sit mentio in dicto cap. quia nonnulli. & hoc tempore attento, qui obtinebat duo beneficia curata, vel duas dignitates, nõ priuabatur secundo beneficio vel dignitate, sed dabatur ei optio, vt vnam ex dignitatibus, vel beneficijs vnum eligeret, vt probatur in c. præterea, & in c. referente. de præb. & ibi notant \* scriben. \* communiter. Secundum tempus est tempus Concilij Lateran. quo casu fuit sublata prædicta



prædicta optio, & statutum, ut priuaretur secunda dignitate, vel beneficio curato: ut probatur in d. c. quia nonnulli. de cleric. non residen. in fi. verb. ibi, quod si alter actum fuerit, & qui receperit, quod contra canones accepit, amittat per quod verbum videtur dicendum, quod ipso iure priuabatur ipsa dignitate. nam verbum amittat, est lata sententia: vt inquit gloss. in l. amissione. §. qui deficiunt. in fi. ff. de cap. minut. & Hostiæ. in c. primo, in fi. ne Prælati vices suas & Panor. in c. cum in cunctis. §. vlt. in col. vltima, de electio. & in c. in quibusdam, ante fin. de pœn. & Bald. in l. prima. in col. prima. C. si secundo nupserit mulier, & Card. Alex. in §. calidis. col. secunda. in tit. de prohib. feud. alien. per Feder. & videtur optimus text. in aucten. licet. C. de Episcop. & cleric. ponderando illa verba, amittant locum secundum, simul cum alijs verbis inferius positis. ibi. & Episcopus habeat licentiam vindicare. nam illa postrema verba, quæ id concedunt, vendicare, aperte significant, quod verbum amittat, ante prolatum simpliciter de notabat amissionem ipso iure factam: vt videtur resolueret And. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. in princ. Contrariam tamen sententiã imo quod per verbum amittat, non inducitur priuatio ipso iure: sed denotet sententiam ferendam, tenet gloss. quam sequitur Petr. à Bellaperica, Bart. & omnes scribentes in l. si quis in tantam. in verb. amittat. & iterum in gloss. magna in 4. q. C. vnde vi. & gloss. in l. si qua ex sceminis in verb. amittat. & ibi etiam Bald. C. de secund. nupt. & Bart. in l. Meuius. §. duobus. col. vlt. ff. de leg. 2. & in l. prima, col. 2. & ibi etiam Angel. ad fi. C. de pœn. iud. qui malè iudicauit. Bald. in l. extat. col. 2. in prima lectur. ff. quod met. caus. & in l. vltima. C. locati, & in c. primo. §. primo, in verb. amittat. in tit. de feud. sine culpa nõ amittent. & Cyn. in aucten. qui semel. in q. 5. C. quomodo, & quando iudex, & est glo. similis in c. si diligenti. in verb. causam perdant. post princip. de for. compet. & Archid. in c. secundo, post princip. de præscript. lib. sexto, Hostien. in c. in quibusdam. in verb. amittant. de pœn. & in ca. de multa. col. prima, in verb. amittent. de præb. Panor. sibi contrarius in c. primo, ne prælati vices suas, & ibi Io. de Anan. & Card. Alex. sibi contrarius in c. primo, in principio, in col. prima, in titu. quib. mod. feud. amittatur, & Francisc. de Rip. in c. sepe. col. penul. vers. circa. 5. quæstionem, de restitut. spoliat. pro qua sententia facit text. in l. prima, in §. hi quibus. ibi. statim amitteret ciuitatem. Tandem in nostro proposito ita tenet Panor. in d. c. quia nonnulli. num. quarto, & negari non potest, quin hæc sit communis sententia: ut pater ex adductis ab And. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. num. 152. cum seq. Tertium tempus fuit tempus, ca. de multa,

de præben. vbi fuit inductum, quod si habens curatum beneficium, vel dignitatem reciperet secundum, seu secundam dignitatem, vacaret primum beneficium, vel prima dignitas ipso facto. Quartum tempus est tempus extraneantis execrabilis Ioannis XXII. vbi artius fuit prouisum, nempe vt recipiens secundum curatum, seu secundam dignitatem, nisi de facto incontinenti post habitam secundum beneficij, vel dignitatis pacificam possessionem dimittat primum, seu primam dignitatem in præsentia publicarum personarum, esset priuatus ipso facto vtroque beneficio curato, seu vtraque dignitate: & est inha bilis ad hoc: vt possit ad sacros ordines promoveri, seu aliquod ecclesiasticum beneficium habere, & hoc iure hodie vtitur: vt probat text. in Concil. Trident. sess. 7. c. 4.

9 Et prædicta vera sunt, etiam si quis obtineat duas dignitates in eadem ecclesia: nam sicut prohibitum est eas obtinere in diuersis ecclesijs, ita similiter prohibitum est eas in eadem ecclesia obtinere: ut clarè probatur in d. cap. de multa. in fi. verb. ibi. addentes, vt in eadem ecclesia nullus plures dignitates aut personatus habere præsumat, etiam si curam non habeat animarum, & not. scriben. in d. c. & Petr. Duen. in tract. regul. & fallen. in regul. 71. in ampliatio. 5. & latius videndum erit infra in titulo, de incompatibil. plurium beneficiorum sub eodem texto.

10 Dubium tamen est. Vtrum si consuetudine possit introduci, quod duæ dignitates sint compatibiles: & possint simul ab vno obtineri. & videtur dicendum, quod consuetudo potest facere id, nam videmus, quod si consuetudo ecclesiæ: vt Canonici, si non resident, percipiant fructus beneficiorum suorum, valida est: vt probat text. & ibi nat. Abb. in not. primo, in c. cum omnes. de constit. & per illum text. tenuit gloss. in c. dudum. il secundo, in verb. retinere. de electio. & gl. in c. gratia. in verb. de iure. de rescript. lib. sexto, gloss. in c. conquarente. in verb. deseruiat. de cleric. non residen. & ita resoluit Panor. in c. extirpanda. §. qui verò. num. 15. & num. 31. de præben. & in confi. 96. num. secundo, volumine secundo, in medio, & Feder. de Sen. in consilio 246. numero primo, & Ioan. de Imo. in c. quia nonnulli. numero sexto, de cleric. non residen. & ita resoluit multa adducens Rocc. de Curt. in c. fin. de consuetud. num. 500. & Io. de Selua in tract. de benefi. in 4. par. numero primo, q. secunda, & Paul. Paris. in confi. 32. vol. quarto, & vide quod infra dicam in hac prima par. ca. 17. Ergo videtur dicendum, quod similiter possit consuetudo introducere, vt duæ dignitates sint compatibiles. Hoc tamen fundamentum nõ concludit: quia maior deformitas est, & magis repugnat rationi: quod quis habeat duas dignitates:

qua

quæ de iure sunt incompatibiles: quàm q. percipiat fructus in absentia. Secundò tamen pro hac sententia facit. quia consuetudinis tanta est vis, & potestas, quod vincit legem scriptam: ut probat text. in cap. vlt. vbi not. scriben. omnes, de consuetud. Ergo videtur dicendum: q. consuetudo potest derogare iuribus disponentibus duas dignitates esse incompatibiles. Sed si bene attendatur, hoc similiter fundamentum non concludit. nam quamuis consuetudo vincat legem & ei deroget, hoc est intelligendum de consuetudine, quæ est rationalis, & legitime præscripta: vt probat text. in d. c. vlt. de consuetud. vbi not. scriben. at verò in hoc casu consuetudo videtur irrationalis: & ideo non attendenda. Denique dicendum est, quod non valet consuetudo, quod dignitates veræ, scilicet quæ habent ad ministracionem cū iurisdictione, possint simul plures obtineri. Et est ratio: quia (prout dictum est) hæc consuetudo esset iniusta, & irrationalis, quo casu sine dubio non est attendenda, prout in simili inquit Dec. in d. c. cum omnes. de constit. num. quinto, in secunda lectur. & Syluester in summa in verb. residentia. q. 2. Quod autem sit irrationalis hæc consuetudo, clarè probatur: nam si dignitas habet administracionem cum iurisdictione, non potest quis exercere ea, quæ ad dignitatem pertinent in duobus locis: nam impossibile est, secundum rerum naturam quod sit præsens eodem tempore in diuersis locis. Secundò facit pro hac sententia: quia talis consuetudo esset ecclesijs onerosa, quo casu nõ valet: vt probat text. & ibi Abb. in c. primo, de consuetud. & in c. grauem. de sent. excom. & in cap. cum causam. de re iudic. Et quod consuetudo hæc sit onerosa ecclesijs, clarè patet: nam vna ecclesiæ vnus debet esse Rectoris: ut probatur in c. cum non ignores. cum siml. de præben. facit præterea; quia talis consuetudo periculosa est animabus, quo casu consuetudo non excusat, ut probatur in dicto cap. fin. de consuet. & in cap. satis. & c. cum in ecclesiæ. de symo. & tenuit Innocen. in c. nonnulli. de cler. non resid. & facit docto. Ioan. Andr. in regul. qui contra iura, de regul. iur. lib. sexto. Tandem hanc conclusionem probat expressus text. in c. primo, de consuetud. lib. sexto, ubi expressè prohibetur consuetudo obtinendi duas dignitates, Præposituras, seu ad ministracionem, aut officia, & ibi not. scriben. omnes, & ita tenendum est.

## S V M M A R I V M.

- 1 Duo officia vtrum possit quis habere. & num. 2.
- 3 Officium dicitur ecclesiasticum beneficium.
- 4 Dua officia, prout sunt ecclesiastica beneficia, sunt incompatibilia.
- 5 De o officia etiam in eadem ecclesia sunt incompatibilia.

- 6 Duo officia ecclesiastica sunt incompatibilia non obstante consuetudine in contrarium, quæ disponit, quod possint obtineri.
- 7 Vtrum duo officia possint obtineri in eadem ecclesia mediante consuetudine immemorabili.
- 8 Vtrum mediante prædicta consuetudine immemorabili possint obtineri duo officia in diuersis ecclesijs.
- 9 Post obtentionem secundum officij ecclesiastici vacat ipso iure primum officium ecclesiasticum.

## De incompatibilitate duorum Officiorum. Cap. VIII.



ON est minima controuersia illa, qua dubitatur. Vtrum quis possit duo officia simul habere: nam multi sunt, qui tenent affirmatiuam partem inter quos est Bar. post Guill. de Cun. in l. si Consul. ff. de adoptio. per illum text. vbi probatur hoc in iurisdictione voluntaria, & idem Bar. in l. comperimus. C. de proxim. sacro. scrib. lib. 12. & Abb. in c. primo, in principio, de offic. delegat. & Bal. in prima constit. C. §. ideoque, & in l. Domitius, per illum text. ff. de testam. & tradit Rom. in conti. 25. in cap. vltio facto. & facit text. in l. duorum. in prin. ff. de ope. liber. & Bar. in l. fin. ff. de colleg. illici. & probatur, arg. text. in c. relatio. 21. q. prima, & 16. q. prima. §. in superiori, & c. ecclesiæ, & 23. q. 3. in cap. duo ista, & in c. si ecclesiæ. in fin. in l. si pater. §. qui duos. ff. de adopt. & in l. Papinianus. §. impubes. & in l. filius. & in l. aduersus. §. primo, ff. de inoff. testam. & in l. vltima, ff. de postula. & in l. item eorum. in princ. ff. quod cuiusque vniversitatis, & in l. sanè. in prin. ff. pro socio, & in l. si ratio. §. item nunquid. ff. solut. matrim. & in l. debitorum. §. fin. ff. ad Trebellian. & in l. cū quidam. G. de administr. tuto. & in l. iure mariti. ff. de adulter. & in c. cum inter. & in c. quod sint. §. præterea. de electio. & in c. si sacerdos. de off. ordina. & in c. si quæ. de reb. eccles. non alienan. & in c. licet. de foro compet. & in c. ad audientiam. in fi. de præscript. & in c. per uenerabilem. qui fil. sunt legit.

2 Alij autem si contrariam sententiam tenent, nempe quod non potest quis duo officia obtinere, ut probatur in l. patres. vbi not. glo. & Bal. C. de proxim. sacror. scrib. lib. 12. & in l. prima. C. de præposi. agen. in rebus lib. 12. & text. in l. libertus. ff. ad municip. in l. vlt. C. de assens. C. qui milit. non poss. not. scriben. in l. lecta. ff. si certum petatur, & in l. prima, de colleg. illic. & Specul. de iuram. calum. §. tertio, vers. quod si aliquid, & Bertach. in repert. in verb. officium quot, & quibus modis capiatur, in vers. 51. de qua

qua conclusione videndus est Panor. & alii scriben. in c. ex literis. de probation. num. 10. cum seq. & ibi latè Additionatores, & Philipp. Dec. ibidem numero 14. cum seq. Tandem in hac doctorem varietate solet assignari distinctio, quod aut officia sunt adinuicem compatibilia: & tunc procedit prima opinio affirmatiua, aut verò nõ sunt adinuicem compatibilia, sed incompatibilia, & tunc temporis vera est secunda opinio, & sententia.

Sed magis in specie, quod attinet ad propostum nostrum officium dicitur Ecclesiasticum beneficium: vt resoluit Ioã. de Selu. in tract. de benef. q. 2. nu. 46. per tex. in c. cum accessissent de constit. vbi not. scriben. quod officium, quando est beneficium ecclesiasticum, nihil aliud est quam administratio ecclesiasticarum rerum sine præminetia, & iudisdictione, vt dictum fuit supra in c. præcedenti, nu. 12. & tenent scriben. in c. 1. de consuetud. & Ioã. Cora. in tract. sacerdot. in 4. par. cap. 3. num. 8. & Bened. Capra in tractat. regul. & fallen. in reg. 90. num. 2. exemplum est in sacrista, custode, vel thesaurario: vt probatur in c. 1. de offic. sacriste, & in c. saluator. 1. q. 4. & hoc procedit secundum iuris communis dispositionem, cessante consuetudine, quæ quidem diuersum aliquando habet.

Est igitur certissimum in iure nostro, quod duo officia, prout sunt ecclesiastica beneficia, sunt in cõpatibilia in eadem persona, ita quod vnus ea non potest obtinere, quod clarissimè probatur in ca. singula. 89. distinct. cuius verba: quia pulchra sunt, referam, singula (inquit) ecclesiastici iuris officia singulis quibuscumque personis sigillatim committi iubemus: sicut enim in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra nõ vnum actum habent, ita in Ecclesiæ corpore multa membra sunt. secundum veridicam Pauli sententiam, in vno eodemque spiritali corpore cõferendum est hoc officium vni, alij committendum est aliud: nec enim quantumlibet exercitata vni personæ uno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus est oculus: vbi auditus. sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem representat, ita varietas personarum, per diuersa nihilominus distributa officia, & fortitudinem, & venustatem Sanctæ Ecclesiæ Dei manifestat, & sicut in decorum est in corpore humano, vt alterum membrum alterius fungatur officio: ita nimium noxiũ simulque turpissimum est, si singula rerum ministeria, personis totidem non fuerint distributa. Ex quo tex. elegantes, & concludentes colliguntur rationes ad hanc incompatibilitatem prohibendam. & Idem probat tex. in c. cũ singula. de præben. lib. 6. & idem probatur in c. volumus. & in c. diacono, & in c. quia in quibusdã. & in c.

decenter. & in c. vlt. 89. distinct. & similiter probatur in c. 1. de consuetud. lib. 6. & not. scriben. omn. in dictis iuribus, & scribentes similiter in c. de multa. de præben. & hinc est, quod per ademptionem secundi officij vacat primum: prout supra dictum est in c. 7. nu. 7. cum seq.

Quæ conclusio ampliatur primò: vt vera sit sententia si quis velit obtinere duo officia in eadẽ Ecclesiã, quia etiam in hoc casu sunt incompatibilia, quamuis non habeant animarum curam: vt clarè probatur in c. de multa. de præben. ibi addentes, vt in eadem Ecclesiã nullus plures dignitates, aut personatus habere presumat: etiã si curam non habeant animarum: & quamuis ibidem non fiat specifica mentio officiorum; comprehenduntur tamen sub nomine dignitarum, quæ nullam habent animarum curam, prout aliquando officium sumitur pro dignitate, & e contra: vt deducitur ex supra adductis in c. præcedenti, numero primo, & facit pro hac sententia: quia duo simplicia beneficia sub eodẽ texto conformia dicuntur incompatibilia: ut probatur in c. literas. de concess. præben. & glof. & doct. in cle. gratiæ. de rescrip. & resoluit Barba. ibidem col. 1. 3. & Pet. Rebuff. in prax. benef. in tit. de dispensat. ratio. arat. in verb. in cõpatibilia. num. 4. & hinc est, quod dispensatus, vt possit habere plura beneficia, non intelligitur dispensatus ad hoc: vt possit ea habere sub eodẽ texto, vt resoluit Pano. in c. de multa. nu. 4. de præben.

Ampliatur & secundò prædicta conclusio: vt vera sit, etiam si quis obtineat duo officia in eadem Ecclesiã virtute consuetudinis, quæ dispõnit, quod possint duo officia obtineri simul in eadem Ecclesiã. nam non obstant. hac consuetudine non poterunt prædicta duo officia obtineri, prout clarè probat tex. in c. 1. de consuetud. lib. 6. vbi not. scriben. omnes. & facit, quod supra dictum est in c. præcedenti, nu. vltimo.

Est tamen dubium, vtum prædicta duo officia possint simul obtineri in eadem Ecclesiã virtute consuetudinis immemorabilis. & videtur dicendum, quod possit. Primò: quia huiusmodi consuetudo habet vim priuilegij à Principe legitime obtenti: vt est tex. in c. super quibusdam. in §. præterea. & ibi not. glo. in verb. non extar. in princ. & ibi Hostien. in versu. nota diligenter. de verb. signifi. & Ias. in l. de quibus. col. 10. versu. nota etiam. ff. de legib. & hæc sententia communis est, prout patet ex adductis ab Ant. Gabriel. in lib. com. conclus. in tit. de præscri. lib. 5. in conclus. 1. nu. 1. facit etiam: quia prædicta consuetudo habet vim priuilegij etiam in referuatis principi: vt est tex. in d. c. super quibusdã §. præterea. de verb. signifi. & glo. c. in nouamus. in verb. Regum. de censib. & Fel. in c. cum nobis. col. 3. ver. demũ nota. de præsc. & Ias. in cõf. 208. col. pen. ver. tamen ea, vol. 2. facit: quia prædicta

dicta consuetudo operatur, et quoad ea, in quibus ius commune repugnat possidenti: vt est, quod quando quis in alieno territorio, vel in aliena parrochia possidet decimas, vt in c. 1. de præscr. lib. 6. & ibi not. scribè. Contrarium tamè prædictis non obstantibus tenendum est. Imo quod non obstant prædicta consuetudine immemorabili nõ possit quis obtinere duo officia in eadem Ecclesiã, prout est expressus tex. in terminis nostris in d. c. 1. de consuet. lib. 6. & ita tenent ibidè doct.

Sed quia tex. in d. c. 1. de consuetud. lib. 6. loquitur in consuetudine, quæ est in eadem Ecclesiã obtinendi duo officia. Dubitat quid dicendũ, quando consuetudo immemorabilis habet, quod duo officia possint obtineri simul in diuersis Ecclesijs. Et resolutiue dicendum est, quod adhuc nõ est seruanda prædicta consuetudo immemorabilis, & ita virtute eius non poterunt obtineri prædicta duo officia in diuersis Ecclesijs: quod patet: quia maior ratio est in hoc casu in diuersis Ecclesijs, quam in eadem Ecclesiã, quod patet; quia impossibile est, quod quis possit attendere ad ministratiõnem, quæ est annexa officijs in diuersis locis in eodem tempore, & tamen hoc est possibile, moraliter loquendo, respectu eiusdem Ecclesiæ, & facit pro hac sententia, quia prædicta consuetudo est irrationabilis, prout patet, quod casu etiam si sit immemorabilis, nihil operatur, prout tenet Abb. in c. fi. col. 9. in ver. 5. requiritur: de consuetud. & ita voluit glo. 1. per illum tex. in d. c. 1. de consuetud. lib. 6. & ibi Fran. in 1. & 2. notab. & Card. in clem. in plerisque. not. 3. in versu. quod si licentiat. de electio. Abba. in consi. 7. col. pen. ver. quod tamen ego limito. vol. 2. Fel. in c. cum ex officijs. col. 6. ver. 2. dico. de præscri. Roc. in c. fi. col. 50. versu. 5. aduerte. & col. 178. versu. considera tamen. & col. 183. versu. si tamen constaret. de consuetud. & Zaf. in consi. 5. nu. 72. vol. 1. Paris. in c. cum nobis. nu. 6. de præscri. & in consi. 27. nu. 50. cum pluribus. seq. vol. 1. & Ruy. in consi. 155. col. 3. versu. quinimo etiam, & consi. 156. col. pen. versu. quæ etiam consuetudo. vol. 4. & in consi. 116. num. 13. volumine quarto.

Et hinc est, quod si quis obtinet officium aliquod Ecclesiasticum, & obtineat secundum, ipso iure vacat primum officium, vt est tex. & ibi not. glo. & alij scriben. in c. de multa. de præben. & tenet Bened. Capra in tractat. regul. & fallen. in regul. 90. num. 23. & 24. & clarius probat hanc sententiam text. in extranag. execrabilis. Ioannis XXII. in tit. de præben. & ibi not. glof. in verbo ipso iure, & videnda sunt, quæ supra diximus in c. præcedenti, num. 8.

## S V M M A R I V M.

1 Persona habet apud Latinos varias significaciones.

- 2 Personatus propriè loquendo quid sit.
- 3 Duo personatus sunt incompatibiles.
- 4 Per obtentionem secundi personatus vacat ipso iure primus.
- 5 Non vacat personatus per obtentionem alterius beneficii ecclesiastici simplicis.
- 6 Is qui habet duos personatus ad evitandam penam extranagantis execrabilis. Ioannis XXII. sufficit, quod realiter, & cum effectu dimittat primum personatum.
- 7 Qui habet expectatiuam ad aliquem personatum, si alium personatum pacificè obtineat, censetur renunciare expectatiue.

## De incompatibilitate duorum personatum. Cap. IX.



PERSONA † apud Latinos varias significaciones habet. Imprimis significat nomen, vt inquit Cic. ad Atticum libro 7. ibi. Subijcere iisdem prælijs; vt in ea persona semper ad improborum ciuium impetus, aliquod videretur habere populare. & idem Cicero in lib. 2. de Oratore. Hominum innumerabiles personæ, sumitur etiam persona pro facie cõsista, quam iuniores laruam vocant, vnde in scenis hystrionnes personas accipiunt, hoc est facies serui, aut ancillæ, aut mariti, aut patris, vt inquit Plinius lib. 12. cap. 14. persona adijcitur capiti, densatque reticulus, sumitur similiter pro homine, vt Cicero in lib. 1. de finib. c. 3. Postremò aliquos futuros suspicor, qui me ad alias literas vocant genus hoc scribendi, & si sit elegans, personæ tamen & dignitatis esse negent. Sumitur præterea persona pro qualitate, qua homo differt ab homine, tum in animo, tum in corpore, tum in extrapostis, quæ à Rethoricis enumerantur in attributis personæ, & ab hac significacione vltima venit personatus.

Quis quidem personatus, propriè loquendo est honor, & præcedentia quædam in Ecclesiã, quæ canonicum alijs etiam ante receptis, tam in choro, quam in Capitulo præfert, vt not. scriben. in c. 1. de consuetud. lib. 6. vt supra dictum fuit in c. 7. & ita tenet Io. Corra. in paraphrasi sacerdotiorum in part. 4. c. 3. nu. 6. & 7. & hinc est, quod personatus minus dicitur, quam dignitas, quia caret administratione, quam habet dignitas, inter quæ est magna differentia, vt probatur in l. ad Rempublicã. ff. de muner. & honor. & ideo isto respectu diuersis nominibus nuncupantur dignitas, & personatus, ut in l. si idem. C. de codicill. aliquando tamen dignitas largè sumitur; & tunc temporis ista duo sunt synonyma & conuertibilia, sumiturque alterum pro altero,

ro, prout genus & species, & ideo iura, quæ videntur exprimere, & ponere ista duo vt diuersa & separata, potius faciunt hoc ad tollendas cauillationes, quam ut denotent differentiam esse inter ista, nisi prout differt genus à specie, & ita tenet Guil. de Monte Lauduno in extrauag. Ioannis. XXII. de præb. super verb. personatus & tenet Io. de Selu. in tract. de benef. q. 2. num. 41. & Staphil. in tract. de mod. & forma impetran. §. transeo nunc ad dignitates. nu. 4. & hæc est causa, quare tex. in c. 1. de cōsuet. lib. 6. loquendo de dignitate, & personatu inquit, quocumq; nomine censentur, ad denotandum quod secundum diuersas Prouincias diuersimodè denominantur.

Ex quo clarè colligitur, qd personatus est ecclesiasticum beneficiū: vt probat text. in c. cum accessissent. de consuet. & text. in c. de multa. de præben. & similiter tex. in c. 1. de consuet. lib. 6. & tex. in extrauag. execrabilis. Ioannis XXII. In quibus iuribus inter alia ecclesiastica beneficia enumeratur personatus tanquam ecclesiasticum beneficiū, & ita expressè tenet Io. de Selu. in tractat. de benef. q. 2. num. 46.

Et circa hos personatus est statuenda certissima in iure nostro cōclusio ꝑ nempe qd duo personatus sunt incompatibiles: vt claris verbis probat text. in c. ad hæc. & in c. de multa. de præben. & similiter tex. in extrauag. execrabilis. de præb. in c. 1. de consuetud. lib. 6. in quibus iuribus id not. cōiter scribentes omnes, quæ cōclusio vera est, non solum qñ qs obtinet plures personatus in diuersis ecclesijs, sed et in vna, & eadē ecclesia: quia in hoc casu et sunt incompatibiles, vt probat tex. in d. c. ad hæc. & in d. c. de multa. & no. similiter scribē. ibidem, imo maior rō est incompatibilitatis respectu vnius Ecclesie, q̄ diuersarū Ecclesiarū: vt inferius videndū erit in alio capite, & rō quare duo personatus sunt incompatibiles, est quia singula officia in Ecclesijs assiduitatem exigunt personatum: vt probat text. in d. c. ad hæc. in fi. verb. & in c. singula. 89. dist. & in c. sicut. 21. q. 2. & c. cum non ignores, de præben.

Et hinc est, qd si is qui obtinet vnū personatū in aliqua Ecclesia, aliū similē personatū obtineat, vacat ipso iure primus personatus; vt probat text. in d. c. de multa. de præb. ibi, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso iure priuatus, & ibi. hoc idē in personatibus esse decernimus obseruandum, & idem probat tex. in extrauag. execrabilis. Ioan. XXII. de præb. in ver. qui verò deinceps. est tamen magna differentia inter text. in d. c. de multa. & dictam extrauagantē execrabilis. nam ex dispositione tex. in d. c. de multa. vacat primus personatus ipso iure, retinet tamen secundum personatum: nisi illum retinere conuenerit: quia tunc et secundo spoliandus est. Sed per dictā extrauagantē execrabilis, disponi-

tur plus in hoc: quia consequuntur secundū personatum, tenetur renunciare primo, & illū dimittere absq; moræ dispēdie, verbo & facto in manibus ordinarij sub testimonio publico, aliās vacat secundus personatus ipso iure, & efficitur in habilis ad ordines ecclesiasticos sacros, & quocumq; ecclesiastica beneficia: vt declarat tex. in §. qui verò deinceps, in d. extrauag. execrabilis, & Io. Staphil. in tract. de var. mod. vacat. nu. 55.

Pro declaratione tamen prædictorum iurū est aduertendum, qd illa procedunt & intelliguntur, quando secunda assequutio personatus est pacifica nedum de facto: sed etiam de iure, puta quia non litigiosa: aliās non est locus dictis iuribus, dummodo in limitibus legitime possessionis moueatur lis, iuxta gloss. in c. commissā, de election. lib. 6. in verb. pacificam. & not. ex presē Egid. de Bellam. in decis. 597. incip. non est locus, & hoc modo debet intelligi, & limitari decis. Rot. 61. incip. sufficit. in voc. quæ dicit quod impetranti beneficium vacaturum per assequutionem sufficit probare assequutionē de facto, quod intelligitur, nisi in limitibus legitime possessionis fuerit eidem lis mora: vt supra dictum est, quia tunc non censetur vacare primus personatus.

Præterea præfata iura debent intelligi in obtinente duos personatus, vel alia beneficia incompatibilia, quorum fit mentio in dictis iuribus, secus autem dicendum est, quando is qui habet vnū personatum, assequatur aliud beneficiū simplex: quod requirit residentiam; tunc enim per talem assequutionem, quamuis sit incompatibilis personatus cum tali beneficio simplici non perditur personatus: neque spoliandus est secundo beneficio simplici ex hoc capite: sed ex alio fortè: si non resideat in eo secundum Dominos de Rota in decis. 184. incip. nota, quod habens in antiquis. & ratio est: quia tex. in cap. de multa. & tex. in dicta extrauag. execrabilis, sunt pœnales, & debent solum in terminis suis teneri, & ita istum casum non comprehendunt, & simil. ita resoluti Staphil. in dicto tract. de var. mod. vacat. num. 58. Aduerten. tamen est, quod hodie de iure nouissimo Concilij Tridentini, qui obtinere cōtendit plura beneficia incompatibilia ipso iure prædictis beneficijs priuatus existit, vt clarè probatur dicto Concil. Tridentino sess. 7. c. quarto, cuius verba sunt. Quicumque decetero plura curata, aut aliās incompatibilia beneficia ecclesiastica, siue per viam vniouis ad vitam, siue commenda perpetua, aut alio quocumque nomine, & titulo contra formam sacrorum canonum & præsertim constitutionis Innocentij. III. quæ incipit, de multa. recipere, ac simul retinere præsumperit, beneficijs ipsius iuxta ipsius constitutionis dispositionem ipso iure etiam præsentis canonis vigore priuatus existat,

existat. Ex quo patet, quod dictus tex. in cap. de multa. qui loquitur in beneficijs curatis, & dignitatibus, & personatibus extenditur ad quocumque beneficia incompatibilia.

Est etiam aduertendum quoad extrauagantem execrabilis. in dicto §. qui verò, quod ꝑ ad euitandas illas pœnas, sufficit, quod obtinens duos personatus realiter & cum effectu dimittat primum personatum: licet non fiat verbalis dimissio, prout tenet Egid. de Bellam. in decis. 755. incip. si rector. vbi hoc comprobatur multis argumentis, & respondet ad tex. in d. extrauag. qui prima facie videtur innuere totum contrarium, dum dicit verbo & facto, quasi innuat ille tex. quod non sufficit realis dimissio, nisi sit etiam verbalis, & dicit Egid. quod debet subaudiri, in quantum ibi dicitur, verbo, vel alio modo æquipollenti, puta signo, nutu, vel literis: sufficit enim qualitercumque coram ordinario etiam sine verbis suam voluntatem circa dimittendum primum beneficium incompatible ostendat, arg. tex. in c. tuæ. cum ibi notat. de sponfal. verba enim designant voluntatem & consensum: vt in c. is autem. 22. q. 2. qui consensus, & voluntas ita declaratur factis, sicut verbis: vt in c. dilecti filij. de appellat. vbi dicit gloss. qd plus est factis demonstrare, quam verbis dicere: ut probatur: in l. quæsitū. §. ei qui ff. de ædil. edic. satis ergo est, quod obtinens duos personatus infra mensem à tempore assequutionis secundi realiter, cum effectu & sine fraude dimittat primum, & eius possessionē: licet in fra dictum mensem coram ordinario sub publico testimonio illud verbotenus non relaxet, & ita resoluti Io. Staphil. in dicto tractat. de var. mod. vacat. numero 59. cum seq.

Et ex prædictis, clarè sequitur, quod ꝑ is, qui habet expectatiuum ad aliquem personatum, ante eius adoptionem alium personatum pacificè assequatur, censetur renunciare expectatiuæ. & est ratio, quia quando beneficia sunt incompatibilia, per obtentionem vnius censetur quis renunciare expectatiuæ alterius, quod clarè probat tex. in clem. gratiæ. de rescrip. & ibi not. Scriben. quod locum habet, etiam si tempore receptionis personatus, qui habet expectatiuam, protestetur, quod gratiæ expectatiuæ renunciare non intendit, nam cum protestatio sit facta contraria, nihil releuat, & ita tenet gloss. in d. cle. gratiæ. in verbo renunciare.

## S V M M A R I V M.

- 1 Dignitas cum officio, vel personatu, vel officium cum personatu sunt incompatibilia.
- 2 Quod verum est, etiam stante consuetudine in contrarium.
- 3 Imo etiam si consuetudo esset immemorabilis, ni-

hil prodesset.

- 4 Et consuetudo contra prædicta de nouo non potest introduci.
- 5 Decretum irritans operatur, quod non possit de nouo introduci consuetudo.
- 6 Quicquid fit contra decretum irritans pro infecto habetur.
- 7 Decretum irritans inficit non solum titulum, sed etiam possessionem.
- 8 Spoliatus possessione, quam habet contra prædictum decretum, non potest petere restitutionem.
- 9 Statutum iuramento firmatum contra prædictā incompatibilitatem seruandum non est.
- 10 Sicut prædicta omnia sunt incompatibilia in eadem Ecclesia, ita in diuersis.

## De incompatibilitate dignitatis cum officio, vel personatu, vel officio cum personatu. Cap. X.



IC VT supra in tribus præcedentibus capitulis dictū fuit, duas dignitates, vel duo officia, vel duo personatus esse incompatibilia, ita similiter dicendum est, quod dignitas cum officio, vel personatu est incompatible: nam rationes, quas ibi adduximus ad probandum, duas dignitates, vel duo officia, vel duos personatus esse incompatibilia, militat etiam in hoc casu, quando quis vult habere dignitatem cum officio vel personatu, vel officium cum personatu, & quod hæc sint incompatibilia, clarè probat tex. in c. 1. de consuet. lib. 6. ibi. duos personatus, aut duas dignitates, vel præposituras, seu administrationes, aut duo officia, vel eorum alterum. cum reliquo in simul & præbendam, & scribentes ibidem notant post gloss. in verb. aliterum cum reliquo.

Imo est adeo odiosa prædicta incompatibilitas, quod etiam si in aliqua ecclesia sit consuetudo, quod quis possit obtinere dignitatem cum officio, vel personatu, vel officium cum personatu, nihilominus talis consuetudo est iniqua, ut inquit tex. in d. c. primo, de consuet. lib. 6. Ibi corruptelam merito reputantes, & ita not. Scriben. ibidem, & ideo talis consuetudo tanquam iniqua & iniusta non est seruanda, ut inquit textus in c. ult. de consuet.

Et ꝑ quamuis prædicta consuetudo esse immemorabilis, adhuc non est seruanda, ut clarè probat tex. in d. c. primo, de consuetud. lib. sexto, qui loquitur in consuetudine immemorabili, ut patet ex eius principio, ibi tanto tpe, qd in contra-

Contrarium memoria non existit. & est ratio: quia consuetudo, seu prescriptio in memorabilis, licet habeat vim tituli, & privilegij, tamen quando est irrationabilis, prout in casu nostro non est seruanda: vt voluit gloss. 1. in d. c. 1. vbi Fran. id notat in 1. & 2. notab. & Card. in clem. in plerisq; in notab. 3. in versu. quod si licentiatu. de electio. & Abb. in c. fin. col. 9. versu. 5. requiritur. de consuetud. & idem Abb. in consil. 7. col. penul. versu. quod tamen ego limito. volu. 2. & Fel. in c. cum ex officij. col. 6. ver. 2. dico. de pñ. & Roch. in c. fi. col. 50. ver. 5. aduerte. & col. 178. versu. considera tamen, & in colu. 183. versu. si tamen constaret de consuetud. & Zal. in consil. 5. nu. 72. vol. 1. & Ruin. in consil. 155. col. 3. versu. quiniimo etiam. & in consil. 157. col. penul. versu. quæ etiam consuetudo. vol. 4. & in consil. 116. nu. 13. vol. 4. & Paris. in consil. 27. nu. 50. cum multis seq. vol. 1. & idem Paris. in c. cū nobis. nu. 6. de prescript.

Ex quo sequitur, quod talis consuetudo non poterit de nouo introduci in aliqua ecclesia, nam quando à iure reprobatur aliqua consuetudo tanquam iniqua, & irrationabilis censetur reprobata non solum consuetudo præterita sed etiam futura consuetudo, vt tener Bald. & Sal. in l. dudū. C. de legib. & Io. Lup. in c. per vestras. in repet. in fol. 89. col. 2. versu. 5. cum dicit de donat. inter vir. & vxor. & hanc sententiam dixit esse communem And. Tiraquel. in tract. de retract. lignager. in præfat. nu. 19. & videnda sunt, quæ scripti in tract. de cleric. & eorum exempt. in 2. parte, ampliat. 27. nu. 8.

Potest etiam assignari alia ratio, quia postquam tex. in d. c. 1. reprobauit prædictam consuetudinem tanquam corruptelam, & irrationabilem, posuit clausulam decreti irritatis. ibi. quod si à quoq; secus præsumptum fuerit, irritum sit omnino, quo casu clausula decreti irritantis operatur, quod non possit introduci de nouo consuetudo: vt inquit Dominic. in ca. de benefic. col. 2. versu. nota bene. & ibi Archid. in versu. sed pone. & ibi Io. And. in verb. legitima. in versu. si Papa. & Franc. col. 1. versu. ex quibus nota. de præben. lib. 6. Præposit. in c. in istis. §. le ges. col. 1. versu. voluit tamen Io. And. 4. distinct. Barba. in clem. 1. nu. 23. de electio. & Philipp. Prob. in c. tibi qui. nu. 7. de electio. & Philipp. Prob. in c. cum accessissent. col. 15. versu. 4. limita. de cōstit. & Roch. in c. fi. col. 174. secundum paruam impressionem, in versu. amplia modò istam conclusionem. de consue. Rebuff. in concordat. sub rubr. de fir. & irreuoc. concord. stabilimen. in verb. plus dicit. circa fin. & Ruyn. in consil. 13. col. 2. & in consil. 102. nu. 11. in uolu. 3. & hanc sententiam dixit esse communem Anto. Gabr. in lib. com. conclus. in tit. de clausu. in conclus. 3. nu. 40. & 42.

Ex hinc est, quod si obtinenti in una ecclesia dignitatem conferatur ab ordinario officium uel personatus, uel obtinenti officium conferatur personatus hoc modo, ut simul obtineat contra formam tex. in d. c. 1. de consue. lib. 6. nihil agitur, nam est contra decretum irritans positum in illo tex. & quicquid fit contra decretum pro infecto habetur, ut tenet Oldrad. in consil. 319. col. fin. versu. Imo si Prælatu. & Abb. in dilecto. nu. 14. de præben. & Barba. in clem. 1. nu. 21. de election. & Philip. Prob. in c. tibi qui. nu. 9. de rescript. lib. 6. & Fely. in c. cum accessissent. col. 4. versu. 3. declaratio. de consil. & Caslad. in decis. 12. nu. 4. cum seq. in reg. Cancell. & Pet. Rebuff. in concord. sub rub. de fir. & irreuoc. concord. stabilimen. in versu. 3. notanda. & quicquid fit contra prædictum decretum, est ipso iure nullum, ut probatur in ca. penult. de præben. lib. 6. & Brun. in tract. de form. in rubri. quando aliquid censetur traditum pro forma, colu. 2. cū seq. ubi multa adducit, & Carol. Ruin. in consil. 70. col. 3. uol. 5.

Quod adeo uerum, quod prædictum decretum inficit non solum titulum, sed etiam possessionem dignitatis, officij, uel personatus habitam contra formam tex. in dicto cap. 1. de consue. lib. 6. & hoc ex decreto irritante pronuntiat, prout inquit Phil. Prob. in d. c. tibi qui. nu. 18. de rescript. lib. 6. & Bertran. in consil. 142. nu. 4. in uol. 2. in antiq.

Vnde pronuntiat, quod si quis spoliatur dicta possessione, quam habet contra decretum irritans, non potest petere restitutionem, prout not. Egid. de Bellam. in deci. 136. uersu. ratio est. & Rota in antiq. in decis. 429. uersu. sicut & dicitur, & in decis. 475. & Caslad. in decis. 7. nu. 3. de reg. Cancell. & deci. 5. de iure patro. in si. uersu. prout in collatione & possessione. & Soc. in consil. 67. col. fin. uersu. dici potest. uolu. 3. & Ioan. de Selu. in tract. de benef. in 3. parte. q. 21. nu. 45. & Sarnen. in regu. de trien. q. 49. nu. 2. & seq. in uersu. quod autem in ingressu, & Staphil. de lit. grat. & iustit. in fol. 98. in fin. & in seq. in uersu. ex quo sequitur, & Paris. in consil. 12. nu. 19. uol. 4. & Mantua in consil. 38. nu. 26. & seq. Sarnen. in regul. de trien. q. 41. nu. 2. Egid. decis. 392. Caslad. decis. 1. de restit. spoliat. Soc. in reg. spoliatus. in 7. fallen. idem Sarnen. in regul. de trien. q. 55. nu. 13. Præposit. Alex. in c. quo iure. col. 3. uersu. contrarium tamen tenet, de restit. spoliat.

Prædicta adeo uera sunt: quod si etiam si in aliqua ecclesia esset statutum, uel consuetudo, quod quis possit obtinere dignitatem cum officio, uel personatu, uel officium cum personatu, & huiusmodi statutum esset iuramento confirmatum, nihilominus tale statutum seruandum non est, & prædicta simul obtineri non poterunt, ut claris

claris uerbis decidit tex. in d. c. 1. de cōsue. lib. 6. & ibi etiam si iuramento firmata exiterit, & tenet ibidem gloss. in uerb. Iuramento. quam sequuntur scriben. ibidem, assignat tex. ratione: quia iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum: vt probatur in c. inter cetera. 22. q. 4. & in c. quanto. de iureiuran. & in c. 1. de iureiur. lib. 6. impia etenim est promissio, quæ scelere adimpleretur: nam ubique; aliquid promittitur quod adimpleri non potest: ideo quia illicitum sit, vel dedecens, ac iure prohibitum & diuinis consilij contrarium, nullo contrahitur obligatio. & ideo in c. nerui. 13. distinct. & in ca. duo mala. ead. distinct. scriptum extat. Minus malū esse iuramentum nostrum frangere, quam implere, imo uerè nulla est hic iuramenti uolatio, quandoquidē non sit huic iuramento ulla obligandi vis, prout explicat diuus Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. & Didac. de Couar. in c. quibus. de pact. in 1. par. §. 6. cum seq. de qua conclusione uidentia sunt, quæ latè scripti in tract. de cleri. & eorū exempt. in 2. par. in ampliat. 30. per totū.

Vltimo loco addendum est prædictis, quod si sicut habere in eadem ecclesia dignitatē cum officio uel personatu, sunt incompatibilia, ita si militer habere prædicta in diuersis ecclesijs est incompatibile. Primo: quia eadem ratio militat in diuersis ecclesijs, quæ militat in eadē ecclesia. Imo uidetur dicendum, quod si aliquo modo prædicta essent compatibilia, id deberet esse in eadem ecclesia: minus enim difficile esset: ut quis posset exercere duo officia in una ecclesia, quam in diuersis, sed hoc non licet in una ecclesia, ut antea dictum est. Ergo in diuersis ecclesijs id non debet licere. facit etiam pro hac conclusione tex. in c. de multa. de præben. ubi prohibetur quis in plurib. ecclesijs habere duas dignitates, uel officia, seu personatus. & satis dictū est in tribus capitulis præcedentibus. Ergo non erit licitum habere dignitatem in una ecclesia, & personatum seu officium in altera, uel officium in una & personatū in altera: quia sub simplicibus continetur & mixtum, ut dictum est supra c. 3. nu. 10.

## S V M M A R I V M.

- 1 Dignitas, seu officium, uel personatus cum canonicatu sunt incompatibilia.
- 2 Ratio prædictæ incompatibilitatis.
- 3 Prædicta incompatibilia est uera non solum in eadem ecclesia: sed etiam in diuersis.
- 4 Episcopus potest dispensare: ut quis habeat in eadem ecclesia dignitatem, seu officium, uel personatum cum canonicatu.
- 5 Dignitas, officium, uel personatus utrum uel ipso iure per adeptionem canonicatus.
- 6 In materia penali & correctoria non debet fieri extensio de uno casu ad alium.

7 Non est eadem ratio incompatibilitatis in beneficijs simplicibus, etiam residentiam requirentibus, quæ in dignitatibus, officijs, personatibus & beneficijs curatis.

De incompatibilitate dignitatis, officij, uel personatus cum canonicatu. Cap. XI.



I C V T est incompatible habere duas dignitates, uel officia, uel personatus, uel eorum alterum cum reliquo, siue in una, siue in diuersis ecclesijs, ut supra satis ostensum est quatuor capitulis præcedentibus, ita similiter est incompatible habere dignitatem, seu officium, uel personatum cum canonicatu, & hoc de iure cōi, ut clarè probat text. in clem. vlt. de præben. & probat text. similiter in c. 1. de præben. lib. 6. per arg. à contrario sensu. nam ibi ratione consuetudinis, quæ erat in illa ecclesia, permittitur, ut quis possit habere dignitatem, seu officium, uel personatum in eadem ecclesia cū canonicatu, & ita cessante hac consuetudine clarè probatur ibi, quod de iure communi est incompatible dignitas cum canonicatu, & ita tenet ibidem gloss. & Ancha. & Dominic. & alij scriben. & Petr. Pau. Paris. in consil. 40. nu. 15. vol. 4. & gloss. in c. super eo. de rescript. lib. 6. & ibi scriben. & Casar Lambert. in tract. iurispatro. in 1. par. q. 7. art. 15. nu. 5. & Petr. Duen. in trac. reg. & fallen. in reg. 7. in ampliat. 5. & dicam infra in c. 20. nu. 25.

Ratio est quia prout supra dictū est in quatuor præcedentibus capitulis, dignitas, personatus & officium residentiam requirunt de per se; at uerò canonicatus de iure habet similiter residentiam, ut infra uidentur erit in c. de incompatibilitate duorum canonicatū, & quia uix vni beneficio dignè ualet quis deseruire, ut in c. quia nonnulli. de cleric. non residen. & in c. 1. de consue. lib. 6. unde clarè sequitur, quod non poterit duobus deseruire, & propterea quia prædicta pluralitas ambitionis materiae præbet, ut inquit extraneus execrabilis, Ioannis. XXII. in tit. de præben. est enim ambitio inordi nata cupiditas circa honores, beneficia, dignitates, ut in l. 1. ff. ad l. Iul. de ambit. & quicunque ambitionis causa ad maiorem ecclesiam transire uoluerit, debet ad propriam reuocari, quod si redire cōtempserit, debet carere aliena & propria ecclesia, ut in c. quia frater. in fi. 7. q. 1. Et quæ ex prædicta pluralitate diuini cultus diminutio fit, scilicet ex ministrorum paucitate, qui potius esset augendus, ut in c. ex parte. de consil. & in

c. vasa. de consecrat. dist. 1. Et præterea quia fraudantur voluntates testantium, & fundatorum ecclesiarum, qui certum numerum ministrorum constituerunt. quod maxime interest reipublice expedire ut seruari voluntates testatorum & eas executioni demandari, ut in l. vel negare. ff. quemad. testam. aper. & in c. vltima voluntas. 10. q. 2. & in l. 1. C. de sacrosanct. ecclesijs, & vltierius ex prædicta pluralitate maxima sequitur inæqualitas, vnus enim ebrius est, & tamen nõ satur beneficiorum pluralitate, & alter esurit, & hic talis aufert alimenta alijs, quos necare videtur. ut in l. necare. ff. de lib. agnosc. & Floren. in 3. part. summg. in tit. 11. c. 1. §. 8. & Aluarus Pelagius in tract. de planctu ecclesie, lib. 2. tit. 8. & ita talis pluralis vendicat sibi plurimorum stipendia, ut in c. 3. de cleric. nõ residen. & Ioã. de Selu. in trac. de benef. in 3. par. q. 39. & vix possunt plura beneficia ad vnũ peruenire sine paupertate plurimorum.

Ex quo sequitur, quod ñ non solum est incompatible habere dignitatem, officium, vel personatum cum canonicatu in eadem ecclesia, sed etiam in diuersis ecclesijs. nam respectu eiusdem ecclesie militat etiam alia ratio vltra prædictas, nempe quod duo beneficia sub eodem texto dicuntur incompatible, ut probat text. in c. literas. de concess. præben. & doct. post gloss. in cle. gratia. de rescript. adeo quod obtinere duas pensiones non potest quis in vna, & eadem ecclesia nisi consuetudo aliud suadeat: quia pensionem concedit Papa loco beneficij, ut inquit Petr. Rebuff. in praxi benef. in titu. de dispensat. ratio. etat. in ver. etiam si sunt sub eodem texto, respectu autẽ diuersarum ecclesiarum manifeste repugnat residentia vltra prædictas rationes, quia est impossibile, quod quis possit in vno tempore in diuersis residere ecclesijs, & ita dicendum est, quod sit incompatible habere dignitatem, officium vel personatum cum canonicatu siue in vna, siue in diuersis ecclesijs.

Episcopus ñ tamen bene poterit dispensare, quod quis habeat in eadem ecclesia dignitatem officium, vel personatum cum canonicatu & præbenda, ut docet Io. And. in c. litteras. de concess. præben. & Panorm. in c. cum iam dudum. de præben. & doct. in c. cum ecclesia. de præben. lib. 6. & in c. si is cui. eo. tit. & tenet Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de dispensat. ratio. etat. in versu. in cathedralibus. contrarium tamen sententiam tenet Dominicus in c. sanctorum 70. distinct. dicens quod nullus inferior a Papa potest dispensare super pluralitate præbendarum, nedum in eadem ecclesia, sed neq; in diuersis, & ibi dicit, quod hæc est communis sententia, & quod sic seruat Curia, & allegat Innoc. in c. fin. de cleric. non residen. & est ratio, quia hæc rethio prohibita est non solum per Concilium ge-

nerale, de quo in c. quia nonnulli. de cleric. non residen. sed et per ius commune, de quo in c. sanctorum. & tamen constat, nullum inferiorẽ, etiam si legatus fuerit, posse contra Concilium & iura communia dispensare, nisi sibi specialiter concedatur, ut in clem. ne Romani. de elect. & no. in c. 1. de bigam. lib. 6. & in c. at si clerici. §. de adulter. de iudi. prædicta tamen communis sententia Dominici nihil obstat contra primam sententiam Ioan. And. quia intelligitur in præben. conformibus, nempe in duobus canonicatibus, dignitatibus, personatibus, officijs, & ita tenendum est cum prima opinione, quam tenet etiam ipsemet Abb. in c. exirpanda. §. qui verò. de præben. & Staphil. de lit. grat. & iustit. in tit. de grat. expectat. in 2. form. nu. 8.

Dubatur tamen, vtrum ñ ipso iure vacet dignitas, officium, vel personatus per adeptionẽ canonicatus, siue in eadem ecclesia, siue in diuersa. Et videbatur dicendum, quod vacet ipso iure, & est ratio: quia cum prædicta sint incompatible, per acceptationem Canonicatus videtur quis renunciare dignitati, officio, seu personati, prout voluit Innoc. in c. ex tra. de cleric. non residen. dicens quod ipso iure inducitur vacatio, adeo quod poterit conferri absq; alia priuatione dignitas, officij, vel personatus, & idem etiam videtur tenere Feder. de Sen. in cõsil. 115. circa fin. & Petr. de Perus. & Petr. de Anchara. in ca. clericos. de clericis non residen. & facit doct. gloss. in clem. gratia. de rescript. facit pro prædicta sententia: quia eadem ratio videtur esse in simplicibus beneficijs requirentibus residentiam, cum sint incompatible, quæ est in curatis. Sed per acceptationem beneficij curati vacat aliud simile curatum, vel dignitas, officium, seu personatus, ut in c. de multa. de præben. ergo in nostro casu, quia canonicatus continuam requirit residentiam, & ideo licet materia sit penalis ex identitate rationis sit extensio per ea, quæ habentur in ca. si postquam. & in ca. statutum. de election. lib. 6. prout voluit Ioan. Cald. in d. ca. clericus. Contrarium tamen sententiam, imo quod non uacat dignitas, officium, uel personatus ipso iure, renuit idem Innoc. in c. fin. in princ. eod. tit. & Gaspar Cald. in cõsil. 17. incip. super primo dubio. inter consilia Petri de Anchar. & Oldrad. in cõsil. 165. & Io. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de cleric. non residen. §. 1. in versic. sed contrarium uidetur uerius. & Petr. de Anchar. in cap. de multa. num. 10. uersic. iura ergo antiqua. de præben. & Abb. in cap. fin. de cleric. non residen. num. 5. & Lap. & eius additionator Mandos. in alleg. 116. quæ opinio clarè probatur in cap. referente. & in cap. præterea. cum simil. de præben. ubi probatur, quod etiam in

in curatis primum beneficium ipso iure vacat per acceptationem secundi, quod quidem licet hodie sit correctum in curatis beneficijs, & dignitatibus, & personatibus, & officijs: ut probatur in dicto capitulo, de multa, tamen in alijs beneficijs manet in antiquum incorrectum, per textum in l. præcipimus. C. de appellat. & ita tenet scriben. prædicti, & Anto. Florian. & Panor. in dicto capitulo, clericos, quæ opinio uerior videtur per prædicta iura. & eam tenet Benedict. Capra in tract. regul. & fallen. in reg. 90. num. 110. cum seq.

Et pro ea facit: quia ñ in materia penali, & correctoria non debet fieri extensio de vno casu ad alium, prout not. scriben. in l. si verò §. de viro. ff. solut. matrim. & in aucten. quas actiones C. de sacrosanct. ecclesie. & in clem. prima, de electio. & probat text. in l. at si quis. in §. diuus autem Marcus. ff. de relig. quem textu dicit nota. Baldus in l. tertia, in principio, C. de Episcop. & clerici. & tenet Decius & Cagnol. in l. factum suum. §. penalis. colu. 2. ff. de regul. iuris, & hanc sententiam dixit esse communem Ias. in l. cum quidam, num. 10. & 24. ff. de lib. & posthum. & in l. fin. ff. de in ius vocan. & latè profertur hanc conclusionem Aym. Crauet. in tracta. de antiq. in 5. par. nu. 17. cum multis subsequen. & Franc. Viuius in lib. com. opin. in verb. extensio. in versic. in odiosis facit præterea pro hac sententia; quia ñ non est eadem ratio in beneficijs simplicibus residentiam requirentibus, quæ est in dignitatibus & personatibus, vel officijs, seu beneficijs curatis, prout considerauit Ioan. de Imol. in d. capitulo, clericus, qui hanc sententiam videtur tenere. Tandem est communis opinio & sententia, quod per acceptationem canonicatus non vacet ipso iure dignitas, officium, seu personatus: prout clarè constat ex adductis à Benedict. Capra ubi supra nu. 113. Videnda tamen sunt, quæ supra diximus in capitulo. 9. num. 5. ex dispositione Concilij Tridentini, & vide necessariò quæ dicenda sunt infra in c. 12. num. 12.

## S V M M A R I V M.

- 1 Inter canonicatum, & præbendam est maxima differentia.
- 2 Præbenda est duplex, temporalis & spiritualis.
- 3 Præbenda sumitur quinque modis.
- 4 Canonicatus bene potest esse sine præbenda.
- 5 Collato canonicatu non dicitur collata præbenda.
- 6 Canonicus receptus vltra numerum, an habeat vocem in capitulo, & distributiones quotidianas, & nu. 7.
- 7 Quotidianæ distributiones non computantur in summa fructuum, ubi agitur, vtrum priuile

giatus de percipiendis fructibus in absentia eas habeat.

- 9 Habere duos canonicatus cum præbendis est incompatible non solum in diuersis Ecclesijs, sed etiam in eadem, & nu. 10.
- 10 Habere duos canonicatus sine præbendis nõ est incompatible.
- 11 Obtinens secundum canonicatum, et præbendam vtrum censeatur renunciare primis canonicatu, & præbenda.
- 12 Episcopus vtrum possit dispensare: ut quis habeat duos canonicatus, & præbendas, & seq.
- 13 In canonicatibus, & præbendis italie possunt Episcopi dispensare circa pluralitatem.
- 14 Qui habet duplicem canonicatum cum duobus præbendis, vel canonicatum cum dignitate, vtrum debeat habere duas distributiones quotidianas.
- 15 Qui est simul Archidiaconus, & canonicus vtrum debeat habere duplicem vocem.

## De incompatibilitate duorum canonicatum, &amp; præbendarum. Cap. XII.



INTER ñ canonicatum, & præbendam est maxima differentia: nam canonicatus est ius habendi stallum, & locum in choro ad cantandum, & legendum, & vocem in capitulo, proueniens ex electione, & receptione in fratrem, ut probatur ex textu in capitulo in Geneti: & ibi gloss. in verb. vel quasi, de electio. & in capitulo, relatum, de præben. & scribẽ. in dictis locis, & in capitulo cum M. Ferraric. de constitutio. & Innocentius in capitulo, in literis, in tertia columna, in versiculo quadam tamẽ iura in corporalia. cum versiculo sequente, de restitutio. spoliato. & Bertac. in reper. in verb. canonicus, in versicul. 16. & Card. in clem. secunda, de iudi. & in clem. fina. de præben. quaestione 15. at verò præbenda est ius percipiendi fructus in Ecclesia, cui præbendarius seruit, competens ex officio diuino tanquã vni de collegio. Cardin. in clem. fin. 16. quaestione de præben. & Petr. de Anchar. in rubr. de concess. præben. & Archid. in capitulo iusta. de rescript. libro sexto, & Hostiẽ. in summa de præben. & scriben. in dicto cap. cum M. Ferraric. de constit. maximè gloss. ibidem in verbo receperunt, & hinc est, quod præbenda oritur ex canonicatu seu canonia tanquam filia à matre, ut inquit Card. in cle. fin. de præben. q. 10. & Bertac. in reper. in verbo præben. nu. 7.

Præbenda ñ tamen est duplex, vna temporalis, &



& alia spiritualis. Temporalis prae-benda illa dicitur, quae non est annexa canonicatu, seu beneficio Ecclesiastico, sed solummodo consistit in mera temporalitate. Spiritualis illa dicitur, quae est annexa Canonicatu, seu alteri beneficio Ecclesiastico, de qua est tex. in c. dilecto. de prae-ben. ita inquit Abb. in c. cum M. Ferrarien. de consi. num. 2. 2. & idem Abb. in c. dilecto. de prae-ben. in not. 5. & idem Abb. post Innoc. in c. maioribus. de prae-ben. & Cardin. in clem. fin. de prae-ben. in 7. q. aliis. 2. & in 11. & Imol. ibidem in col. 1. & Cardin. in consi. 1. incip. sanctissimus. ad fin. vbi facit singulare d. cap. dilecto. & Dominic. in c. placuit. 3. 2. distinet. & Imol. in c. 2. de instit. & Archid. in c. si quis in 3. part. q. 3.

Sed vt clarius procedatur, est aduertendum, quod prae-benda sumitur quinque modis. Primo modo sumitur proprie & stricte pro iure percipiendi certos prouetus in Ecclesia ratione diuini officij, cui insitit quis, tanquam vnus de capitulo, & sic tanquam Canonicus, & istud ius oritur ex canonica: nam ex quo quis est Canonicus, per consequens & prae-bendam debet habere: vt in cap. relatum. de prae-ben. & in cap. cum super. de concess. praeb. & isto modo procedit definitio supra posita. secundo modo sumitur largè pro omni iure percipiendi, certos prouetus in Ecclesia ratione diuini officij, cui quis insitit, non tanquam Canonicus, sed tanquam seruens in diuinis: vt probatur in c. cum in Ecclesia. de praeb. li. 6. 3. modo capitur largius pro iure percipiendi certos redditus, non rone diuini officij, sed ratione laboris alicuius temporalis: puta quia Aduocatus est, vel magister, vel seruus Ecclesiae, vt in c. si de magist. & isto modo sumitur prae-bendam, laicus potest esse praebendarius in Ecclesia ratione alicuius laboris temporalis. quarto modo potest capi largissime, p vna possessione, seu praedio assignato alicui prae-bendam, vt in c. sepe sit. 12. q. 2. & in c. possessio nes. 10. q. 1. & ita capitur quando praeb. ede sunt distinctae in Ecclesia, & cuiuslibet est assignatum certum praedium secundum Panor. in c. dilectus filius. il primo col. penul. de praeben. dicentes, qd ita sumitur secundum communem vsu loquendi, & isto modo potest procedere dictum gloss. in d. c. cum M. Ferrarien. qd laicus potest habere praebendam in Ecclesia: vt seruatur in ecclesia Sancti Martini Carnoten. secundum Compostellan. & Abb. in d. c. cum M. Ferrarien. & sequitur Rip. ibidem nu. 170. Vltimo loco sumi potest pro fructibus & obventionibus, qui percipiuntur in Ecclesia, qui vendi possunt: vt in c. 2. de locato, & in c. si ne Praelati vices suas, & facit tex. in c. proposuit. de fil. presbyt.

Ex quibus inferitur, quod Canonicus bene potest esse sine praebenda, vt probat tex. in d. c. cum M. Ferrarie. de consi. & facit tex. in c. dilectus.

il primo, & in c. relatum. de praeben. vbi Abb. id not. & in c. cum super. in princip. de concess. praeb. & idem Abb. in c. constitutus. in gloss. 1. de rescrip. & videndi sunt domini de Rota in dec. 444. inci. quidam. in nou. & Abb. in c. mandatum. de rescrip. & not. Fran. de Rip. in d. c. cum M. Ferrarien. nu. 26.

Et hinc est, quod collato canonicatu non dicitur collata praebenda, vt probatur in c. cum te. vbi not. Ant. & alij scriben. de rescript. & hinc est, quod per collationem canonicatus non dicitur habere ius in praebenda, sed ad praebendam: in c. penul. de praeben. lib. 6. imo potest esse canonicatus sine iure canonicae, declarando vt per Panor. in c. dilectus filius. il primo de praeben. & talis canonicus sine praebenda dicitur canonicus in herba secundum Io. And. in c. dilectus. supradictus, & tale nomen canonicus dicitur inane, & venum secundum Petr. de Anchar. in c. cum cul. de praeben. in 6. nam si te priueris, cur nomen habere mereris: vt in l. vnica. C. de nudo iur. quirit. tollen. quod intelligitur respectu praesentis temporis, respectu tamen futuri non potest esse canonicus sine praebenda, id est sine expectatione praebenda: vt in ca. relatum. de praeben. & ita debet intelligi gl. in c. 1. de cleric. non residen. lib. 6. & e conuerso potest quis habere praebendam sine canonicatu: vt si conferatur layco, prout fieri potest: vt in ca. Ecclesia. de instit. vel Episcopo non canonico: vt in ca. cum in Ecclesia. de praeben. libro sexto, & not. Fran. de Rip. in d. c. cum M. Ferrarien. de consi. num. 173. & talis canonicus sine praebenda non dicitur beneficiarius: vt inquit Abb. in ca. in nostra. in notab. 3. de rescrip. & Dec. numero 39. in dicto capitulo cum M. de consi. & ibidem Ripa num. 26.

Dubium tamen est. Vtrum Canonicus receptus vltra numerum ante adeptam praebendam habeat vocem in capitulo, & distributiones quotidianas, & alia iura canonica. In qua quaestione reperiuntur sex opiniones, prout inquit Franc. da Rip. in dicto capitulo cum M. Ferrarien. de consi. num. 186. & colligitur similiter ex adductis à Panor. ibidem numero 29. & Fel. ibidem, de qua quaest. agit Gulliel. de Montclauduno in extrauag. Ioan. XXII. incip. sedes Apostolica. in gloss. in verb. conferua. & Dominic. post Io. And. in c. statutum. de rescrip. lib. 6. in 1. col. & Dominic. in c. si is cui. de praeben. libro 6. & Feder. de Sen. in consi. 211. incip. quia in praesenti. 4. colum. vers. an isti recepti. & Barro. in l. si duas. §. Grammatici. in fine ff. de exco. tutorum, & Corf. in singul. suo 312. in verbo supernumerarius, ex quibus quidem variae colliguntur sententiae, itaque certum colligi non potest. Breuiter tamen constituenda est haec conclusio, quod recepti extra numerum habent

habent statim omnia iura canonica, & consequenter stallum in choro, & vocem in capitulo, & possunt eligere, si Ecclesia vacat, & poterit esse delegatus Pape, & similiter habebit dignitatem conuetam dari Canonicis. Ita tenet Innoc. Hostien. Compostellan. in d. c. cum M. Ferrarien. de consi. & Fed. de Sen. in consi. 290. & Calder. in d. c. cum M. Ferrarien. & Domin. in dicto. c. statutum. de rescrip. lib. 6. & idem in c. si is cui. de praeben. lib. 6. & idem Domin. in c. fin. §. in illis. per tex. ibi de concess. praeb. lib. 6. & And. Siculus & Moderni in d. c. cum M. Ferrarien. & ibidem Ant. de But. & Lap. in alleg. 14. incipit. conclusio prima in 7. conclusione. & Philipp. Dec. in dicto. c. cum M. Ferrarien. num. 38. & Franc. de Rip. num. 186. & est ratio: quia dare vocem in electionibus est ius pertinens ad canonicam, vt patet ex adductis supra nu. primo, vnde omnia praedicta pertinent ad Canonicum, etiam si non habeat praebendam.

Imo quod forius est, praedictus Canonicus habebit distributiones quotidianas, licet non habeat praebendam: ut tenet Bal. in l. fin. C. de aliuo. & Bald. in margarita in verb. Canonicus. ver. 2. & Innoc. in c. dilectus. il primo de praeb. & tenet Abb. quamuis sub distinctione in d. c. cum M. Ferrarien. num. 29. cum seq. & ita resoluit Franc. de Rip. ibi num. 186. aliqua adducet & probat textus in capitulo dilectus. il primo, de praeb. & Bernard. Diaz in tract. regul. & fallen. reg. 68.

Ratio assignari potest quia quotidiana distributiones non computatur in summa fructuum beneficii impetrati, vt tenet Oldrad. in cons. 98. & Rota in dec. 137. incip. quando impetratur in nou. veniunt appellacione fructuum, & praebenda: vt inquit Bertach. in verb. fructus. il primo in vers. 7. & resoluit multa adducens Couar. lib. 3. variar. c. 13. nu. 1. & hinc est, quod habens à Papa priuilegium: vt fructus beneficii in absentia recipiat, non potest quotidianas distributiones ex eo habere, quod probat text. & ibi not. gloss. in c. si. de rescrip. lib. 6. & gloss. & ibidem scriben. in c. 2. de priuileg. lib. 6. & tradit Io. Staphil. in tracta. de lit. grat. & instit. fol. 102. col. prima, & haec est communis sententia scriben. in d. c. si. de rescri. lib. 6. prout affirmat Fran. Viui. in comm. opi. in verb. distributiones quotidianae. & quamuis Pontifex proprio rescripto iubet absentem reddi fructus beneficii, ac si Clericus praesens esset, non ob hoc ei debentur distributiones quotidianae, secundum gl. in c. vnico. de cleric. non residen. lib. 6. & not. ibidem Prob. num. 50. & haec est communis sententia, prout inquit Fran. Viui. vbi supra, & hoc idem dicendum erit, vbi cumq; Pontifex absentem permittit. et fructus percipere, & ei deberi statueret, ac si resideret: adhuc enim ex hac indulgen-

tia fructus beneficii distinctos & separatos à distributionibus quotidianis perciperet, non autem ipsas distributiones quotidianas: quod annotauit Cassad. post alios, quos adducit, in dec. vnica in tit. de cleric. non residen. & hinc est, quod Canonicis existentibus secundum iuris communis dispositionem in Episcopi seruitio, non debentur istae distributiones quotidianae: vt in ca. decetero. de cleric. non residen. neque illis simili debentur, qui literis in aliquo studio operantur: vt not. gl. in c. licet. de praeben. & ibi Abb. & not. doct. communiter in c. in praesentia. de probat. vbi moderni hoc notant: vt inquit Frá. Viui. vbi supra. Et ita tenendum est regulariter loquendo, quod Canonicus supernumerarius ante adeptam praebendam habet stallum in choro, & vocem in capitulo, & distributiones quotidianas, & alia iura Canonica, ad quam regulam ponit aliquas fallentias Fel. in d. c. cum M. Ferrarie. & post eum Fran. de Rip. ibidem nu. 187.

Ad propositum igitur nostrum adueniendus: dicendum est, quod habere duos canonicatus cum praebendis est incompatibile, vt clarè probat tex. in c. sanctorum 70. dist. cuius verba sunt. Omnino autem in duabus aliquè intulitari non liceat, sed vnusquisque in qua intulatur est, in ea tantum Canonicus habeatur: liceat enim Episcopi dispositione vnus diuersis praesse possit Ecclesijs Canonicus: tamen praebendarius nisi vnus Ecclesia, in qua conscriptus est, esse non debet. & hoc not. scriben. ibidem, quod etiam probatur arg. text. in l. 1. §. 1. ff. de collegijs, & in l. quinta. §. imposterum. C. qui milit. non poss. & in l. libertus. §. praecipio. ff. ad municip. & probatur similiter in c. literas. de concess. praeb. & in clem. fin. de praeben. & ibidem scriben. & Philipp. Franc. in c. cum in Ecclesia. in gloss. 3. in fi. de praeben. lib. 6. ratio praemissorum colligitur ex tex. in c. quia in tantum. de praeben. vbi dicitur, quod multitudine & pluralitas praebendarum canonicibus inimica dissolutionis materiam, & euagationis inducit: certumque continet periculum animarum, & idem probatur in c. quia nonnulli. de cleric. non residen. potest etiam assignari alia ratio: quia Canonicus praebendatus tenetur facere residentiam in Ecclesia: vt probatur in c. inter quatuor. & in c. tuae fraternitatis. & in c. ad audientiam. vbi not. scriben. de cleric. non residen. sed impossibile est, quod quis faciat residentiam vno eodemque tempore in diuersis Ecclesijs. ergo clarè sequitur, quod habere duos canonicatus, & praebendas est incompatibile, & ita quod habere duos canonicatus, & praebendas sit incompatibile, resoluit Ioan. Staphil. in tract. de grat. expectat. in §. secunda forma. & tenet gloss. in cap. cum non ignoras. de praeben. & gloss. in clem. gratiae. de rescrip. & scriben. in capit. fin. de cleric. non residen. &

- Benedict. Capra in tract. regul. & fallen. in reg. 90. nu. 13. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & Petr. Duenas in tract. regul. & fallē. reg. 7. i. ampliat. 5.
- 10 Prædicta vera sunt non solum quando quis vult habere duos canonicatus & præbendas in diuersis Ecclesijs, sed etiam si eas velit habere in vna, eademq; Ecclesia; nam hoc similiter est incompatible, vt probatur in clem. fin. de præbē. vbi est expressum, quod adeptus in certa Ecclesia dignitatem habentem præbendam annexam prædit primam præbendam, quam obtinebat ibidem & etiam canonicatum annexum præben. & volunt ibidem docto. & Philip. Franc. in d. c. cum in Ecclesia. in glos. 3. in fi. de præbē. lib. 6. & Staphil. vbi supra, & facit: quia habere duo beneficia sub eodem tecto est incompatible, vt infra videbitur in alio capite.
- 11 Quæ quidem omnia vera intelliguntur, quædo quis habet duos canonicatus, & duas præbendas simul; siue in vna, siue in diuersis Ecclesijs, secus aut dicendum est, quando obtineret duos canonicatus sine præbendis in diuersis Ecclesijs, quia tunc poterit obtineri, & non sunt incōpatibiles prout resoluuit Bened. Capra vbi supra num. 127. assignat rationem dicēs, quod ex hoc non infurgit aliquod grauamē Ecclesiæ, sed potius vtilitas, nam tunc non occupat præbendas aliorum, & rationes supra adductæ cessant in hoc casu, & facit qd supra dictū est nu. 4. cū seq.
- 12 Dubitatur tamen, vtrum is qui habet canonicatum, & præbendam censetur eisdem renūciare, si obtineat alium canonicatum & præbendam. In qua quæstione distinguendum est, quia aut quis obtinet secundum canonicatū, & præbendam in diuersa Ecclesia, & tunc temporis dicendum est, quod non censetur primis renunciare, neque vacat ipso iure. Sed iudican. est in hoc casu sicut supra diximus in c. præceden. nu. 5. cum seq. & ita hanc sententiam tenet Bened. Capra in tract. regul. & fallen. in reg. 90. nu. 129. aut verò quis obtinet secundum canonicatum & præbendam in eadem Ecclesia, in qua primū canonicatum, & præbendam obtinebat, & in hoc casu sine dubio dicendum est, quod censetur renunciare primo canonicatui & præbendæ & vacat ipso facto, ut est expressus tex. in c. literas. de concess. præben. qui vtrumque membrū probat, & expressè not. ibidem Abb. Panor. nu. 2. & nu. 4. & ita tenet Staphil. in tracta. de grat. expectat. in §. 3. forma. nu. 7. per tex. in clem. fi. de præben. & ita tenendum est.
- 13 An tamen possit Episcopus dispensare, ad hoc ut quis possit duos canonicatus, & duas præbendas obtinere, seu plures, distinguendum est, quia aut ipse Episcopus vult dispensare sup pluribus canonicatibus, & præbendis in eadem Ecclesia, & non poterit ipse Episcopus dispensare, sed so-

lus Papa per ea, quæ no. scriben. in c. literas. de concess. præben. & ibi no. Io. And. sup glo. & Anto. in c. cum iam dudum. de præben. & Domin. in c. sanctorum. 70. dist. & Inn. in c. fi. de cleric. nō residen. & tenet Panor. in d. c. literas. nu. 2. & 3. de concess. præben. & in c. cum iam dudum. nu. 9. & Card. in cōsi. 53. inci. casus talis est in principio. & nu. 4. & in clem. vt hi qui, in §. illi verò. nu. 18. de ætat. & qualir. & ibi Io. de Imol. num. 33. & hæc sententia cōis\* est, prout inquit Dominic. in d. c. sanctorum. & Bened. Capra in d. reg. 90. nu. 143. & Petr. Duenas in tract. regul. & fallen. in reg. 7. i. in ampliat. 5. & ratio prædictorum est, quia talis retentio prohibita est non solum per Concilium generale, de quo in c. quia nonnulli. de cleric. non residen. sed etiam pius commune, de quo in d. c. sanctorum. 70. dist. & tamen constat, nullum in ferioem, etiam si legatus fuerit, posse contra Concilium ac iura communia dispensare, nisi sibi specialiter concedatur, vt in clem. ne Romani. de electio. & no. scriben. in c. i. de bigam. lib. 6. & tradunt similiter omnes in c. at si clerici. §. de adulter. de iud. aut uerò loquimur in pluribus canonicatibus, & præbendis in diuersis Ecclesijs obtinere, & tunc temporis videtur dicendum, quod possit Episcopus dispensare, prout sentit Hostien. in c. super inordinata. de præbē. & Io. Andr. & Imo. in c. cum iam dudum. de præbē. quod procedit, etiam si requirant residentiam: prout voluit in eod. c. cum iam dudum. Petrus de Perus. & Panor. arg. tex. in c. sanctorum. 70. dist. & in c. de multa. quod procedit, et si sint in diuersis diocesis secundum eundem Petr. de Perus. dūmodo consensus seu dispensatio utriusq; Episcopi intercedat, argumento eorum, quæ habentur in c. cum illorum. de sent. excom. quod etiam voluit Specu. quem refert & sequitur Bened. Capra in d. reg. nu. 144. in hoc tamen secūdo casu. contrarium tenet Dominic. in d. c. sanctorū. dicens, quod super pluritate canonicatum, & præbendarū in diuersis Ecclesijs inferior à Papa non pot. dispensare, & hanc dicit esse\* eōdem sententiam idē Dominic. & tenet Imo. in d. c. fi. de cleric. non residen. quia hoc est prohibitum est per Conciliū generale & ius cōis, ut dictum fuit in i. casu, unde ratione huius diuersitatis considerandi sunt duo casus. Primus est circa residentiam canonicatus, & præbendæ, nam si ex statuto, uel consuetudine requirunt residentiam, tunc temporis Episcopus dispensare non potest, & ita procedit cōmunis opinio supra relata & doct. Innoc. in d. c. cum iam dudum. de præben. & est rō, quia sicut in pluribus Castris, quorum quilibet requirit certos homines ad sui custodiam, nō potest quis obtinere locum plurium, ita & in duabus uel pluribus præbendis requirentibus residentiam nisi accedente dispensatione Pape, vt inq. Hostie.

in c. super inordinata. de præben. aut verò Canonatus, & præben. ex statuto vel consuetudine non requirit residentiam, & tunc temporis vera est & procedit opinio Benedic. Capra. quod possit Episcopus dispensare.

- 14 Ex quo inferitur, quod dicitur in Canonicatibus & præbendis Italiae possunt Episcopi dispensare circa pluritatem in diuersis Ecclesijs, & est ratio quia de consuetudine Italiae Canonicatus non requirunt residentiam, prout inquit Abb. in cōsi. 96. incip. Iesus Christus adit. in 2. dub. in volu. 2. quia consuetudo est à iure approbata, per tex. & gl. in c. cum omnia. de constit. & ibi sequitur doct. & gl. in c. dudum. il. 2. de electio. in fi. & Inn. per tex. ibidem in c. cum iam dudum. de præben. & gl. in clem. gratia. de rescrip. & in c. gratia. de rescrip. lib. 6. & Cæsar Lambert. in tracta. de iure. patro. in secundo lib. in prima par. artic. 15. 7. q. princ.

Secundus casus est circa beneficij sufficientiam: nam si Canonicatus est sufficiens ad sustentationē Canonici, procedit & est vera communis sententia: quod non possit Episcopus dispensare, si autem Canonicatus est tenuis & minus sufficiens: tunc temporis potest Episcopus dispensare, vt tenet Ioā. Andr. in c. literas. de concess. præbē. quem hoc modo intelligit & declarat Panor. in d. c. cum iam dudum. de præben. & ita resoluuit & ad concordiam reducit prædictas duas opiniones Staphil. in tract. de grat. expectat. in §. 2. forma. nu. 6. & 7.

- 15 In casu tamen in quo summus Pontifex dispensaret cum aliquo: vt possit habere in eadē Ecclesia duas præbendas cum duobus Canonicatibus, vel cum vno Canonicatu, & vna dignitate, officio, seu personatu: Dubium est, vtrum talis Canonicus debet habere duplices distributiones quotidianas, an verò simplices In qua quæstione ardua, & dubia Ant. in c. cum olim. de re iudi. inquit, quod talis Canonicus simplices, & non duplices habeat quotidianas distributiones, cuius sententiā sequutus fuit Roch. de Cur. in c. vlt. de consuetud. in fol. 49. in paru. impres. col. 4. & Ludouic. Gomes. in tract. de expectat. nu. 54. & ratio prædictorum est: quia nō magis præsens est is, qui est simul Archidiaconus, & Canonicus, vel habet duos Canonicatus, quàm is, qui tantum vnicum habet Canonicatū, & ideo fat erit, quod habeat simplices distributiones. Contrariam tamen sententiam, imo quæ in casu prædicto Canonicus debeat habere duplices distributiones, tenet Io. Andr. quem sequitur Abba. & Fely. in c. cum olim. de re iudi. & Bald. & Cardin. in consilio. 53. & hæc sententia est magis\* communis, prout inquit Franc. Viui. libr. com. conclus. litera A. ver. Archidiaconus. pro qua sententia videtur tex. in l. Titia. §. qui Marco. ff. de annu. legat. vbi iuriconsultus inquit,

quod si libertis annua alimenta legentur, & Marco centum: debebuntur Marco annua alimenta & simul centum: si libertus in sit, quem tex. singularem esse asserit Bal. in c. cum in iure. de elect. & eam declarat Bart. in l. quæsitum. in §. pen. ff. de fund. instruc. & facit etiam: nam potest quis officio duplici fungi: modò exercitiū vnus alteri non contradicat, aut repugnet, vel alterius usum non impediatur, vt in l. si Consul. & ibi glo. ff. de adoptio. & in l. 3. ff. de rit. nupt. & in l. fistulas. §. i. ff. de contrahen. empr. & in l. accipietis. ff. de auctoritat. tuto. & in l. quisquis. C. de postul. & in l. vlt. C. de assessor. & in l. pro hac parte. C. de proximi. sacro. scrinio. lib. 12. & latè tractat post alios Dec. in c. 3. de probat. saltem hoc priuilegio Principis, etiam si ius obstat, licitum esse constabit ex his, quæ adducemus inferius in 2. par. circa dispensationis materiam.

- 18 Et facit præterea: quia tamen qui simul Archidiaconus, & Canonicus est in eadem Ecclesia duplicem vocem in electionibus habet, nempe vt Archidiaconus, & vt Canonicus: vt probat tex. in c. cum olim, vbi not. Abb. & alij scriben. post gl. ibidem de sent. & re iud. & hæc est\* cōis sententia, prout inquit Fel. in d. c. cum olim. quod sequitur Didac. de Couarr. in lib. 3. variat. resolu. c. 13. nu. 6. & Fran. Viui. in lib. com. conclus. in litera A. ver. Archidiaconus. Ex quibus patet, quod Ioan. Andr. sententia verior de iure apparet contra Ant. sententiā, quæ quidem sine dubio erit obseruanda; quando consuetudine fuerit recepta, vt not. Bald. & Card. in dicto consilio 53. & Dec. in c. cum oēs. in l. lect. & Couar. vbi supra, quod dicit Roch. Cur. in d. c. vlt. fol. 49. col. 4.

## S V M M A R I V M.

- 1 Curatum beneficium quid sit.
- 2 Est differentia inter curatum beneficium, & parochiam.
- 3 Quando dicatur beneficium habere animarum curam, nu. 4. §. 6. 7.
- 8 Beneficium, cui annexum est ius baptizandi, an dicatur curatum.
- 9 Beneficium cui annexum est ius sepeliendi, an dicatur curatum.
- 10 Beneficium curatum habitu, & potentia, & non actu, vtrum dicatur.
- 11 Constitutio cessare debet: cum eius ratio principalis cessat.
- 12 Duo, aut plura beneficia curata sunt incompatible.
- 13 Obtinens beneficium curatum, si aliud consequatur, vacat primum ipso iure.
- 14 Prædicta conclusio ampliatur nouem modis, nu. 15. cum seq.
- 16 Spoliatus primo beneficio curato, si aliud beneficium curatum obtineat, videtur renūciare primo beneficio.

- neficio, & spolio, nu. 17. cū seq. vbi declaratur.
- 25 Virtute cuiusvis consuetudinis non poterunt obtineri duo beneficia curata, nu. 26. cum seq. vbi agitur de immemorabili.
- 33 Multi sunt casus, in quibus non vacat ipso iure primum beneficium curatum per adeptionem secundi, nu. 34. cum seq.
- 40 In iuramento statuitur in his, quæ pendet ab animo nostro, quod declaratur, nu. 41. 42. 43. 44. 45. 46.
- 58 In beneficalibus Romanus Pontifex habet plenitudinem potestatis.
- 59 Multi effectus, ex eo quod vacet beneficium ipso iure ponuntur, & nu. 60.
- 61 Priuatio beneficii ipso iure inducitur obligat beneficiarium in foro conscientie, & nu. seq.
- 63 Quando ipso iure vacat beneficium non est locus penitentia, & seq.
- 67 Si beneficium vacat ipso iure, admittitur contra beneficiarium exceptio priuationis ipsius beneficii.
- 68 Spoliatus possessione beneficii, quod vacauit ipso iure, vtrum possit agere interdicto vnde vi, nu. 69. cum seq.
- 72 Quando notorium constat de non iure petentis restitutionem, non fit restitutio.
- 73 Quando dicatur notorium constare de non iure.
- 74 Confessio facit rem notoriam.
- 75 Instrumenta rem faciunt notoriam.
- 76 Per testes res redditur evidens, & notoria.
- 77 Acta iudicij faciunt notoriam rem.
- 78 Sententia facit rem notoriam.
- 79 Si obtinens beneficium curatum, secundum recipiat simile, & illico non renunciauerit primo verbis & facto, graues penas incurrit.
- 80 Pacifica possessio quæ dicatur.

De incompatibilitate duorum  
beneficiorum curam ani-  
marum habentium.

Cap. XIII.



VIA acturi sumus de beneficijs curam animarum habentibus, pro faciliiori intellectu aliqua præmittenda erunt, & imprimis erit aduertendum, quod si beneficium curam animarum habens communiter Ecclesia parochialis appellatur: quæ quidem presbytero curanda regendaque committitur ex eo, quod dioceseos pars, cuius curam habent singuli presbyteri, sub Episcopo parochia, aut forsitan rectius parochia appellatur: vt probat text. in c. omnes basilicæ, & in c. nullus. 16. q. 7. & Budeus admonuit latinè præfata aliter exprimi posse. Ita vt curia dicatur, quam nos parochiam vocamus: Curia

les verò Parrochiani: & Curio presbyter, qui parochianorum curationem ac gubernationem habet. Aliquando etiam parochia vsurpatur pro tota diocesi Episcopi, quæ multas amplectitur Ecclesias; vt probatur in c. bonæ rei. 1. 2. q. 2. & in c. Apostolica. de donat. cuius quidem presbyteri, siue Curionis cura in animarum ligatione & in earum absolutione præcipuè versatur. Sicut enim noxios à sancta communione arcet, ita veniam poscentes absoluit.

Est tamen aduertendum, quod est differentia inter Ecclesiam parochialem, & Ecclesiam curatam, seu beneficium curatum, nam parochialis Ecclesia illa dicitur, quæ habet parochiam ad eius curam deputatam, & territorium limitatum: vt inquit Archid. in c. licet canon. col. 2. de elect. lib. 6. & Nicol. Milij. in repert. in verb. Ecclesia parochialis, & dicitur à Parochia ei deputata: vt in c. Ecclesias. 1. q. 1. quæ dicitur parochia: quia Rector Ecclesiæ habet curam totius populi intra illos limites congregati, vnde dicitur regere populum, vt in c. 1. de capel. Monaco. & sic parochia est locus, in quo degit populus alicui Ecclesiæ deputatus, & ad præbendam Ecclesiæ esse parochialem, est necesse probare, quod habeat locum certis finibus constitutum, in quo degat populus illi Ecclesiæ deputatus secundum Rom. in cons. 356. incip. circa princip. col. 1. vbi tradit, in quo consistat ius parochia, & docet. in rub. de parrochijs, Alex. in cons. 74. incip. viso. in 4. vol. & etiam requiritur probare auctoritatem interuenisse Superioris constituentis eam parochiam. c. nullus. 16. q. 7. & c. sicut. de excels. Prælat. & Egid. de Bel. lam. in cons. 38. incip. supposito. col. 2. cū seq. & Barba. in cons. 17. incip. præclare. col. 5. in 1. vol. At verò potest esse aliqua Ecclesia ruralis, & ad eam de nouo possunt venire homines ad illic habitare. & non dicitur parochialis Ecclesia, si non habeat certum territorium deputatum, & sine dubio potest dici Ecclesia curata: vt inquit Card. in clem. vnica. q. 5. de offic. vicarij, & in clem. prima, de præben. & ita clarè constat, quod omnis Ecclesia parochialis habet animarum curam, sed non omne beneficium curatum dicitur Ecclesia parochialis: vt tenet Io. And. in c. super eo. de præben. lib. 6. & hinc est, quod de iure communi nullum beneficium habet curam, nisi habeat populum, vel clerum, vnde asserenti beneficium non esse curatum, non incumbit probatio: quia de iure ita est, vt docet Bullam. in decis. 679. incip. si impetrans. & Staphil. in tract. de qualitat. & statu benefic. in prin. & Petr. Rebuff. vbi supra num. 11. & ideo ille, qui dicit, illud beneficium curatum, oportet, quod probet, argu. tex. in lei. qui. ff. de proba.

Ex quo clarè patet, quod si ecclesia seu beneficium dicitur habere animarum curam, quan-

do eius beneficiario incumbit iurisdictio spiritualis, nempe administrare sacramenta ecclesie, vt in c. 1. & per tot. de parroch. & no. gl. in clem. dudum. de sepultu. & in c. dudum. il. ij. de elec. & ibi Panorm. in not. 9. idem Pan. in c. de multa. de præben. nume. vlti. & probatur in c. in nouo. 12. distinct. & in c. omnis. de pœni. & remissio. & probat etiam tex. in extratrag. execrabilis. Ioannis XXII. & tenet Io. Staphil. in tracta. de quali. & stat. benefic. nu. 20. cum seq. & Ioan. Coraf. in paraphrasi facetediorum, in j. par. in c. 5. num. 1. & Pet. Rebuff. in praxi beneficiorum in tit. faculare beneficium quod duplex. numero decimo.

Si tamen beneficium habeat iurisditionem in foro contentioso, dicitur beneficium curatum, vtputa, quando eius beneficiarius potest suspendere, excommunicare, absolvere, visitare, & alia huiusmodi, quæ tendunt ad correctionem morum, vt in ca. dudum ecclesia. de elect. & ibi bona glo. & Abb. in 7. nota. & glo. in d. clem. dudum. de sepultu. & idem Abb. in d. c. de multa. de præben. nume. 24. & Benedict. Capra in tract. regu. & fallen. in regu. 90. num. 12. & Staphil. in d. tract. de qualitat. & stat. benefic. & huiusmodi animarum curam in foro contentioso solent habere aliqui Archidiaconi, Archipresbyteri, vel Decani: vt inquit Innoc. in d. cap. de multa. & probat tex. in c. 1. & penul. de offic. Archi. & no. scriben. in c. cum contingat. de foro competenti.

Non tamen sufficit potestas fori penitentialis, siue curata parochia ad hoc: vt quis dicatur Curio, siue presbyter curatus, aliàs quilibet sacerdos, ex quo habet potestatem ligandi & solvendi, diceretur Curatus: quod est maximum absurdum, ita sentit glo. not. in clem. dudum. in versu impendant. de sepul. dicens, quod licet fratres Prædicatores, & Minores possint ex priuilegio illius constitutionis & clem. exiuit. exercere ea, quæ sunt fori penitentialis, non tamen per hoc sunt censendi curati. & ratio est secundum glo. quia neque ipsi astricti sunt ad exercitium cure, nec fideles sunt astricti, vt in foro penitentiali ad eos recurrant, & est bona gl. in clem. prima. in versu. presbyteri. de priuile. quam dicit singulare Panor. in c. signifi. de foro competenti. & in c. omnis. vtriusque sexus. de pœnit. & remissio. & ita hanc sententiam tenuit Io. Staphil. in tract. de qualitat. & stat. benefic. nume. 28. Gomef. in regu. Cancellaria. de Idiome, in quaestione vndecima.

Et præterea vltra præfata, ad hoc vt quis dicatur Curio, siue presbyter Curatus, requiritur, quod exerceat curam animarum nomine suo: & non alieno: vt inquit Pet. de Anchara. & ita Io. de Imo. in clem. vnica. de offic. Vicarij. & late per scriben. in c. extirpanda. in §. qui verò.

de præb. vnde videtur dicendum, quod ius curæ est penes prælatum, & non penes eius Vicarium, etiam perpetuum, quam quaestionem tractant scriben. in d. §. qui verò. maxime Pano. ibidem nume. 15. & Staphil. vbi supra num. 29. & Gomef. vbi supra.

Requiritur præterea vt quis dicatur Curio, siue presbyter Curatus, quod tanquam Prælati suo nomine singulariter ad regimen parochialis ecclesie & populi assumatur, & ideo bene consuluit Oldrad. in cons. 67. incip. questio talis est, quod si duo instituantur in ecclesia parochiali, ita quod quilibet ipsorum consuevit audire confessionem, & cetera facere, quæ spectant ad curam animarum, nullus, seu neuter eorum censetur curatus, neque in eis habeat locum dispositio text. in ca. licet canon. de elect. lib. 6. neque tex. in c. de multa. quod probat per multas rationes, & facit tex. in ca. sicut vna. 2. 1. q. 2. ibi, sed vnum tantummodo habeat sacerdotem, aliàs in vna ecclesia, & sic in vno corpore essent duo capita, quod est monstrum, vt in cap. quia plerique. de off. ordi. & ita resoluit Io. Staphil. vbi supra nu. 32.

Sed dubitatur, vtrum si beneficium dicatur curatum ex eo, quod beneficiarius habeat ius baptizandi omnes & singulos de parochia, quia ex consuetudine, vel concessione hoc habere potest, vt inquit Feder. in cons. 135. incip. casus talis est. & Perus. in c. ad decimas. per illum text. in notab. vlti. de restit. spoliat. lib. 6. & scriben. in c. ex transmissa. de præscript. & Paul. & Cardina. in clem. j. de baptismo, in 4. quaest. tenent quod non, & tenet Staphil. vbi supra num. 24. & Petr. Rebuff. in concordat. in §. statimus. il. 2. in glo. incip. parochiales ecclesie. in versu. & ad proban. & d. reg. de Idiome. q. 11. & est ratio, quia actus baptizandi non pertinet ad animarum curam, quod clarè patet: nam actui baptizandi licitè quandoque per laycum exercetur: vt probatur in §. verum. 32. distinct. & resoluit Dominicus de Soto, in 4. sent. in distinct. 4. q. vnica, artic. 2. sed laycus est omnino incapax animarum curæ, vt in c. omnis. & in c. noua. de pœnitent. & remissio. Imo non possunt præscribere animarum curam layci, quia sunt incapaces possidendi spiritualia, vt probatur, in c. causam quæ. cum multis similib. de præscript.

Imo si presbyter Curatus non dicitur ex eo, quod habeat ius sepeliendi, vt inquit Feder. de Sen. in cons. 135. & Archid. in c. 1. de sepul. & Hostien. in ca. quia nonnulli. de cler. non resid. & tenet Staphil. vbi supra nume. 23. in tracta. de qualitat. & stat. benefic. & Ludo. Gomef. in regu. de Idiome, quaest. 11. prope finem, in versu. ex quo inferitur. & est ratio, quia ecclesia potest habere cimiterium ex consuetudine, vel concessione Episcopi absque eo, quod habeat animarum



curam secundum prædictos scriben.

- 10 **C**ontrouertitur inter scribentes, utrum ꝑ beneficium curatum habito, & potentia, & non actu, dicatur verè curatum ad hoc, ut compræhendatur appellacione beneficii curati, & in dispositione text. in c. de multa. de præben. Videtur dicendum, quòd sic curatum, tenet Inno. in d. c. de multa. & Specul. in tit. de legib. §. videntium. in versic. quod queritur. & Bald. in margarita. in verb. ecclesia. vers. 16. & in vers. item Card. in d. c. de multa. & hanc sententiam tenet Alex. in cons. 58. in 4. par. & in alio cons. incipien. viso puncto. quod est ante dictum consil. 58. & Gomez. in reg. Cancellarie de Idiomatico. quest. 1. versic. & ideo. Contrariam tamen sententiam, imò quòd dictum beneficium non dicatur verè curatum, tenet glo. in c. licet canon. in verb. parochialis. de elec. lib. 6. volens quòd dispositio loquens in ecclesia curata nò habeat locum in illa, quæ aliquando habuit parochianos, nunc autem definit habere. Idem vult gl. in verb. collegiatus. in cap. statutum. de elect. libro 6. pro quibus est text. in c. pastoralis. 7. questio. 1. & hanc sententiam tenuit Hostien. in c. de multa. & in d. c. quia nonnulli. & Federic. de Sen. in consil. 130. aliàs 135. & Paul. in clem. j. de offi. Vicar. & Ioan. Andr. in c. licet canon. de elec. lib. 6. & Stephil. in tracta. de qualitat. & stat. benefic. num. 2. & hanc sententiam sequitur Panorm. in d. c. de multa. nu. 24. & Petr. Duenas in tract. regul. & fallen. in regu. 71. in 4. fallenti & tenet etiam Ioan. de Selua in tract. de beneficiis in tertia par. in quest. 42. per totam quaestionem pro qua sententia facit, quia cum simus in pœnalibus, debent verba capi in potiori significatu, vt euitemus pœnam, vt in c. statutum. de electio. libro sexto.

- 11 **F**acit præterea ꝑ quia cum principalis ratio constitutionis cesset, cessare debet constitutio, ut inquit Panorm. ubi supra, & probatur in l. ad digerere. §. quamuis. ff. de iur. pat. & in l. quod dictum. ff. de pac. & ibi Bart. & Ang. qui eam legè ita summant, & eum tex. ad hoc nota. dicit Nicol. Euerar. in locis legalibus in loco à cessacione rationis, & ad hoc similiter adducitur à scriben. text. in l. ita tamen. ff. de admini. tuto. & in l. illud. ff. ad leg. Aquil. & in l. 1. §. hoc interdicitum. ff. de fonte, & in l. ulti. & ibi no. Raphael Fulg. in 1. notab. C. de edit. di. Adri. toll. & l. 1. C. de libi præter. & exhered. & in clem. 1. & ibi Card. Floren. in not. 10. de iud. & gl. in l. cum tale. §. falsam legati. in verb. coheret. ff. de condi. & demonst. & Bart. in extraua. ad reprimendum, in verb. ne ex eorum absentia. & in l. demonstratio. §. quod autem. in 8. q. ff. de condit. & demonst. & in l. 2. §. ulti. versic. 3. similiter, ff. de donat. & Angel. in rept. l. si certis annis. vers. si alii autem dixerunt, C. de pact. Imo. in l. si

filius qui. vers. secundus est effectus. ff. de vulg. & pupill. substitu. & latè Andr. Tiraq. in tracta. de cessante causa. in vers. causa legis siue ratione, & ita tenendum est, quòd non dicatur beneficium curatum, & hæc est communis sententia, ut inquit Capra in regu. 9. numero 74. cum sequen. & uide infra dicen. in limitatione duodecima.

- Quibus præmissis est constituenda certissima  
12 **I**n iure conclusio ꝑ nempe quòd duo aut plura beneficia curata sunt incompatibilia, ut clarè probat text. in ca. de multa. in vers. presenti decreto. de præb. & no. scriben. omnes ibidem, & idem probat text. in c. ordinarij. de offi. ordi. lib. 6. & text. in c. cum singula. de præb. lib. 6. & text. similiter in clem. gratia. de rescrip. & scrib. omnes in dictis iuribus, probat text. in extraua. execrabilis. Ioann. XXII. de præben. & in Concilio Trident. Sess. 24. c. 17. ubi latè de hoc agitur, cuius conclusionis præcipua ratio est assignanda præter eas rationes, quæ cõmunes sunt omni incompatibilitati, nempe quòd is, qui habet aliquod curatum beneficium, necessariò tenetur in illo residere, neq; potest per Vicarium deservire nam uidetur electa industria personæ, & sic non potest curæ alteri delegari, ut in ca. is cui. de off. deleg. lib. 6. & Abb. Panorm. in c. extirpanda. in §. qui uerò. in columna 13. de præbend. & Petr. Rebuff. in tracta. de dispensat. de non residen. num. 20. Sed impossibile est, quòd quis resideat uno, eodemque tempore in diuersis ecclesiis, ergo clarè sequitur, quòd duo beneficia curata sunt incompatibilia.

- 13 **E**t hinc est, quòd ꝑ habens beneficium curatum, si aliud curatum obtineat, priuatus est ipso iure primo beneficio curato, ut clarè probat text. in c. de multa. de præben. & in clem. gratia. de rescrip. & in extraua. execrabilis. Io. XXII. & de iure Regis Hispaniæ probatur. in l. 3. titu. 16. in par. 1. latè tractat Ioan. de Ligna. in tract. de plur. benefi. num. 1. cum sequen. & Curiel. in tract. de plural. benefi. per totum, & Bernar. Diaz de Luco in sua præct. crimin. cap. 42. Aug. Bero. in quest. suis in quest. 80. num. 1. cum sequen. & Paul. Paris. in c. cum ecclesiæ. nume. 1. de except. & Benedic. Capra in tracta. regu. & fallen. in regu. 9. num. 22. cum multis sequen. hanc sententiam tenet glo. Panorm. & scriben. omni. in d. c. de multa. de præben.

- 14 **A**mpliatur primò præfata conclusio, ut ꝑ uera sit non solum in beneficijs secularibus, sed etiam in beneficijs regularibus: nam regularia beneficia si sint curata, simul plura non possunt obtineri, sed uacat primum per adaptionem secundi, ut probat text. in c. cum singula. de præb. libro 6. ubi hoc not. glo. Dominic. Franc. & alij scriben. communiter, & probat text. in clem. unica, de supplen. negligen. prælat. & tenet Benedic.

nedic. Capra ubi supra numero 24.

- 15 **A**mpliatur & secundò, vt procedat ꝑ etiam si quis habeat plura beneficia curata ex dispensatione, nam si aliud beneficium curatum acceptauerit, vacant priora beneficia obtenta medianter dispensatione, vt probat text. in c. non potest. de præben. & dignitat. lib. 6. & in clem. si plures. eod. tit. & ibi no. gl. & scriben. in verbo vacare, & scrib. similiter in d. c. non potest. & Capra d. reg. 90. num. 26.

- 16 **A**mpliatur & tertio, vt uera sit ꝑ etiam si quis fuerit spoliatus primo beneficio curato, nam si aliud beneficium curatum acceptat, priuatus est iure primi beneficii, vt uoluit Vincent. in c. dudum de præben. quem refert & sequitur. Io. Andre. in d. c. de multa. & tenuit Speculator in tit. de possessorio, & petitorio, in §. 1. in ver. quid si spoliatus, & tenet Benedic. Cap. in d. regu. 90. numero 28.

- 17 **P**ro qua conclusione facit primò ꝑ quia stante voluntaria renunciatione amittitur, & ciuilibus & naturalis possessio, & spoliatus non potest habere remedium recuperandæ possessionis, vt probat text. in c. sollicit. & in c. accepta. & in c. audita. de resti. spo. & Rot. in decil. 62. & in decil. 362. in nou. & in 401. in antiq. Inn. in c. super hoc de renun. Imo. in d. c. sollicit. col. 1. in fi. cum seq. & Idem tenet Inn. ibi & Io. Andr. & Pan. col. 2. & Abb. in c. sup hoc. col. 3. de renun. & Soc. in reg. 379. in 6. fall. & Lanfr. in rubr. de caus. posses. & propriet. colum. 7. & Old. in consil. 227. col. 2. & decisio Capelle Tholosane 492. & ibi additio, & Rot. in deci. 393. in nou. quod maximè procedit in beneficialibus, vt inquit Soci. in l. rem quæ nobis. col. fi. ff. de acq. poss. sed sic est, quòd is, qui acceptat secundum beneficium curatum, censetur renunciare primo beneficio, & habere id pro derelicto, vt probatur, in d. c. de multa & not. Benedic. Capra in d. regu. 90. nume. 22. ergo non potest petere restitutionem beneficii primi.

- 18 **F**acit præterea pro hac ampliacione ꝑ quia in beneficialibus, quando notoriè constat de non iure agētis, restitutio beneficii denegatur, vt inquit Rot. in decil. 16. in nou. & decil. 7. & decil. 62. 5. in antiq. & hanc sententiam tenet Butr. & Abb. in c. in literis. colum. 8. de resti. spo. & Dominic. in c. ad decimas. col. 3. de resti. spo. lib. 6. & Io. Andr. Alex. in consil. vlt. col. fi. Abb. in c. si constiterit. col. 2. de accu. Lap. in alleg. 24. Oltra. in consil. 1. colum. 2. Abb. in c. sollicit. col. 2. de resti. spo. Guid. Pap. in quest. 8. §. & additio. ad decil. 15. Capell. Tholos. & Fely. in c. ex parte. col. fin. de foro compet. & est ratio, quia in beneficialibus nò debet dari uictiosus ingressus, vt in c. 1. de eo qui mittit. in posses. cau. rei seruandæ. sed notoriè dicitur constare de nò iure spoliati, quando acceptauit beneficium cu-

ratum secundum, quia tunc sine dubio censetur renunciare iuri primi beneficii curati, hoc tamè intelligendum est sano modo, præterquàm si is, qui fuit spoliatus primo beneficio curato habebat dispensationem à sede Apostolica obtentam: ad hoc vt possit habere duo beneficia curata: quia tunc erit cõcedenda restitutio primi beneficii, arg. tex. in c. non potest. de præb. lib. 6. Spoliatus tamen, quamuis ei obster defectus notorius, & non possit petere restitutionem primi beneficii curati, prout supradictum est, poterit petere fructus primi beneficii curati, quos percepit spoliator vsq; ad acceptationem secundi beneficii, arg. tex. in l. 2. §. idem Iulianus. ff. de eo quod cer. to loco. & quod no. Spe. in tit. de actore. in §. idem Iulianus & in §. 3. in ver. item pactor. & ita no. expressè Io. Andr. in d. c. de multa. de præben. & tenet Benedic. Cap. ubi sup. in reg. 90. nu. 29.

- 19 **T**amen contra hanc ampliacionem facit text. expressus in c. solita. de resti. spo. ubi probatur, quòd renunciatio facta post spoliolum non obstat agēti de spolio, vt not. ibidem Abb. nu. 6. & seq. & Alex. in consil. 93. num. 4. cum seq. in vol. 5. & Rot. in decil. 1. de renun. in nou. & Soc. in l. rem quæ nobis. num. 20. in fi. ff. de acq. poss. & Fran. de Rip. in l. naturaliter. in §. nihil commune. ff. de acq. poss. nu. 55. & Paris. in consil. 1. nu. 15. in vol. 1. & est ratio, quia huiusmodi renunciatio facta post spoliolum censetur coacta, & nò spontanea. Hæc tamen difficultas minimè obstat. Primò, quia ille tex. & scribentes præfati loquuntur in renunciatione tacita, quæ ab ipso iure introducit ob acceptationem secundi beneficii curati, & est diuersa ratio in hoc casu, quàm in alio, quia quando quis acceptat secundum beneficium curatum, non potest præsumi, quòd id fecerit coactus, sed quòd habeat liberam uoluntatem obtinēdi huiusmodi beneficium & dimittendi primum curatum, quo erat spoliatus. Vel 2. respondendum est, quòd tex. in d. c. solita. non habet locum, quado renunciatio beneficii facta post spoliacionem fuisse facta sponte, & hoc apparet, ut puta quia quis renunciatu ex eo, q. habebat inimicitias in illo loco, propter quod illic stare non poterat. Vel quia habebat conscientiam lēsam, prout aliàs dixerat: nā propter tales causas purgatur illa præsumptio metus, & hanc sententiam tenet Ant. de Butr. & ibi Io. de Imo. in c. solita. circa fi. de resti. spo. & Soci. in reg. 328. in fall. 4. & Paris. in consil. 100. col. 9. vol. 1. & Ant. Gabriel. in lib. com. conclus. in tit. de resti. spo. in conclus. 4. num. 9. Sed in casu nostro quando quis obtinuit secundum beneficium curatum, satis constat renunciationem hæc, quæ tacitè à iure inducitur, factam fuisse sponte. Ergo clarè sequitur, q. non obstat ille tex. in d. c. so-

- ē. solite. de resti. spol. & facit etiam, quia renunciatio post spoliū facta, si fuit in presentia iudicis competentis, vel superioris, impedit restitutionem spoliij, vt inquit glo. in verb. quia non est verisimile. in prima solutione in d. c. solite. quam sequuntur ibidem Innoc. Hosti. Pan. col. 3. & Imo. in col. 2. & Soci. in regu. 378. in 1. fall. & Ias. in consi. 88. col. 2. & seq. vol. 3. & Paris. in consil. 10. col. 8. in fi. & seq. volu. 1. & Barbat. in cōsi. 47. col. fi. vol. 2. & ratio præfatorum ea est, nam in presentia iudicis præsumitur metus cessare, sed huiusmodi præsumptio interuenit etiā in casu nostro: nā præsumitur acceptando secundum beneficium, q̄ habet voluntatem permanendi in eo, & non in primo, cum sit incompatible cum secundo.
- 20 Ampliatur † & quartò præfata conclusio, vt procedat in eo, qui vi occupat, seu scienter se iniuste intrudit in secundo beneficio curato, nā ipso iure censetur priuatus beneficio curato, quod ante obtinebat: non enim decet, q̄ stultus melioris quam peritus conditionis existat, vel quòd inuafor eo qui iuste ingreditur, priuilegio gaudeat potiori, vt claris verbis determinat tex. in c. cum qui. de præbend. libro 6. & ibi not. glo. Dominic. Anch. Philipp. Fran. & Doc. & ita tenet Benedic. Capra in d. reg. 90. in nu. 27. & ad hunc effectum violenta occupatio dicitur: cum inuitis possessoribus & eis contradicentibus capta fuit beneficiorum possessio, licet possessores nō fuerint conari resistere, vt inquit Lap. in alleg. 127. & Domin. & Philipp. Fran. & Prob. in d. c. cum qui. §. vlti. & Inn. in c. cum nostris. de concess. præben. in gl. verb. credimus. & Oldr. in consi. 319. in col. 1. & prob. in l. si quis ff. ne vis fiat ei. & tenet Didac. de Couar. in lib. 3. variarum resolu. c. 16. nu. 7. vbi latissime agit de intellectu tex. in d. c. cum qui. de præb. lib. 6.
- 21 Ampliatur & quintò præfata conclusio, † vt vera sit adeo, quòd non solum censetur, quis renuntiare primo beneficio curato per adptionē secundū, sed & iuri ad rem, quod habebat ad ali- quod beneficium curatum, vt clarè probat text. in clem. gratiæ. de rescri. & ibi tenet gl. in verb. renunciare. & Innoc. & Compstoll. per gl. ibidem adducti, & est ratio, quia facilius perditur ius ad rem, quam in re, vt in c. penult. de præb. lib. 6. & ita no. Ioan. Andr. in regu. odia. de reg. iur. lib. 6. & Abb. in c. fi. de cleric. non resid. lib. 6. in vlti. col. & tenet Bertach. in reper. in verb. benefi. in versic. beneficiatus habens ius ad rem, post nume. 128. & ita resoluit Benedic. Capra in dicta regu. 90. nume. 31. imo plus inquit glo. in verb. renunciare, quòd præfata vera sunt, & si is qui acceptat secundum beneficium curatū expressè protestetur, quòd non intendit renun- ciare iuri ad rem, quod ante habebat, q̄ sententia vera est, vt apparebit ex infradic. in ampliāt. 8.
- Ampliatur & sextò præfata conclusio, vt vera sit † etiam si beneficium curatum secundum non sit sufficiens ad congruam sustentationem, & ad congruam sustentationem requiratur etiā primum beneficium cum secundo, quia nihilo minus censetur vacare primum beneficium, etiam si esset consuetudo in contrarium. Ita tenet Abb. numero 46. in capitu. extirpandæ. in §. qui verò. de præben. & tenet Bertach. in verb. benefi- cium, vbi supra post numerū 60. in versic. benefi- ciorum sufficiencia præsumpta, & probatur ex infra adducen. in ampliā. nona. & quòd dica- tur beneficium sufficiens infra videndum erit in capite de incompatibilitate duorum benefi- ciorū simplicium, quorum vnū sufficiens est.
- Ampliatur & secundò prædicta conclusio, 23 vt vera sit † etiam si primum beneficium cura- tum sit pingue, & secundum sit tenue, nam et in hoc casu cēsetur vacare ipso iure prædictum primum beneficium, vt probatur in capi. quo- rundam. 74. distinct. & ita resoluit Benedic. Ca- pra in dicto tracta. regularum & fallen. in regu. 90. nume. 62. vbi inquit, quòd hæc est commu- nis sententia. & ratio est clara, quia imputandū est ei, qui voluit acceptare secundū beneficium tenue, quòd est incompatible cum primo.
- Ampliatur octauò prædicta conclusio, vt ve- 24 ra sit † etiam si is, qui adeptus est secundum be- neficium expressè protestetur, quòd non inten- dit renunciare seu dimittere primum benefi- cium, ita tenet Ioan. de Imola in dicto capi. de multa. de præben. quem refert & sequitur Be- nedic. Capra in dicta regu. 90. nume. 60. tenet glo. in verb. renunciare in dicta clem. gratiæ. de rescri. nam huiusmodi protestatio tanquam contraria factō nihil releuat, vt in capi. cum M. Ferrarien. de constitu. & in cap. vt quis duas. de elect. lib. 6. Præterea quia protestatio tunc tem- poris releuaret, quando vacatio primi benefi- cij induceretur ex voluntate ipsius protestantis. At verò in casu nostro inducitur vacatio prædicta ab ipsamet iuris dispositione, contra quam ni- hil valet protestatio, quia nemo potest facere, quod ius cōmune non habeat locum in sua dis- positione, vel de facto, vt probatur clarè ex ad- ductis à scriben. per text. ibidem in l. nemo po- test. ff. de legat. 1.
- Ampliatur & nonò conclusio prædicta, vt 25 † procedat etiam stante consuetudine in con- trarium, nam virtute huius consuetudinis non poterunt obtineri duo beneficia curata, ita te- net Innocen. in capitu. nonnulli. de cleric. non residen. & Ioann. Andre. in regula, quæ contra iura de regul. iur. libro 6. in mercurialibus, & tenet Panorm. in cap. extirpandæ. in §. qui ve- rō. in repe. de præben. in numero 36. & tenet Bertachi. in reperit. in verb. beneficium. post nu- merū 60. in versicu. beneficiorum sufficiencia

præ-

præsupposita, & tenet Ioan. Nicola. Gimonteus in tracta. de plura. benefi. in numero quarto. & est ratio, quia huiusmodi consuetudo periculo- sa est animabus, & in hoc casu minimè excusat, vt clarè probatur in capit. fina. de consuetud. & in capit. non satis. & in capit. cum ecclesia. de simon. & in cap. vltimo. de peniten. & remiss. & quòd sit periculosa animabus, clarè proba- tur in capit. quia nonnulli. de cleri. non resien.

26 Contra † hanc tamen ampliationem maxi- mè obstat, quòd consuetudo æquiparatur pri- uilegio, prout probatur argumēt. text. in capi. nouit. vbi not. docto. de iudic. & notatur in ca- pitu. accedentes. de præscrip. & Innocen. in ca. primo. de apostat. & Panormita. in capit. cum nobis olim. in colum. prima. de præscr. & Bald. in consilio 49. incipien. in facto Abbatis. volu- mi. primo. & idem Panormit. in cap. per vene- rabilem. colum. tertia. qui fil. sint legit. & Fely. in cap. si diligenti. colum. septima. de præscrip. & probat text. in ca. super quibusdam. in §. præ- terea, de verbor. significa. & probat express. tex. in cap. cum contingat. de foro competen. in fi. verb. ibi. ex indulgentia vel consuetudine spe- ciali iurisdictionem huiusmodi valeant sibi ve- dicare, vbi not. glo. in verb. vel consuetudine, & alij scriben. communiter, & Alexand. in consil. 6. incipien. viso themate. in prima colum. in vo- lumine primo. & in consilio 74. incipien. vide- tur, quòd tota difficultas. colum. secunda. vers. et si dicatur. in volumine quarto. sed Papa po- test concedere alicui priuilegium per viam dif- fensationis, vt possit habere duo seu plura be- neficia curata, vt clarè probat text. in cap. de mul- ta. de præben. dicenturque latius infra in secun- da parte, in materia dispensationis, ergo consue- tudo similiter potest facere, quòd quis habeat duo beneficia curata.

27 Quod † maxime procedit in præscriptione immemorabili, quæ quidem habet vim priuile- gij ex Principe legitime obtenti, vt probat text. in capit. super quibusdam. in §. præterea. & ibi not. glo. in verb. non extat. in princip. & Host. in versicu. nota diligenter. de verbor. significat. Ias. in l. de quibus. colum. 20. versic. nota etiam ff. de legib. Panormit. in cap. cum nobis. nume. 40. de præscrip. Fely. in c. cum ex officij. col. 5. vers. limita 4. de præscri. & in d. c. cum nobis. col. 2. in vers. quia secundum. de præscri. & Be- ro. in quæst. 114. & Cassan. in consil. 34. nu. 7. & in consil. 16. col. pen. versicu. & etiam quia, & in consil. 66. num. 51. & Gozad. in consil. 8. nu. 37. & Bertran. in consil. 182. nu. 3. vol. 2. & hæc est communis sententia, prout patet ex his, quæ ad- duximus in tract. de cler. & eorum exempt. à po- testa. secular. in 2. par. in ampliāt. 28. num. 9. & multa adducit in cōprobationē Ant. Gabr. in li- bo com. cōclu. in ti. de præscri. in cōclu. 1. nu. 1.

28 Et hinc est, quòd † præfata cōsuetudo imme- morabilis priuilegio æquiparatur, vt inquit Ale- xan. in consil. 70. col. 2. in ver. item consuetudo. vol. 4. & Bal. in c. 1. in col. 1. in tit. quæ sint Re- galia. & in col. 2. vers. item quod ex tali. & Cyn. in l. 1. vers. item talis consuetudo. C. noua vecti- galia. Salyc. in l. vectigalia. colum. 2. C. cod. titu. Bald. in consil. 49. volu. 1. Anchar. in consil. 142. col. 1. versic. quoad primum, & in consil. 51. & Fulg. in consil. 166. col. 2. vers. item per priuile- gium. Oldr. in consil. 72. col. 1. vers. sed ad hæc. Signo- ro. Homodeus in consil. 149. col. 4. ver. præterea hoc videmus. Anan. in c. de hoc. col. 3. vers. de consuetudine tamē de simon. & in c. 2. col. pen. vers. adde. & de clerico venatore. Barba. in con- sil. 35. col. 4. vers. & ego præmitto. volu. 2.

29 Et præterea † consuetudo tanti temporis, eu- ius initium hominum memoriam excedit, habet vim priuilegij etiam in reseruat. Principi, vt probat expressus text. in c. super quibusdam. in §. præterea. de verbor. significa. & not. glo. in c. innouamus. in verb. regum. de censib. & Bar. in l. quominus. in quæst. 2. in vers. item habet licitè. ff. de flumin. & Abb. Panor. in d. c. super quibusdam. in versicu. in gloss. in verb. non extat. & in consilio 94. colum. 1. versic. sed his non ob- stant. volu. 1. & Barto. in l. si publicanus. §. in ve- ctigalibus. ff. de publicanis, & in l. vectigalia. ff. eodem titu. & Alex. in consil. 35. volu. 2. in col. 1. versic. & etiam consulo. & Fely. in d. c. cum no- bis. col. 2. de præscrip. in versicu. demum nota vnum & Abb. ibidem in colum. 1. & idem Abb. in c. quod translationem. in 2. not. de off. legat. & in c. cum contingat. volu. 3. versicu. quedam sunt reseruata, de foro competen. & Bertachin. in tracta. de gabell. in 1. quæst. numero 26. cum se- quen. vers. 10. quarto. & Philipp. Franc. in c. 1. in notab. 2. de consuetud. libro 6. & Franc. Bal. in tractatu præscri. in secunda par. 5. part. prin- cip. in 3. q. nume. 14. & in 6. q. 2. par. 3. prin- cip. nume. 25. & Philipp. Deci. in consil. 271. num. 3. & in consil. 341. col. penult. vers. & patet ex om- nibus, & in consil. 496. nu. 5. quæ sententia com- munis est, vt patet ex adductis ab Anto. Gabr. in rit. de præscrip. in conclusi. 1. nu. 3. & 4.

30 Facit † præterea contra ampliationem præfa- tam, quia consuetudo immemorabilis habet vim priuilegij, etiam quando solus in his, in quib. ius cōmune repugnat fundenti, vt puta quando quis in alieno territorio, vel in aliena parrochia decimas possidet, quod clarè proba- tur in c. 1. de præscrip. libro 6. & ibidem notant scriben. omnes, & Cardin. in consilio 88. col. 1. vers. item sine, & in consil. 118. col. 2. ver. venio ad aliud. & in consil. 38. colum. 1. versicu. 2. quia communis est. & in consil. 114. num. 9. & Imo. in c. cum Apostolica. colum. 6. ver. vltius que- ro. de his quæ fiunt à prælat. Roma. in l. vecti- galia.

galia. colum. 2. ver. opinionem tamen vltimam. ff. de public. Cardi. in clement. secunda. in quaestione 8. de rebus ecclesi. non alienan. Fely. in c. si diligenti. col. penulti. versicu. vnde etiam dixit. de prescript. & in cap. de quarta. colum. penulti. ver. prater ea habet. eodem titulo. & Francisc. Balb. in secunda parte princip. in quaest. 6. numero 27. & in prima parte princip. in quaest. 7. & Ias. in l. quominus. numero 42. ff. de flumin. & Cassan. in consilio 16. colum. penult. versicu. & etiam quia. & Ruin. in consilio 111. colum. penulti. volum. 5. & Anto. Gabr. in tit. de prescript. in conclus. 1. numero 9.

Prædictæ autem difficultates omnino cessant  
31 ¶ si consideremus, quod quamuis regulariter consuetudo & privilegium æquiparentur in iure ita, ut quod est quæ hibile mediante privilegio sit etiam quælibet mediante consuetudine, hæc tamen æquiparatio non procedit, quando consuetudo est iniqua, & damnata à iure, prout in casu nostro, ut inquit gloss. pragmat. sanct. in secunda parte. in titu. de causis, in §. statuit, il primo. in verbo privilegium. & Aymo Crauet. de antiquit. tempor. in quarta par. in sectio. incipien. materia ista singularitatis. numero 94. & probat text. in cap. cum satis de offic. Archidia. iuncto capit. cum venissent. de institut. & Compotell. id not. in capitu. cum venerabil. de consuetu. & Ioan. Andr. in ca. primo. de cleri. egror. libro sexto. & in clementi. prima. de privileg. in gloss. fina.

32 Ex quo clarè sequitur, quod ¶ quamuis consuetudo obtinendi plura beneficia curata esset immemorabilis: nihilominus nõ est seruanda. & est ratio, quia quando consuetudo immemorabilis est irrationabilis, prout diximus supra esse hanc consuetudinem, non est seruanda, ut tenuit Cardina. in clement. in plerisque. in tertio notab. in versu. quod si Licentiatu. de elect. & Panormit. in consilio 7. colum. penult. in versu. quod tamen ego limito. volu. 2. & idem Abb. in c. fina. col. 9. versu. 5. requiritur. de consuetu. & glo. prima. per illum text. in cap. 1. de consuetud. lib. 6. vbi Philipp. Franc. id not. in 1. notab. & numero 2. & Fely. in c. cum ex officij. col. 6. versicu. secundò dico. de prescript. & Roch. in c. si. col. 50. versu. 5. aduerte. & in colum. 178. versu. consideratum. & col. 183. versu. si tamen constaret de consuetudine, & Zasius in consil. 5. numero 7. volu. 1. Ruin. in consil. 135. col. 3. versicu. quinimo etiam. & in consil. 156. colum. penult. versu. quæ etiam consuetudo. volum. 4. & in consil. 27. nu. 50. cum multis sequen. volu. 1. & faciunt pro hac cõclusionem ea, quæ diximus in tract. de cleric. & eorum exempt. in secunda parte. in ampliatis. 27. nu. 8. & 12.

Contra hanc tamen conclusionem maximè obstat, quia etiam si consuetudo immemora-

bilis sit valde præiudicialis ecclesijs, est tamen seruanda, ut inquit Bald. in cap. primo. in principio, columna secunda. in versicu. quarto quanto tempore. de his qui feud. dar. pot. & Curt. in tracta. feud. in secunda par. in colum. quinta. versu. 7. in titu. de consuetud. & Philipp. Deci. in cap. 1. de consuetud. numero tertio. in versu. secundò non procedit. & Paris. in consilio 27. numero trigelimo tertio. volu. primo. & Ruin. in consilio 156. colum. penulti. in versu. & sine ratione confirmatur. volumi. quarto. & Aymo Crauet. de antiqui. tempor. in quarta. par. in sectio. materia ista. numero 22. & Cardin. in clement. secunda, quaest. octaua. de rebus eccl. non alien. Ergo videtur dicendum, quod quamuis præfata consuetudo immemorabilis obtinendi plura beneficia curata, sit ecclesijs præiudicialis, debeat observari, & esse valida. Est tamen aduertendum, quod in ipso casu, quando consuetudo immemorabilis est præiudicialis ecclesijs secundum multorum scribentium sententiam non est observanda, ut inquit Martinus Laudè. in titu. de his qui feud. dare poss. in princip. in colum. penulti. & Claud. in c. primo. in colum. 14. versicu. quarto. de his qui feud. dare possunt, & Curt. in tracta. feud. in secunda parte. in col. septima. in versu. confirmo hanc pulchram, & Cardo. in clementi. in plerisque. in nota. tertio. in versu. quod si Licentiatu. de electio. & Fely. in c. accedentes. columna quinta. versu. quarto. fallit. de prescript. & Roch. in cap. si. colum. 168. versicu. quarto limita. de consuetud. & Iacob. de Sancto Georgio in tracta. feud. in verb. & in feudum. columna quinta. versu. sed hic cadit. & Anto. Gabr. in lib. comm. conclus. in titu. de prescript. nu. 3.

In hac tamen doctorum controuersia distinguendum est hoc modo. nam aut potest subesse aliqua causa rationabilis talis consuetudinis immemorabilis, & tunc quia præsumitur inducta ex illa causa rationabili, potest operari etiam in præiudicium ecclesiæ, & hoc modo procedit & vera est prima opinio. exemplum est, quando duo beneficia curata sunt de per se insufficientia, si separantur, & sunt ecclesiæ coniuncta, ita quod potest Clericus vnus ecclesiæ deterrere in alia. Si autem non potest præsumi vel considerari aliqua causa iusta in tali consuetudine tunc temporis, ista consuetudo temporis immemorabilis non potest operari in præiudicium Ecclesiæ tanquam irrationabilis, & ita procedit secunda opinio, quæ quidem concordia sumitur ex mente Rochi in capitu. fina. in colum. centesima sexagesima octaua. secundum paruum impressi. in versu. quinto limita ibi. ex his hæc limitatio dubitabilis videtur. de consuetud. & Anto. Gabr. in dicto titu. de prescript. in conclus. 1. numero 14.

33 Præ-

33 Prædicta ¶ tamen conclusio, quæ habet, quod obtinens beneficium curatum si aliud obtineat curatum, vacat primum ipso iure, limitatur & declaratur multis modis. Primo modo limitatur, ut non procedat, quando vnum dictorum beneficiorum ab altero dependet, prout notatur, per glo. in c. dudum. ilij. de electio. in verb. intitulatum. post med. per illum text. in c. eam te. de ætat. & qualita. & c. extirpanda. in §. 1. de præb. & ita tenet Benedic. Capra in tracta. regul. & fallen. in regu. 90. in num. 4. de qua limitatione latius agendum erit in 2. par. circa beneficia, quæ sunt vnita.

34 Declaratur ¶ secundò præfata conclusio, ut non procedat, quando quis haberet vnum beneficium curatum in titulum & aliud in commendam, prout not. scriben. in d. c. dudum. & glo. ibidem in verb. intitulatum. & probatur in c. qui plures. 21. q. 1. & in c. nemo deinceps. de elect. libro 6. & Benedic. Capra vbi supra num. 41. & latius dicitur in 2. parte. circa beneficia concessa in commendam.

35 Tertio ¶ declaratur præfata conclusio, ut nõ procedat, quando quis acceptasset secundum beneficium curatum calore iracundiæ, quia tunc penitere potest, & non vacat primum beneficium: ut inquit Ioan. Andre. in c. de multa. de præb. & Panor. ibidem in colum. 5. in versu. extra casum glo. & Cardi. Floren. in clement. 1. in 1. oppositione, de offic. Vicarij. Fely. in ca. si cur ex literis. colum. vlti. de diuort. & Philipp. Deci. in l. quicquid. ff. de reg. iur. & ita tenet Benedic. Capra in dicta regula 90. in num. 42. & Andr. Tiraquel. in tracta. de pœnis temper. aut remittent. in causa prima. in nume. 29. & est ratio huius conclusionis, quia facta, dictave calore iracundiæ irrita sunt & nullius momenti, & est elegans tex. in l. 3. cum glo. ff. de dinort. & tex. similiter in l. quicquid. & ibi etiam gloss. & Bartol. ff. de regu. iur. & in l. si filiam tuam. & ibi latè Ias. C. de inoff. testam. & in c. diuortium. vbi idem tenet glo. de pœnitent. distinct. prima. & probatur argu. tex. & quæ ibi not. Doct. in c. eum qui. de præb. lib. 6. & in ca. si quis libellos. 11. quaest. sexta. & multa in fauorem huius conclusionis adducit Andre. Tiraquel. in dicta causa prima. & hoc verum est, etiam si accipiat possessionem secundi beneficij curati eodem calore iracundiæ motus, nam si incontinenti peniteat, non censetur vacare primum beneficium curatum, secundum Ioan. Andr. Panormita. & Benedic. Capram vbi supra contra Ant. de Butri. in dicto cap. de multa. quem ibidem repræhendit Panormitan.

36 Quarto ¶ declaratur prædicta conclusio: ut non procedat, quando quis acceptasset secundum beneficium curatum sine licentia superioris primj beneficij curati. & est ratio: quia licet bene-

ficiu primum vacet respectu eius, qui acceptauit secundum beneficium: nõ tamen vacat quod ad superiorem: ut inquit gl. in d. c. de multa. de præben. per ea quæ habentur in c. admonet. & in c. quod in dubijs. de renun. & hoc voluit gl. in cano. si quis verò. 2. q. 1. & in c. si quis iã translatus. 21. q. 1. & Goffre. in c. cum venerabilis. de consuetud. & tenet Imol. & ibi Abb. de his quæ fiunt à maior. par. Cap. & idem Abb. in d. c. de multa. de præben. & ita tenet Benedic. Capra in d. reg. 90. num. 45. & 46. vbi dicit hanc esse  
\* communem sententiam, & Bertach. in repet. in ver. beneficium, post na. 60. in ver. beneficiu primum non vacat per adeptio. secundi, ex quo resultat vnus effectus notabilis, quod non potest impetrari ut vacans prædictum beneficium primum: quia non censetur simpliciter vacare omni respectu: ut in c. si tibi absent. de præb. lib. 6. sed tunc demum dicitur vacare: cum superior habet ratam ipsam renunciationem expressam vel tacitam: ut inquit Bened. Capra vbi supra.

Quæ quidem declaratio quarta vera est, & procedit, nõ solum quando quis acceptaret beneficium secundum sine licentia superioris primj beneficij extra diocesim illius: sed etiam si acceptet in eadem diocesi cum & tunc requiritur consensus seu licentia superioris, aliàs ad eius præiudicium non vacauit, cum factum, vel dictum ipsius Clerici non debeat nocere ipsi superiori, si non consentiat per id, quod habetur in c. non oportet. 7. q. 1. & in c. si quis Episcopus. & in c. si quis verò. & in c. si quis presbyterorum. eadem causa & quaest. & ita tenet Ioan. de Imol. & Ant. de But. in d. c. de multa. de præb. & Benedic. Capra in d. reg. 90. num. 48.

37 Quintò ¶ declaratur prædicta conclusio: ut non procedat, quando acceptans, & apprehendens secundum beneficium curatum, probabiliter se ignorabat habere primum beneficium curatum: ut quia fuerat collatum suo Procuratori ipso ignorate, vel sibi absent. & ignoranti. Iuxta ea quæ habentur in c. accedens. de præben. & in c. si tibi absent. de præben. lib. 6. tunc enim non vacat primum beneficium, sed datur optio prout expressum est in c. gratia. de rescrip. lib. 6. & ita singulariter limitat & declarat Bened. Capra in dicta regul. 90. in num. 63. & est ratio præfatorum: quia stante ignorantia obtentionis primj beneficij curati, impossibile est, quod censetur quis renuciare primo beneficio per adeptionem secundi beneficij curati: ut probat text. expressus in l. mater decedens. in principio. ff. de inoff. testam. & l. cum Aquiliana. ff. de transact. & in l. ex maleficijs. §. longè minus. ff. de actio. & oblig. & faciunt multa adducta ab Andr. Tiraquel. in l. si vnquam. in præf. num. 99. C. de reuoc. donat.

38 Circa ¶ quæ ignorantiam probandam est aduer-

- uertendum, q̄ multis modis probatur ignorantia. Primò probatur: per absentiam, vel similem causam, quæ iustam ignorantia causam præstare solet. Ita Bald. in c. cognoscent. de constitut. & ibi Abb. nu. 10. & Fel. nu. 19. & Philipp. Dec. in fi. in ver. successeu Abb. & latius ita declarat ibidem August. Bero. nu. 54. & Philipp. Dec. in c. super literis. nu. 7. de rescript. & in confi. 38. nu. me. 7. & in confi. 6. nu. 5. & in confi. 460. nu. 27. ex text. in l. tres fratres. ff. de pact. & in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posthum. & in l. plane. ff. de excusat. tuto. qui quidem scriben. idem esse affirmant, quando probatur ætas infantia: quoniam illa, quicquid videt, ignorat: vt l. 1. in §. impubes. C. de falsa monet. Præterea ¶ & secundo modo probatur prædicta ignorantia nempe mediante iuramento illius, qui allegat suam ignorantiam propriam, vt tenuit gloss. in c. qui diuini & humanis. 12. q. 2. & in c. proposuisti. 82. dist. & facit text. in c. nulli. de electi. lib. 6. & in c. si verò. de senten. excom. atque ita affirmantur Abba. Panor. in d. c. cognoscentes, num. 9. & ibi Philipp. Dec. 1. lectura nume. 18. Fely. Bero. & Mantu. num. 55. & ibi Fely. ponit septem limitationes, & Rom. in confi. 54. col. 7. vers. contrarium puro verius. & Ias. in l. 3. in §. iurati. num. 13. de iureiuran. qui quidem scribentes ea ratione vtuntur, q̄ cum ignorantia in mente hominis versetur, & consistat, atque ita per alium probari non possit, solo asserentis iuramento probari potest, iuxta gloss. sententiam in §. alie. in lit. de action. & in ca. significasti. il
- 40 primo, de homic. quæ affirmat in his, quæ fab animo nostro pendent, esse standū iuramento nostro, quod comprobantur latè Soc. in tracta. fallen. in reg. 72. & Ias. in §. sed iste quidem, nu. 9. in lit. de action. & in repet. l. admonendi. nu. 296. ff. de iureiur. & in confi. 84. num. 7. in lib. 1. & Rui. in confi. 1. num. 4. & in confi. 23. nu. me. 4. in lib. 1. & Paris. in confi. 30. num. 65. in lib. 1. & plura recenset Andr. Tiraq. in tract. de retract. lignag. in §. 4. in gl. 1. num. 5. & Crauer. in confi. 2. num. 3. & hæc dicitur legitima probatio, posteaquam ita à iure recipitur, quod tradit etiam Dec. in d. ca. cognoscentes. num. 18. ex quo cessat difficultas, quam mouet Innoc. & Burr. in d. c. cognoscentes, & cui etiam abunde satisfaciunt Abbas ibi.
- 41 Dubium tamè est, vttrum hæc probatio ignorantia, quæ fit mediante iuramento proprio illius qui ignorantiam allegat, dependeat à iudicis arbitrio, vel potius sit necessariò admittenda. In hac q̄. Fely. nu. 12. & Philip. Dec. num. 18. in d. c. cognoscentes, dicunt, q̄ dependet ex iudicis arbitrio eam admittere volentis mediante iuramento in subsidium, aliis probationibus deficientibus, & idem affirmat Augu. Bero. nu. mero 54. in dicto capi. cognoscentes, in versic.
- tu autem conclusionem, post Cardin. in clem. 1. in q. 5. de consangu. & affinit. & in clement. 1. in versic. si in fi. de pœn. est enim hæc probatio priuilegiata quædam probatio, & illi locus est: cum aliæ deficiunt: vt probatur in l. 2. §. diuus. in princip. de iure fisci, & scribunt omnes in cap. 1. de probat.
- 42 Vnde iudex arbitrari debet, hanc probationem ex iuramento admittendam non esse, cum alleganti ignorantiam aliqua iuris præsumptio aduersatur, vt inquit Gemina. in c. eos qui. de tempore ordinan. lib. 6. & respondet Alexan. in confi. 71. in libro 1. & Fely. in dicto capi. cognoscentes. numero 12. & Philipp. Dec. ibidem in numero 18. versic. similiter arbitrari. & Iac. Menoch. in tract. de arbitra. iudi. quæst. lib. 2. centur. 2. casu 186. nu. 7.
- 43 Et similiter iudex arbitrabitur iuramentum sufficere: cum agitur nõ solum de probatione ipsius ignorantia, verum etiam de probando iustitiam ipsius ignorantia. Ita Fely. in dicto capi. cognoscent. numero 16. ex doctri. Bald. in l. r. nume. 2. in fi. C. ad Macedonianum, & ex text. in capit. pastoralis. de except. vtputa si quis allegat ignorantiam ex causa absentia, nam debet absentiam ipsam probare legitimis probationibus, non autem solo iuramento, quod quidem omnium primus annotauit Cyn. in l. r. C. ad Macedonianum. & est ratio, quia ipsi actus ignorantiam iustificantes in animo allegantis ignorantiam non consistunt, ita Cardin. in confi. 4. & in consilio 36. & sentit Fely. in d. c. cognoscentes. numero 19.
- 44 Et ¶ quamuis arbitrio iudicis ignorantia probetur, mediante iuramento illius, qui eam allegat: nihilominus probari potest contrarium, nempe scientiam interuenisse, vt inquit gloss. in dicto capi. col. in verb. affectata. de temp. ordin. lib. sexto, quam gloss. sequitur Ioan. de Imo. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. in fact. & Roman. in l. admonen. col. 15. & ibi Ias. in repetit. col. 110. in versic. tertio. per gl. & in verb. intercessores. ff. de iureiuran. & idem Roman. in confi. 102. quam glo. sequuntur etiam Fely. in d. capi. cognoscent. col. vlti. & ibi quoque Philipp. Dec. in secunda lectura, col. vlti. & idem voluit Bartol. in l. si cui. §. iisdem versicu. quæro, dicit ipse. ff. de accusat. & Fely. in cap. quosdam. col. vltima. versic. 6. est aduertendum, extra de præsump. & Hippo. Marfi. in rubri. de probat. col. 18.
- 45 Et facit pro præfata doctrina gl. quia ¶ quando ex legis vel statuti dispositione defertur iuramentum, potest nihilominus aduersarius probare contrarium, etiam si lex ipsa aut statutum diceret stari debere iuramento, & hoc ex sententia glo. in l. 2. §. si absens, & ibi Pau. de Cast. ad fin. & Alexand. Soci. & Ias. ff. si ex noxali cau-

sa agatur. ex quibus ipse Paul. de Cast. dicit, præfatam glo. esse singularem, Cynus & Bal. ita tenent in l. 1. C. si aduersus libertatem, & Iacob. de Aren. Angel. Inno. Paul. Castren. Roman. & Alexand. in l. qui bona. §. quidam. in principi. per illum text. ff. solu. matrimo. & Iacob. Burr. Bal. & Salycet. in l. prima. C. de re iudica. & Ioann. Andre. in cap. statutum. in col. 3. in verb. iuramentum. & ibi Dominicus. in §. cum verò. de rescript. libro sexto. & Barbat. latè in tracta. de præstan. Cardina. in secunda quæstio. 2. part. & Fely. in capi. præterea. in fi. de testib. cogen. & in capi. pastoralis. col. 10. c. versic. & generaliter. de excep. Philipp. Dec. in consilio 83. incip. in causa accusationis. post principi. & Catheli. Corta in memorabilia incipi. damnatum datum. Tandem hanc sententiam sequuntur plures scribentes, quos refert & sequitur Andr. Tiraq. in tracta. de retractu. lignag. in §. 4. in gloss. numero 1. cum alijs sequent. & ibi dixit numero 3. quòd hæc est magis communis sententia, quamuis aliqui contrarium teneant, quos refert idem Andr. Tiraq. ibidem nu. 2.

46 Addendum tamen est prædictis, quòd ¶ quòd sumus in dubio, præsumitur ignorantia, nisi scientia probetur, vt inquit text. in regula præsumitur. de regu. iur. libro sexto. vbi Domini. & eius additionator id latè nota. probant tex. l. verius. ff. de probat. & in §. quod autem. institu. de leg. & in l. super feruis. C. qui militare non possunt, libro duodecimo. & Ioann. Andr. in cap. ad Apostolicæ. de cleric. excommunicat. ministr. & glo. in l. 1. ff. de receptoribus, & in §. quis autem. in verb. cognouerit. in situ. de excusat. tuto. & Archid. in c. proposuisti. col. pen. distinc. 82. & Corne. in consilio 17. columna 3. volu. 1. & Rot. in decis. 263. in nouis, de qua conclusionem omnium videndus est Anton. Gabr. in in lib. comm. conclusio. in titu. de regu. iur. in conclusi. 5. vbi adducit quatuor ampliationes, & 15. limitationes.

Sexto declaratur præfata conclusio, vt non procedat ¶ quando quis dubitat, an sibi collatum fuerit aliud primum beneficium curatū: quia in hoc casu nõ vacat primum beneficium per adeptionem secundi beneficii. & est ratio, nam renunciatio non trahitur ad ea, quæ quis dubitat, an sibi competant, necne, per textum expressum in l. vltima. in §. si autem nescius & dubitans. C. de furr. quem text. ad hoc ibi dixit notabilem eum commendando Burr. & Angel. etiam ibidem, qui quidem ad hoc etiam adducit text. in l. vlti. C. de condic. indebi. vbi probatur, quòd dubitanti datur repetitio indebiti, & not. Idem Bartol. in confi. 73. incipi. quæritur, vt rum Procurator. col. 2. & Bald. id etiam notat in l. leges sacratissimæ. C. de legib. vbi dicit, quòd æquè parcitur dubitanti, ac ignorantia, per

tex. ibidem, Bald. in c. cum contingat. col. 1. versic. ibi fuerit deputandum, de rescript. vbi dicit, quòd is, qui dubitat, ignorat, & in cap. vlt. de postula. prælat. circa medium, vbi inquit, q̄ dubitatio idem est, quòd ignorantia, vt excusat, & in consilio 74. incipiens. verba col. 2. ve. ff. & videtur. lib. 1. & in confi. 154. incip. in r. testamento. col. 2. in lib. 1. & in confi. 298. incip. in hæc materia. ante fi. eod. lib. 1. & tandem hanc sententiam tenent quamplures scribentes, quos refert & sequitur Andr. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuoca. don. in præf. nu. 99.

48 Septimò ¶ declaratur præfata conclusio, vt non procedat, quando acceptans, & apprehendens secundum beneficium & eius possessio nõ nõ potest fructus illius percipere: vt puta quia alius ex causa ipsos percipit, tunc enim nõ censetur vacare primum beneficium, vt probat text. in c. si tibi concessio. de præben. libro 6. & ibi nota. glo. in verb. vacare, adducens aliqua similia, & Dominicus. & Anchar. & Philipp. Franc. & alij scribentes ibidem, & Benedict. Capra in tracta. regul. & fallen. in regu. 90. nu. 64.

49 Octauò ¶ declaratur præfata conclusio, vt non procedat, quòd quis incontinenti fuisset reiectus à possessione secundi beneficii, tunc enim non censetur vacare primum beneficium, quia non censetur fuisse adeptus possessionem, vt clarè probatur in capitulo commissa. de election. libro sexto. ibi, & possessionem eius pacificam habuisti, & ibi nota. gloss. in verb. pacificum. ea enim, quæ incontinenti sunt, inesse videntur, vt in l. lecta. ff. si certum petatur, & hanc sententiam videtur etiam probare textus in clementi. gratia. de rescript. & ibi Paul. & tenet etiam Panormitan. in capitu. de multa. de præbend. columna septima. & facit etiam pro hac sententia text. in capitulo si qui is iam translatus. vigesima secunda quæstione recunda. & Bertachin. in repertor. in verb. beneficium. in versicu. beneficium primum non vacat per acceptationem secundi incompatibilis, ita resoluit Benedict. Capra in dicta regula nonagesima. numero quinquagesimo sexto. & facit, quia non vacat prædictum beneficium primum per solam impetrationem gratia ad aliud beneficium curatum, nisi post obtentam pacificam possessionem, vt inquit Cardina. in clementi. gratia. de rescriptis. in quæstione duodecima.

50 Nonò declaratur præfata conclusio, ¶ vt non procedat, quando quis acceptasset secundum beneficium, quod ex se non esset curatum, sed per vnionem, vtputa quia esset eidem ecclesia parrochialis, vel collegiata, seu curata annexa, tunc enim non censetur vacare primum beneficium, prout probat expressus text. in capitulo super eo. de præbend. libro sexto.

& ibi not. gl. & scriben. & est ratio, quia prædictum beneficium non cõsetur curatum sed simplex, vt sentiunt scribentes in d. capi. super eo. & ita resoluit Benedic. Capra in dicta reg. 90. numero 67.

31 Declaratur ¶ etiam decimò præfata conclusio, vt non procedat, quando quis acceptasset secundum beneficium, cuius beneficiarius haberet potestatem dandi distributiones quotidianas interessentibus diuinis, & subtrahendi absentibus, vt habet interdum custos vel sacrista ex consuetudine vel ex statuto. nam licet videatur habere potestatem subtrahendi & distribuendi, & per consequens curam, iuxta notata in cadudum. de electio. tamen non dicitur curatum beneficium, prout voluit Ioann. Andr. in addit. ad Speculat. super rubri. de præben. in ver. de 2. parte, quem sequitur Io. de Imo. in d. c. de multa. volens quòd per acceptationem talis beneficii non vacet primum, cum non sit curatum, & ita resoluit Benedic. Capra in d. regu. 90. numero 66. quod est intelligendum sano modo, præterquam si tale beneficium sit dignitas, personatus, seu officium, quia tunc licet non sint curata, censetur vacare primum beneficium ipso iure, vt probat text. in cap. de multa. de præben. ibi. addentes, vt in eadem ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere presumat, etiam si curam non habent animarum.

32 Vndecimò declaratur præfata conclusio, ¶ vt non procedat, quando quis acceptasset beneficium, quod non esset curatum perpetuò, sed ad tempus, vt puta si acceptasset Præposituram, cuius Præpositus gerit vicem Episcopi vacante sede in temporalibus, & spiritualibus, quia talis Præpositura propter hoc non dicitur curata, prout inquit Ioan. Andr. in additio. ad Specula. in rubri. de præben. in verfic. in secunda parte. & idem Ioann. Andr. in cap. penult. de offic. legat. libro sexto. concludens, quòd ad hoc, vt dicatur beneficium curatum, & comprehendatur in constitutione text. in capitu. de multa. de præben. & in extrauaga. execrabilis. requiritur, quòd habeat curam perpetuam, neque sufficit cura temporalis, prout videtur probari in d. extrauaganti execrabilis, de præben. Ioann. XXII. & hoc etiam voluit Innocen. in dicto capitu. de multa. de præben. & Oldrad. in consi. 115. & hanc sententiam tenet Imola, & Panor. numero 23. in dicto capitu. de multa. dicens, quòd acceptando quis Vicariatù Episcopi, non perditur dignitas, vel beneficium curatù, quòd ipse prius habebat. & hanc sententiam tenet Benedic. Capra in dicta regula 90. numero 67. cum sequent. vbi dicit, hanc esse \* communem opinionem.

33 Duodecimò declaratur præfata conclusio ¶ vt non procedat, quando quis obtineret secundum

beneficium, quod quidem est curatum habitu, sed non actu, quia tunc non vacat primum beneficium ipso iure, & est ratio, quia ad hoc vt habeat locum dispositio text. in dicto capit. de multa. requiritur, quòd secundum beneficium sit curatum non solum habitu sed etiam actu, vt supradictum est in hoc capitulo numero 10. & ita resoluit multos scribentes adducens in fauorem huius sententia, dicens eam esse \* communem Benedic. Capra in dicto tracta. regul. & fallent. in regu. 90. numero 74. cum multis sequent. & ita tenendum est, quamuis aliqui, quos supra retulimus in dicto numero, decimo contrarium teneant.

Decimotertiò declaratur præfata conclusio ¶ vt non procedat, quando Episcopus dispensaret cum aliquo clerico, quòd posset obtinere duo beneficia curata, tunc enim non vacaret primum beneficium, prout videtur probare text. in capi. sanctorum. 17. distinctio. quem ita intellexit glos. in summa, vigesima prima quest. prima. & Benedic. Capra in dicta regula 90. numero 72. quicquid autem sit de iure antiquo, hodie clarum est, quòd Episcopus minimè posset dispensare circa duo beneficia curata obtinenda, vt probat text. & ibi not. glo. & scriben. in c. de multa. de præben. & gl. in c. non potest. de præben. libro sexto. & resoluit ita Benedic. Capra vbi supra, & Bertach. in repertorio in verfic. si principaliter dispensatio suadet bonum publicum spirituale, & hanc dicit \* communè sententiam Panormitan. in capit. extirpanda. §. qui verò, numero 37. in repetit. de præben. Est tamen aduertendum, quòd quando dispensatio fieret ab Episcopo ad duo beneficia curata propter necessitatem præcisam, vel propter utilitatem publicam ipsius ecclesie, tunc temporis videtur sustinenda præfata dispensatio, vt tenet Panormi. & Abb. antiq. & Hostien. quos refert & sequitur Panormita. in cap. de multa. de præben. in numero 19. & Ioan. Bertach. vbi supra, & idem Panormita. in repetit. dicti §. qui verò, numero 37. & 38. Contrariam tamen sententiam, imò quòd in distinctò Episcopus non possit dispensare circa beneficia curata sed solus Papa, tenet glo. in c. non potest. de præben. lib. 6. & in capitu. ordinarij. de offic. ordinarij. lib. 6. & in c. 1. de consuetud. libro 6. & Bartholo. Brixien. in capitu. sanctorum 70. distinctio. in additio. & Innocen. Io. Andr. & communiter \* scriben. in cap. de multa. de præben. & quòd hac sit communis opinio, affirmat Abbas in repetit. dicti §. qui verò, numero 37. & 38. & ita tenendum est cum hac communi sententia, quamuis non nego primam opinionem sustineri posse secundum ius commune, de qua materia dispensationis latius agendum erit in secunda parte, & ibi vide, quæ dicam in cap. vltimo.

55 Deci-

Decimoquintò declaratur præfata conclusio ¶ vt non habeat locum, quando esset beneficium curatum actu, seu de facto, sed non iure, vt puta quia Rector seu sacerdos ipse exerceat ibi curam de facto, cum talis ecclesia non sit verè curata, neque includatur in constitutione c. de multa. de præben. & extrauagani. execrabilis Ioann. XXII. de præben. Ita determinauit Imo. post Calder. in d. cap. de multa, dicens, quòd ex tali exercitio ecclesia non iudicatur curata. Vnde cū non habeat locum pona dicta constitutionis in beneficijs non curatis, quantumcumq; cura exerceatur ibi de facto, non debet habere locum in casu nostro, & ita tenet Io. Andreas & Innocen. & Hostien. quos refert & sequitur Benedic. Capra in d. regu. 90. numero 80. cum sequent. quòd declarat, vt non habeat locum, quando cura animarum est præscripta in tali beneficio: tunc enim iudicatur beneficium vt omnino curatum.

Decimoquintò declaratur præfata conclusio ¶ vt non procedat, quando duo beneficia conferrentur vni, non diuerso tempore, sed eodem instanti, ita quòd non appareat de prioritare alterius, tunc enim datur eidem beneficiario optio, ita quòd poterit eligere alterum eorundem, ita tenet Hostien. Ioan. Andr. Pet. de Anchar. in cap. quia nonnulli. de cleric. non resid. & clarius id tenet Anr. de Butr. per text. in c. referente. de præben. & ratio est, quia in hoc casu quando non constat de prioritare seu posterioritate, iura antiqua manent incorrecta, vt inquit Ioan. de Imo. in d. c. quia nonnulli. & ita resoluit Benedic. Capra in tracta. regul. & fallent. in regu. 90. numero 87.

Decimosexto declaratur præfata conclusio, ¶ vt non procedat, quando ab initio ipsa beneficia ambo curata non fuissent, sed ex postfacto alterum effectum fuit curatum, nam tunc temporis non habet locum dispositio text. in d. c. de multa. præterquàm si efficiatur curatum beneficium de voluntate ipsius beneficiati, tunc enim ipso iure vacabit primum, argu. text. in c. dilectus. in §. dictus. de ordi. cognitio. & videntus est Hostien. & Ioan. Andr. in d. c. quia nonnulli. de cleric. non resid. & Benedic. Capra vbi supra numero 88. addunt prædicti, quòd si beneficium fiat curatum ignorante eo, qui possidet, tunc temporis habebit possessorem electionem, & poterit eligere, quòd voluerit, infra sex menses, quòd ego intelligo esse verum, quando vacante beneficio fuit factum curatum, & qui id beneficii obtinuit, ignorauit factum fuisse curatum. Secus autem quando factum fuit curatum, postquam beneficiarius id obtinuit, & ipse ignorauit, & non consensit, quia in isto casu non potest compelli ad eligendum, neque ad acceptandum curam de nouo beneficio in.

positam ipso ignorante, quia quòd ipsum tangebatur, ab eo debebat approbari, iuxta regu. text. quòd omnes tangit, de regu. iur. lib. 6. hoc non habet locum, quando summus Pontifex ex certa scientia vellet erigere prædictum beneficium in curatum, quia tunc tenetur beneficiarius eligere in fra præfatos sex menses vnus ex præfatis curatis.

58 Et est ratio ¶ quia in huiusmodi beneficialibus Romanus Pontifex habet plenitudinè potestatis, ita vt non solum possit facere beneficium simplex curatum, sed etiam possit auferre beneficium à beneficiario sine aliqua causa, vt tenet Dominic. in c. si gratiose. colum. 3. in fin. in verfic. nota istam glos. de rescript. libro 6. & Cardin. in clem. 1. in 10. notab. vt lit. pendens. & in consil. 84. & glo. 2. in c. omnis. 7. quest. 1. & in c. constitutus. in verfic. à quocunque. in si de religiosis domib. & glo. in c. per principalem. 9. quest. 3. & Dominic. in c. 1. col. 4. in 10. distinctio. & Fely. in c. quæ in ecclesiis. nu. 40. multos refert pro hac sententia, quam tenet ibi, & ibi Philip. Decimò, numero 26. de consil. & Barba. de præstan. Cardin. in q. 1. numero 14. & Bal. in l. rescripta. numero 7. ad fin. C. de præcibus imper. obsequen. & Gig. in tractatu de pensio. q. 10. numero 4. & q. 37. colum. 1. Soci. in consil. 13. numero 34. libro secundo, & Selu. in tracta. de beneficium in 2. parte. q. 1. numero 4. 2. & hanc \* conclusionem dicit receptissimam esse Franc. Ripa in lib. 2. responsor. capi. 19. numero 3. & Gome. in regu. de non tollendo iure quæsto, q. 1. colum. 3. verfic. nam in beneficialibus. & Ias. in l. Barbarius. nu. 43. ff. de off. Prætor. & hanc esse communem \* opinionem inquit Bertrand. in consilio 153. in volumine primo. in nonis. Et quòd sit communis opinio apparet ex adductis à Pinello in rubri. de rescind. vendi. in 1. par. in ca. 2. numero 29. vbi multa adducit, & Emanuel Suarez in Theaurò recept. sentent. in litera B. numero 20. & Anr. Gabr. in libro 3. com. conclusi. in tit. de non tollen. iur. quæ sit. in conclus. 1. numero 9. quæ communis sententia habet locum non solum in beneficijs inferioribus, sed etiam in superioribus secundum præfatos, pro qua conclusione citant omnes text. in cap. 2. de præben. lib. 6. & in clem. 1. in fin. vt lit. pend. & plures etiam argunt ad hoc ex eo, quòd beneficia ecclesiastica sunt ordinata à iure positio, vt supradictum est cum communi sententia in præfatione numero 5. & tenet Gig. de pensio. quæstio. 37. numero quarto. & Alcia. in regula tertia. in quæstione octaua. numero secundo. & Caccialup. in tractatu de pensio. quæstio. vigesima nona, numero 30. & Ripa in libro secundo responsor. capitu. 19. numero quinto.

Hæc tamen communis sententia est intelligenda sano modo, ita vt si Romanus Pontifex



fec sine causa aliquem priuauerit suo beneficio, tenetur ad recompensam, vt not. Bald. in cap. 1. §. ad hoc. de pace iuramento firmanda, colum. 5. vers. & est argumentum. & Inno. in c. nisi cum pridem. col. 2. in princi. de renunc. & Abb. in d. capi. 1. col. fina. vers. & nota singulariter. de elect. & in c. fi. colum. fina. vers. nuncquid Papa, de confirma. vii. vel inuti. & in ca. quæsitum. colum. 1. vers. sed quæritur. de rer. permuta. & Fely. in d. c. quæ in ecclesiarum, & Bertrand. in d. consi. 1. §. 3. num. 4. in volumi. 1. ia nou. & Gozad. in consi. 5. in colum. 4. & Rebuff. in praxi benefi. in titu. de non tollen. iur. quæsit. & glo. 6. numero 16. contrarium, tenet las. in l. quoties. col. 4. in vers. nota tamen contra hoc. C. de rei vendica. & in l. Barbarius. col. 8. vers. confirmo per id, quod dicit. ff. de off. Prætor. & in l. fina. vers. tamen hæc vltima. ff. de pactis.

Et quamuis præfata conclusio, quæ habet, qd Papa sine causa potest priuare beneficiarium suo beneficio, communis sit, vt patet ex superius adductis, nihilominus multi contrarium tenent, scilicet quod Pontifex non possit sine causa priuare aliquem beneficio inferiori vel superiori, inter quos est Bald. sibi contrarius in cap. 1. numero 1. in vers. etiam est argumentum, de natura feud. & Innoc. in cap. nisi cum pridem. col. prima. in fine. vers. nos dicimus. de renuncia. & ita consuluit Roman. in consilio 345. & Pan. in c. fina. in colum. penulti. & vltima, de confirma. vii. vel inuti. & in c. constitutus. colum. 3. vers. aut quæritur. de relig. domib. & in c. fi. de postula. prælat. & in disp. seu quæst. 1. aliàs 2. incipien. Episcopos. colum. 8. & Card. in consi. 142. colum. 1. circa fi. & Dominic. in cap. per principalem 9. quæst. 3. & Ioan. Cirier. in tract. de primogeni. libro 3. quæstio. 7. numero 15. vbi alios scribentes refert, & Additionator etiam Deci. in d. c. quæ in ecclesiarum. in litera V. & Additionator ad Alexan. in consilio 101. num. 6. in libro 7. & Philipp. Prob. in additio. ad Monac. in c. 2. de præben. lib. 6. nume. 1. & Dominic. de Soto in lib. 3. de iustitia & iure. qd. 6. in artic. 2. in colum. 2. Tandem hanc sententiam dixit magis communem Fely. in dicto capi. quæ in ecclesiarum. numero 43. & dicit veriorum Pinel. vbi supra num. 30. vers. altera inspectio. & Emanuel Suarez vbi supra vtrunque dicit. & pro hac sententia adducit alios scribentes Anto. Gabr. vbi supra. pro qua est tex. expressus in cap. 1. de causa possess. & proprietate. Vbi summus Pontifex fatetur, se non posse procedere contra aliquem inauditum, neque eum spoliare, vt in cap. nos in quemquam. 2. q. 1. quæ iura & familia, si cum iudicio expendantur, principaliter ad quæstiones beneficiales applicanda sunt, quia de his frequenter agitur in decreta-

libus & decisionibus iuris canonici. & hoc fundet honestas, euincitque vtilitas & quies ecclesiarum, quæ ex contrario quotidie turbaretur. & tenendo hanc partem est aduertendum, quod legitima causa esset bonum pacis, vt inquit Roman. in consilio 332. columna fin. & Abb. in ca. 2. in primo. nota. de parrocha. Vel etiam alia publica vtilitas esset legitima causa, vt inquit Fely. in ca. quæ in ecclesiarum. col. 90. in fi. de constituto. Ego autem primam communem sententiam credo veriore: nam respectu Papæ omnia beneficia sunt manualia, & ad eius nutum amouibilia.

Decimo septimò declaratur prædicta conclusio, quando vnus ex prædictis beneficijs reputaretur curatum ex eo, quod beneficiarius simul cum alijs beneficijs illius ecclesie audit confessiones & cætera facit, quæ ad animarum curam pertinent, quia hoc non obtinere non vacat primum beneficium. & est ratio, quia tale beneficium nequaquam est curatum, quod ex eo patet, quia ad hoc vt sit curatum, requiritur, quod tanquam Prælati suo nomine singulariter ad regimen parochialis ecclesie & populi assumatur, vt consuluit optimè Oldrad. consi. 67. incipien. quæstio talis est. & ita resoluit, Ioan. Staphil. in tractatu de literis gratiarum, in titulo de qualit. & stat. benefi. num. 32.

Decimo octauò declaratur præfata conclusio, vt non procedat, quando in vno ex præfatis beneficijs curatis cura esset exercenda per Vicarium perpetuum, & non per eum qui est verè beneficiatus, tunc enim non vacat beneficium ipso iure, & ita tenet Bonif. de Vital. in cle. gratie, de rescrip. nu. 6. & glo. vers. Vicarios per petuos. per tex. in extrauag. execrabilis, lo. XXII. de præben.

59 Dubium tñ oritur circa præfata, quis erit effectus, qd præfatum primū beneficium curatum ipso iure vacet per obtentionem secundi beneficii curati, vel qd vacet per sententiam. Et breuiter respondendum est, qd multi sunt effectus.

Primus est, quod ad hoc vt censetur vacare præfatum primum beneficium, non erit necessarium adire iudicem ipsius beneficii, & petere sententiā declaratoriam priuationis, prout clarè constat ex his, quæ supra adduximus in c. 4. num. 6. & probatur in l. 1. in §. hoc autem Senatus. ff. de seru. fugi. & not. Andr. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. reuertatur. nume. 446.

60 Secundus effectus est, qd non citato ipso beneficiario poterit fieri pronisio dicti primi beneficii ipso iure vacantis, vt supradictum fuit, in d. c. 4. num. 7. cum seq.

61 Tertius effectus est, qd præfata priuatio beneficii primi ipso iure inducta obligat ipsam beneficium in foro conscientie, vt tenet Fely. in c. 1. col. 13. vers. incipit. in illa gl. de cõstit. & Pan. ibidem col. 13. ver. incipit. & idē Pan. in c. extir-

extirpandæ. in §. qui verò. in repeti. in col. 8. in vers. ex his dico. & in col. 9. in ver. ex præfatis. de præben. & in c. dilecti. col. 3. vers. in glo. fin. de arbit. idem Fely. in c. Rodolphus. in car. penult. in vers. limita 3. de rescrip. & in c. cum nobis. colum. vltima. eod. titu. Cardin. Alexand. in c. fraternitatis. colum. penult. vers. nota ex glo. 12. q. 2. Petr. de Anchar. in regu. possessori malæ fidei. colum. 2. §. vers. tertio quæro. de regu. iur. lib. 6. & Thom. Pappal. in repet. l. si quis maior. in q. 9. extra glo. C. de transac. Caro. Rui. in consi. 4. incip. proponitur in themate. col. 3. num. 11. libro 5. & Corset. in singulari. in verb. pœna. in vers. vbiunque pœna, & in vers. pœna in foro conscientie. & Matth. de Afflic. in constitu. Sicil. in constitu. incip. violentias. col. 3. in 2. quæstio. & Innoc. qui loquitur in nostro proposito, in c. cum nostris. de præben. & Panor. in c. item eum quis. in vers. hoc vltimum dictum. de restit. spol. & Fely. in ca. inquisitionis. in princip. colum. 2. de accusat. & hæc sententia communis est, vt patet ex adductis ab Andr. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo reuertatur. num. 291. cum sequen. Et hinc est, quod beneficiarius tenetur in foro conscientie dimittere dictum primum beneficium, vt latè diximus in dicto capitu. 4. numero decimo.

62 Quartus effectus est, quod si promotus non potest dispoñere de præfato beneficio, quod ipso iure vacauit, vel permutando, vel resignando, vel aliàs, vt supra diximus in dicto capitu. 4. numero vndecimo.

63 Quintus effectus est, quod si in hoc casu, quādo ipso iure vacat beneficium, non est locus penitentiae, vt voluit glo. in clem. ne in agro. in §. quia uerò. in vers. ipso facto. de statu monaco. quam gl. singularè dicit Bal. i. an th. habita. col. vlti. C. ne filius pro patre, & Roma. eam sequitur in consilio. 427. incip. in proposito casu. col. 1. vers. nec est dicendum. & Alexan. in l. si infulam. colum. 12. in fallen. 1. ff. de verb. oblig. & in addit. ad Bart. in l. 1. ff. de his qui not. infam. & in l. qui ea mente. in fi. ff. de fur. & in cõsi. 14. inci. uiso & considerato. colum. 2. in vers. sed sic est. lib. secundo. & Franc. Aret. in l. 1. col. 2. C. de in ius uocan. & Philip. Deci. in consilio 138. incipien. uerba ista col. 1. & Hipp. de Mar. in sing. 32. 6. incipien. penitentia in delictis. & Bald. in l. 2. in §. bestias. post princip. ff. de postulando, & in l. non solum. §. uult. ff. de alien. mutando iudicij causa, & in consi. 34. incip. statuto seu capitulo. colum. 3. vers. præterea istud delictum. libro quinto. ubi multa iura pro hac conclusione adducit, & Salycet. in l. vltima. C. de iure emphyteu. tenet Panorm. in c. non magno. colum. 3. vers. tertio quæro, ne clerici, uel monac. & Philipp. Franc. in cap. 2. colum. secundum da. super glo. in verb. mandauerint in princip.

de homicid. libro sexto. Barba. in c. si quorundam. col. 3. vers. vtrum autem solutio. quod intelligendum est, præterquam si acceptatio secundum diuinitatem fueret calore iracundie, prout supra declarauimus.

64 Sextus effectus est, quod si etiam si beneficiarius, postquam acceptauit secundum beneficium & eius pacificam possessionem obtinuerit, id dimiserit mediāte renunciatione, seu permutatione: nihilominus non potest redire ad primum beneficium, quia ipso iure vacauit, quod clarè colligitur, argu. text. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & arg. eorum quæ no. Bal. in c. quoniam contra falsam. col. 3. ver. sed obijctur. de proba. & glo. in c. non firmatur. de regu. iur. lib. 6. & videndus est Philipp. Deci. in l. quod ab initio. ff. de regu. iur. & ita resoluit Andre. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. numero 414.

65 Septimus effectus est, quod si parochiani dicti primi beneficii curati possunt subtrahere se ab obedientia præfati beneficiati. Vt voluit Petr. de Anchar. in cap. ad Apostolicam. in 20. not. per illum tex. de senten. & re iudi. lib. sexto. ibi hoc dicit, se didicisse à Lap. præceptore suo, dum legeret c. sæpe. de restit. spoliat. qui ad hoc allegabat Bartol. in tracta. de tyrann. in 7. quæstio. princip. & faciunt ea quæ not. Bar. in l. post tractatum. colum. 1. vers. & si aduertamus. & in col. 4. in ver. secundum tempus. ff. de donat. & ita tenet Andr. Tiraq. in d. l. si vnquam. in verb. reuertatur. nu. 366.

66 Octauus effectus est, quod si conductores rerum dicti beneficii, quod vacauit ipso iure, possunt, & debent non soluere eidem beneficiario, sed ei tantum, cui fructus vacante beneficio debeantur, argumen. tex. in l. 3. C. ad legem Iul. de vi publica, & in cap. felicis. post principium. ibi. nullus ei debita reddere, de penis, lib. 6. & ita resoluit Andr. Tiraq. d. d. verb. reuertatur. numero 365.

67 Nonus effectus est, quod si præfatus beneficiarius agat petitorio iudicio pro beneficio, quod ipso iure amisit per obtentionem alterius, admittitur contra eum exceptio priuationis. Ita quod non potest prosegui ius suum, ita tenet Innocent. in capitu. inter dilectos. post principium, & ibi etiam Panormita. colum. vlti. qui hoc dicit perpetuò menti tenendum, de excess. prælato. & idem Inno. in c. cum nostris. de concess. præben. Archid. in cap. quo iure. 8. distinctio. & Compstell. in capitu. quod sicut. de electio. & ipse etiam Panormit. in capitu. item cum quis. columna 3. vers. oppono, & videtur. de restit. spoliat. & in cap. querelam. colum. 2. vers. sed ego quæro. de iure iurando, & in capitu. si constituerit. colum. 2. vers. 3. retentis. & in vers. 4. modo & sequen. de accus. vbi hoc

notanter limitat, & Petr. de Ancha. in c. 1. col. vi. ti. vers. item nota priuationem. de elect. lib. 6. & quomodo id procedit, declarat eleganter Andre. Tiraq. in d. verb. reueratur, num. 355. cum multis subseq. & ad ibi dicta per eum me remitto, & multos effectus ex eo quod fiat ipso iure, adducit Andre. Tiraq. in d. l. si vnquam. in verb. reueratur. à nu. 268. vsque ad nu. 463.

68 Dubium tamè est non minimum, vtrum si huiusmodi beneficiatus fuerit spoliatus possessione beneficii, quod vacauit per ademptionem secundi beneficii, possit agere interdicto vnde vi ad recuperandam possessionem, vel potius possit opponi cõtra eum huiusmodi defectus proprietatis, nempe quod vacauit beneficium per ademptionem secundi. Et Ioan. Andre. in addi. ad Specu. in rubr. de restit. spoli. inquit, quod potest opponi contra beneficiarium huiusmodi defectus proprietatis, dicendo quod vacauit beneficium ipso iure per ademptionem secundi curati, & idem tenet Ant. de Buta. in cap. literis. eodem titu. & decif. Rot. 3. de restit. spoli. in nouis, in additione ad eam deci. & ita tenet Anto. Corset. in regula spoliatus ante omnia restituendus. in limit. 16. & ita tenet expref. Pan. in c. item cum quis. nu. 9. & 10. & ibi. Bero. nu. 42. de restit. spolia. & Fran. de Ripa. in l. naturaliter. in §. nihil commune. nume. 92. de acq. poss. & ibi ita tenet Franc. de Marchis. quæstio. 497. nume. 12. & 12. & est ratio, nam qui ipso iure priuatus est, non dicitur posse aliquid possidere, vt in simili dicitur in hæretico per text. in c. 1. & 2. & 3. 23. q. 1. vt probat glof. notab. in cap. quo iure. 8. distinct. & in cap. ex parte. in verbo commodo. de restit. spoli. & tenet Panor. in c. ex parte. in fi. de restit. spoliato. & Ripa. in l. naturaliter. in §. nihil commune. nume. 91. ff. de acq. poss. & Aymo Crauer. in consil. 322. col. 5. ver. 6. principaliter. & Jac. Nouell. in praxi crimin. in titu. spoliatus de facto, incipit vulgaris regula est. nume. 44. & Iacob. Menoch. in tracta. de recuper. possess. in præludijs, nume. 2. hæc tamen conclusio aliquam habet difficultatem, vt probatur ex adductis ab eodem Menoch. in eo. tracta. in remedio primo. nume. 330. cum pluribus sequ. ideo distinguendum est modo subsequenti.

69 Nam aut loquimur in Clerico spoliato à iudice præfato beneficio, & talis non debet restitui, vt inquit glo. in verb. audientia in fi. in ca. in nomine domini. 23. distinctio. & glof. fina. in c. præsentium. 7. quæst. prima. & ibi Archid. circa finem. glo. in summa 3. q. prima. Felyn. in c. cum causa. de offi. delega. col. 1. idem Andre. in cap. quorundam. 74. distinct. Abb. in c. dilectus. il primo. col. 1. de rescript. & in cap. si constiterit. de accus. col. 1. in fine. & idem Abb. in cap. dilectus. il primo. col. 1. de rescript.

& in c. si constiterit. de accusa. col. 1. in fi. & idem Abb. in c. conuenerent. in 1. col. 1. & sequen. de restit. spolia. & in c. licet ex suscepto. in 4. col. 1. de foro competen. & idem Fely. in c. dilectus. il primo. col. 1. de rescript. & in cap. cum causa. col. 1. & sequen. de offi. delega. & in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. col. 13. de constit. & in c. eum ordinem. col. 5. de rescript. Philip. Deci. in c. referent. col. 1. de præbendis. Franc. de Ripa. in d. §. nihil commune. nu. 6. cum seq. & in d. c. sape. nume. 86. de restit. spoliato. & ita resoluit multa adducens in proposito Anto. Gabr. in lib. communium conclusionum in titu. de restit. spoliato. in conclusio. 1. nu. 108. vbi hanc conclusionem quinque modis sublimitat.

70 Aut verò loquimur in præfato beneficiario spoliato à priuato auctoritate iudicis, & tunc temporis dicendum est etiam, quod non debet restitui, vt tenet Inn. in c. super hoc. de renunc. in col. penult. & Ange. in l. si quis ad se fundum. col. penult. C. ad legem Iul. de vi publica. & Lanfranc. in rub. de cau. possess. & propriet. col. 7. septima. & Philipp. Deci. in consil. 191. col. penult. vbi hoc extendit etiam ad illum, qui accipit de licentia Principis. & idem dicit Ias. in consil. 38. col. 5. volu. 3. & idem Anto. Gabr. vbi supra nu. 16.

71 Aut verò loquimur in spoliato à priuato sine iudice, & tunc temporis subdistingendum est, quia aut talis priuatus non habet ius ad præfatum beneficium, in quo committit spoliū, & beneficiarius fuit priuatus ipso iure, & tunc temporis non potest opponere contra præfatum beneficiarium huiusmodi defectum, quod beneficium vacat ipso iure, vt tenet Franc. de de Rip. in cap. sepe. de restit. spoliato. arg. text. in l. si locer. §. Lucius. ff. solu. matrim. ad cuius interpretationem præter scribentes ibidem videndus est. Ruin. in consil. 183. nu. 5. in lib. 1. & Paris. in consil. 45. nume. 3. in lib. 2. & Boer. in quæstione 329. & est ratio, quia huiusmodi exceptio non est exclusiua intentionis agētis, quare obijci non potest, iuxta declarationem Bart. in l. 2. vbi Soci. id notat, nu. 6. & 7. ff. de except. rei iud. & resoluit Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reueratur. numero 388. & Iacob. Menoch. de recuperan. possess. in remed. decimo sexto, numero 63.

72 Aut verò dicitur priuatus, qui fecit spoliū habet ius in beneficio, & tunc dicendum est, quod potest opponere contra spoliatum præfatum defectum notorium, quod fuit priuatus ipso iure dicto beneficio primo curato per obtentionem secundi beneficii curati, & est ratio, quia quando notoriè constat de non iure illius, qui petit restitutionem spoliij, non est restituendus, vt supradictum est in

in hoc capitulo. numero 80. & tenet Innocen. in c. constitutus. de fil. presby. & Old. in consil. 214. & in consil. 274. & Panormi. in ca. intelleximus. in tertio notab. de adulter. & idem Panor. in ca. cum dilectus. in col. 6. de ordi. cognit. & in c. literis. col. 3. de restit. spoliato. & in cap. si constiterit. col. 1. de accus. & ibidem Fely. col. 1. secunda. & in cap. ad petitionem. col. 3. eod. titu. & in c. accedens. col. 2. de accusat. & Philipp. Deci. in consil. 191. col. pen. & ita resoluit multa in hoc proposito adducens Anto. Gabr. in d. lib. 5. cum. conclusi. in titu. de restit. spoliato. in numero 94. cum sequen. & Iacob. Menoch. de recuper. possess. in remed. 1. numero 222.

73 Sed si quando dicitur notoriè constare de non iure illius, qui petit restitutionem ad hoc, vt locum prædicta habeant, dubitatur. In qua quæstione variæ fuerunt doc. sententia, prima fuit, quod notorium dicitur id, quod ita clarum, & euident est, vt latere minimè possit, & cuius testis est populus ipse: vt probare videtur constitutiones Pontificiarum in cap. nostra. de cohabit. clericor. & mulier. & in cap. sacerdotale 61. distinct. & in c. quod suspecti. 3. quæst. 5. & hinc legitur in cap. de manifesta. ij. quæst. 1. notoriè aliquem occisum fuisse, qui coram decem interfectus fuit, & sic palam dicitur factum testamentum, quod coram pluribus factum est, vt in l. heredes palam. ff. de testam. ita aliquorum sententiam retulit Bartol. in l. scriptus. nume. 2. ff. de religio. & sumpt. func. & sic actus electionis, alterve similis, qui coram decem testibus geritur, quod notoriè geritur, vt inquit Bald. in l. si verò §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogant. & Crauer. in consilio 121. nume. 2. alij verò dixerunt, notorium dici, quod clari non potest, ita Anto. de Burg. in ca. cum dilecti. nu. 27. de de emp. & vend. & Ioan. Iacob. de Leonard. in ter consil. Brun. in consil. 117. nu. 176. alij verò dixerunt, illud esse notorium, quod à iure communi est affirmatum, licet illud ex prima facie notum sit, ita tenet Are. in l. in illa col. 5. ver. 36. adde. de verbor. oblig. & Andre. Tiraq. ita etiam tenet in tractatu de poen. temper. in præf. nu. 61. alij verò dixerunt notorium illud dici, quod ex actis resultat, ita respondet Socin. Sen. in consil. 38. vers. 7. principaliter lib. 1. & Soci. Iun. in consil. 16. num. 18. in lib. 1. Paris. in consil. 111. nu. 7. lib. 4. & Aret. in consil. 42. in nu. 5. & Ioan. de Neuz. in consil. 81. nu. 32. maxime cum acta sunt iurisdictionis contentiosa: vt tenet Aret. vbi supra. Tandem vltima opinio scribentium est, quod relinquitur iudicis arbitrio, quando dicatur aliquid esse notorium, in hac sententia fuit speculator, quem refert & sequitur Bartol. in l. scriptus. num. 2. vers. alij remittuntur. ff. de relig. & sumpt. sud,

74 Ex quibus inferitur, quod si per confessionem ipsius spoliati constet de iure spoliatoris, dicitur notoriè constare de non iure spoliati: quia confessio dicitur facere rem notoriam, vt in cap. vltimo. de cohabit. clericor. & mulier. & tenet Gramma. in decif. 36. num. 66. & quod in hoc casu per præfatum confessionem denegatur restitutio, tenet Abb. in cap. 1. in nota. quarto. de restitutio. spoliator. vbi inquit hæc verba Nota, quod si per testes admissos constet pro reo de iure proprietatis, denegatur restitutio. Idem si constat per confessionem ipsius rei, quæ quidè vltima verba corrupta sunt: vt rectè aduertit ibidem August. Bero. numero 27. dicens, quod ita legendum est apud Abbatem. Idem si constat per confessionem de dominio ipsius rei, vt fit sensus, si constat de dominio ipsius spoliatoris per confessionem ipsius spoliati, quod affirmat Innocen. in ca. constitutus. de fil. presbyter. & Rot. in decif. decimasexta. & 17. & 19. in titu. de restit. spoliato. in nou. & Pau. de Cass. in consilio 154. columna secunda. versicu. super tertio. circa med. libro 1. & Bellam. in consilio 3. in dubio quinto. circa fin. & Fely. in consil. 37. nume. 4. & Iacob. de S. Georgio in l. si de ui. nume. 19. in versic. 15. fallit. ff. de iudi. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 27. versicu. 10. fallit. de acquir. possess. & ibi Zasius nume. 51. & Anto. Matthesii. nume. 46. & nu. 50. & Feret. in consilio 4. nume. 5. Fran. de Marchis quæst. 316. nume. 11. rationem præfatorum assignant scribentes: nam confessio est probatio probata, a alijs verior & potentior, vt in l. vlt. C. de fideic. om. & in l. generaliter. §. & siquidem C. de reb. credit. Soci. Iun. consil. 39. num. 8. lib. 2. Imo & confessio dicitur maior quouis publico instrumento, vt post Bal. consuluat Crauer. in consil. 61. num. 3. & in consilio 171. numero quarto. & Zasius in consil. primo. numero 45. in libro 1. & confessio admittit etiam contra præsumptionem iuris, & de iure, vt dicunt scriben. in rub. de proba. & Alcina. in tract. præsum. in præludijs in 2. parte præsumptionum, nu. 4. & est \* communis sententia, vt patet ex adductis à Didac. de Couarr. in libro 4. de sponsa. in 1. par. in cap. 4. in §. 1. numero 3. & alia plura de vi confessionis tradidit Barba. in consil. 49. col. 3. in lib. 1. & in consil. 70. col. 1. & 2. lib. 2. & Paris. in consil. 112. nu. 4. lib. 1. & in consil. 66. nu. 103. & in consil. 99. nume. 12. lib. 3. & Crauer. in responsio pro genero. numero 11. & numero 224.

75 Secundò inferitur, quod si quando per instrumenta constat de non iure spoliati, dicitur notoriè constare, nam instrumenta rem faciunt notoriam, cum non sit illa probatio probanda sed probatio probata, vt tenet Barrol. in l. prima. in principio. numero octaues. & ibi Iason. nu.

mero decimo. de nou. oper. nuntiar. & Philipp. Deci. vbi late in consil. 423. num. 9. & in consil. 474. nume. 3. & in consil. 682. nume. 3. & Soci. Iun. in consil. 178. nu. 2. & in consil. pen. nu. 14. in lib. 2. in consil. 127. num. 7. lib. 3. & Gram. in deci. 4. nu. 9. & in quest. 193. nume. 2. & 3. & ita resoluit multa in proposito adducens latissimi Andr. Tiraq. de retract. Lignagier, in §. 2. in gl. 1. nu. 20. cum alijs seq. & ita quando per præfata instrumenta constat de non iure spoliati, non est facienda restitutio, tenet Lap. in allega. 24. circa med. & Rot. in decis. 16. in tit. de resti. spol. in nou. & Bellam. in consil. 3. in §. dub. & Corsi. in trac. fall. in regu. spoliatus ante omnia. in fallen. 3. & Soci. Senior in consil. 87. in col. pen. ver. sed tamen his non obstant. lib. 3. quem sequitur Crauet. in consil. 302. nu. 6. & in consil. 322. nume. 3. in fi. & Capic. decis. 77. nume. 4. & in decis. 121. num. 27. & Deci. in consil. 303. nu. 24. versi. similiter, & ita resoluit Iacob. Menoch. de recuper. pos. in primo remed. nu. 223. vbi hanc conclusionem declarat duob. modis.

76 Tertio infertur ex prædictis, quod si quando per testes legitime examinatos constat de non iure ipsius spoliati dicitur notorie constare, quia per testes res redditur euidentis & notoria, vt in l. vltima. C. de probat. imo à pari procedunt instrumenta & testes in l. in exercendis. C. de fid. instrum. & no. Bart. in l. si quis ex argentiarijs. §. nec iterum. num. 3. ff. de eden. & Franc. de Rip. in rubr. C. de eden. nume. 1. & late Tiraq. de retract. Lignag. §. 2. glo. 1. nu. 2. & 3. cum multis seq. quod egregie declarat Zasius in libro 2. singul. respon. c. 23. vnde in hoc casu quando per præfatos testes examinatos constat de dominio ipsius clerici spoliatoris in beneficio præfato, non est restituendus alius clericus spoliatus, vt tenet Oldrad. in consilio 274. incipien. in causa, que vertitur, quem sequuntur est Iacobus Nouellus in practica crimina. in titu. spoliatus de facto &c. incipien. vulgaris est regula &c. nume. 12. versi. limita 12. & Abb. in c. 1. in nota. 3. de resti. spoliato. & Cranet. in consilio 299. numero 8. & in consilio 302. num. 3. & ita resoluit Iacob. Menoch. de recuper. pos. in remed. 1. nume. 126. cum multis sequen. quam tamen conclusionem intelligit August. Bero. in c. 1. num. 25. de resti. spolia. procedere cum opposita fuit illa dominij exceptio, & principaliter postmodum super ea examinati fuerunt testes. secus quando incidenter tantum, vt si testes, qui debuerunt examinari super solo possessorio, testimonium etiam super petitorio attulerunt, quia tunc non dicitur constare de petitorio: cum incidenter constet nõ deducta exceptio, ex quo enim testes extra capitula deponunt, fides adhibenda non est, iuxta gloss. in l. si quis. §. vlti. ff. de petit. hæredita. Bartol. in l. si duo. §. item Iu-

lianus. numero septimo. & ibi Ias. numero 27. de iureiuran. & idem Bart. in l. si quis legatum. ff. de fal. & in l. 1. in §. diuus. vltimo, de questio. quod quomodo debeat procedere, & esse verum, declarat Crauet. vbi supra nume. 228. est tamen aduertendum, quod ad hoc vt in casu nostro impediatur præfata restitutio, necessarium est, quod constat de non iure ipsius spoliati per testes iam examinatos non autem per testes examinandos, vt optime declarat Crauet. in dicto consilio 299. & 302. & ita declarat Menoch. vbi supra.

77 Quarto infertur ex præfatis, quod si ex actis iudicij constat de non iure spoliati, dicitur notorie constare, quia acta faciunt notorium, vt inquit Deci. in consilio 91. numero 9. in versicu. facit. & Abb. in capitulo olim. de verborum significationib. Socin. in consilio 38. columna octaua. versicu. septimo, principaliter. in libro primo, & Aret. in consilio 42. numero quinto. Paris. in consilio 111. numero 7. libro 4. Socin. Iun. in consilio 16. numero 18. libro primo. Neuiza. in consilio 70. nume. 3. qui quidem alios infinitos citant scriben. dixit \* communem sententiam Iacob. Menoch. de recuper. poss. in remed. primo, numero 232. & ita si ex actis iudicij constat de non iure spoliati, idest de dominio spoliatoris, non est restituendus spoliatus, vt censuit Innocen. in c. cum Ecclesia Sutiua. de causa poss. & propr. quem fuit sequutus Io. Staphil. in tract. de grat. & expect. in titu. de lit. iust. nu. 7. & eandem opinionem tenuit Iac. Nouel. in sua pract. crimi. vbi sup. nu. 5. versi. limita quinto. & nu. 12. & Philipp. Deci. in d. consil. 91. nu. 9. in versi. 4. facit etiam, Crauet. in consil. 299. & Nat. in consil. 563. nu. 30.

78 Quinto ex præfatis infertur, quod si per sententiam latam in fauorem spoliatoris constat de non iure spoliati, dicitur notorie constare, quia sententia rem facit notoriam, probat text. in l. emptorem. in prin. ff. de act. emp. in c. vestra. de cohabi. cleric. Barto. in l. i. ctus fultium. ff. de his qui not. infami. & hinc est, quod si per sententiam constat de domino spoliatoris, non est restituendus spoliatus, & hanc esse communem \* doctorum sententiam affirmat late Fran. de Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 35. ff. de acqui. poss. & Ias. ibidem num. 43. & Alex. numero duodecimo. & Fab. numero 42. qui similiter dicit hæc esse \* communem sententiam tam canonistarum, quam legistarum, & idem firmavit ibidem Bologninus nume. vigesimo. & Corraf. in 2. parte. numero 67. & Zal. nu. 46. & præter alios ab eisdem relatos eiusdem sententia fuit Corset. in regu. quod spoliatus restituendus sit ante omnia, fallen. vigesima octaua. respondit Ferret. in consilio vndecimo. nume. 21. Vbi idem esse affirmavit in benefic. Cardi-

na. Zabarel. in consil. 10. colum. 1. versicu. ex his apparet. & Rot. in nou. decis. in tit. de resti. spoliati. in decis. 3. in num. 6. & in antiq. in titu. de ordin. cognit. in decis. 1. num. 30. & in titu. de caus. poss. & propriet. in decisio. 14. & alij multi relati à Iacob. Menoch. vbi supra in nu. 233. vbi inquit, quod Bart. & alij contrarium tenent, sed quod communis sententia est tenenda, quam declarat, & limitat quatuor modis idem Iacob. Menoch. vbi supra numero 236. cum seq.

79 Prædictis addendum est, quod si is qui obtinet beneficium curatum secundum simile recipiat, & illico non dimiserit primum verbo, & facto in manibus ordinarii, est priuatus utroque beneficio: & efficitur inhabilis ad sacros ordines, & ad quacunque Ecclesiastica beneficia, vt in extrauaganti Ioan. XXII. qua incipit execrabilis. §. quæ verò. cuius verba refert gloss. in cle. si plures. de præben. & Abbas Panor. in c. dudum si secundo. de electio. in 6. col. & in c. quia non nulli. de cleric. non residen. in notab. ultimo, & Bertach. in verb. beneficium. in versi. beneficii curatum, seu dignitatem, personatum, & in ver. beneficium curatum secundum recipiens, siue secundam dignitatem, & ita resoluit Staphil. in tract. de lit. grat. & iustit. in titu. de qualitat. & stat. beneficiorum, num. 41.

Ex quo infertur primo, quod ad hoc vt non incidat beneficiarius in pena dictæ extrauag. execrabilis, requiritur, quod illico, postquam adeptus fuit possessionem secundi beneficii curati sine morte dispendio, verbo, & facto renunciet primo beneficio in manibus ordinarii sub testimonio publico: ut clare probatur in dicta extrauaganti execrabilis, & declarat Ioan. Staphil. in dicto num. 42.

Quæ conclusio declaratur primo, vt nõ procedat nisi in beneficiis curatis, dignitatibus, personatibus, & officiis, secus autem in alijs beneficiis incompatibilibus, ut puta si habens vnum curatum adipiscatur beneficium simplex requirens personalem residentiam ex priuilegio, vel statuto, siue consuetudine. nam licet tale etiam beneficium sit incompatible cum curato, vel aliquo de præfatis beneficiis, vt infra videndum erit in alio capite: tamen per adptionem talis secundi beneficii non vacat primum ipso iure: nam licet possit priuari beneficio requirente residentiam, nisi in eo resideat, non tamen ipso iure priuatus est aliquo illorum, vt disponitur in decis. Rot. 184. incip. nota quod habens, in antiq. & ratio præfatorum est, quia dispositio dictæ extrauagantis execrabilis, penalis est: & debet solum obseruari in terminis, in quibus loquitur.

Secundo declaratur præfata conclusio in hunc modum, quod ad hoc vt sit locus constitutioni ex-

trauagantis execrabilis, requiritur, quod utriusque beneficii incompatibilis habeatur pacifica possessio, secus autem si non esset pacifica ex aliquo impedimento; tunc enim non habet locum præfata pena, vt probatur in c. commissa. de elect. lib. 6. ibi, & possessionem eius pacificam habuisti, & facit, quod supradictum est nu. 49.

80 Sed quæ dicitur pacifica possessio quoad propositum nostrum maxime inter scribentes controuertitur solet. In qua quaestione variant scribentes in c. commissa, de electio. lib. 6. & etiam quædam decisio Rotæ 61. incip. sufficit imperant. & 36. incip. nota quod quando aliquis in antiquis. Breuiter tamen dicendum esse, quod non videtur quis pacificam adeptus fuisse possessionem, quando statim, & incontinenti fuit in ea deturbatus non solum de facto sed etiam de iure, mediante litigio: ita inquit gloss. in verb. pacificam. in d. c. commissa. §. annus autem. quam gloss. sequitur ibidem Archid. & sequitur Egid. de Bellam. in conclus. 597. incip. nõ est locus, quam sequitur Staphil. de lit. grat. & iustit. in titu. de qualitat. & statu benef. num. 49. & And. Tiraq. in l. si unquam. in versi. suscepe. liberos. nu. 183. de reuo. donat. C. ubi dicit hanc esse communem sententiam.

Sed quando dicitur incontinenti turbari, est etiam maxime controuersum & dubium, vt apparet ex adductis ab Andr. Tiraq. in d. l. si unquam. in verbo donatione largitus. num. 117. cum seq. & à Menoch. in tract. de recuperand. poss. in primo remed. num. 385. & ab eodem Menoch. in tract. de arbit. iud. quæst. lib. secundum centr. prima, cas. 11. Breuiter tamen dicendum est, quod hoc relinquitur iudicij arbitrio: ut Bart. inquit in l. tertia in §. cum igitur. ff. de ui. & ni armata, & Angel. in sua disputatione, quæ incipit, renouata guerra. col. 4. & Alexan. in l. si de eo. §. si forte. num. 6. de acquiren. possess. & pulchre Bald. in l. vlt. C. de his qui à non domino. & Bellam. in c. olim. num. 23. de resti. spoliato. & Ruyn. in consil. 130. num. 6. lib. primo, & Marsil. in l. quaestiones. num. 42. ff. de quaest. Bertrand. in consil. 193. numer. 3. & in secunda par. lib. 3. & in consil. 137. num. 1. lib. 6. & Tiraq. in l. si unquam. in verb. omnia vel partem. nu. 31. C. de reuo. donat. & in d. nu. 117. in verb. donatione largitus. & Menoch. in dicto casu 11. & in d. remed. 1. num. 385.

Tertio declaratur præfata conclusio, vt procedat, quando is, qui obtinuit secundum beneficium curatum habuit eius pacificam possessionem non solum beneficii, idest exercitii curæ, sed etiam fructuum, vel maioris partis eorum, non enim sufficit pacifica possessio soli curæ & minoris partis fructuum quoad incursum penarum dictæ extrauagantis execrabilis, & d. c. de multa. prout notant communiter scriben. in d. c. de



de multa. & gloss. per illum tex. in c. tibi concessio. de praben. lib. 6. ubi vult, quod beneficia promoti ad Episcopatum non vacant etiā post consecrationem, & adeptam possessionem, si fructus Episcopatus in aliquo tempore dantur alteri ex aliqua causa, & idem sequitur Romanus in consil. 33. 4. incip. circa primum. & in consilio 34. 5. in col. penul. & Dominic. in consil. 78. incip. formantur. & hæc est communis declaratio: ut inquit Staphil. de lit. grat. & iustit. in tit. de qualit. & stat. beneficiorum, nu. 52.

Quartò declaratur præfata conclusio: ut procedat, quando dignitates, & beneficia sunt curata strictè respectu fori pœnitentialis, vel largè respectu fori contentiosi, prout inquit d. extrauagans execrabil. de præben. Ioannis X. XII. in final. verbis. Vnde si quis obtineat Archidiaconatum, qui nõ habet dictam curam strictè vel largè cum alio beneficio curato sine dispensatione non incurrit pœnam dictæ extrauagantis execrabilis. Sed habet locum solummodo tex. in dicto c. de multa. prout inquit Staphil. ubi supra nume. 45, de hac tamen declaratione uidentia sunt, quæ infra dicemus in c. de incompatibilitate dignitatis, officii, personatus cum beneficio curato.

Quintò declaratur præfata conclusio in hunc modum, quod ad euitandum pœnam dictæ extrauagantis execrabilis, sufficit, quod quis dimittat realiter, & cum effectu primum beneficium curatum, licet non fiat verbalis dimissio: ut supradictum est in c. 9. num. 6. aliæ declarationes colligi poterunt ex his, quæ supra adducta sunt à nu. 33. cum seq.

Secundò inferitur ex prædictis, quod qui nõ dimiserit primum beneficium curatū, ut supradictum est, efficitur irregularis ad hoc ut non possit sacris ordinibus initiari: poterit tamen minoribus ordinibus initiari: ut probat text. in dicta extrauag. execrabilis, in versic. alioquin extunc, & ibi not. gloss. in verb. ad sacros. & ita tenendum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Commenda duobus modis concedi solet.
- 2 Commenda quid sit.
- 3 Commenda temporalis non fit nisi vsque ad sex menses.
- 4 Prædictus commendatarius tenetur reddere rationem fructuum.
- 5 Commenda concedi solet in fauorem personarū, & quomodo.
- 6 Commenda vtrum sit titulus canonicus.
- 7 Usufructuario conceditur interdictum vti possidetis.
- 8 Commendatarius perpetuus an faciat fructus suos.

- 9 Quando non apparet, vtrum commenda sit perpetua, vel temporalis, quid dicendum, numero 19. & seq.
- 13 Dux Ecclesia parrochiales non possunt vni commendari, numero 14. cum seq. ubi ampliatur pœna contra obtinentes duo beneficia curata, ut procedat contra obtinentes in commendam, numero 16. vide tamen distinctionem, nu. 30.
- 17 Verba canonis sunt inspicienda, & obseruanda.
- 18 Verba generalia generaliter præiudicant, numero 20.
- 19 Verba indefinita æquipollent vniuersalibus.
- 21 Pœnalis seu odiosa constitutio non dicitur extendi, quando ex mente legis extenditur.
- 22 Declaratio c. de multa. de præben.
- 23 Verba intelligi debent pro sumosiori significato.
- 24 Verba sunt intelligenda cum effectu.
- 25 Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam.
- 26 Pœna, quæ ipso iure imponitur, non extenditur ad æquiparata de iure antiquo.
- 27 In pœnalibus non debet fieri extensio de vno casu ad alium.
- 28 Verba legis non solum sunt inspicienda, sed etiā mens.
- 29 Irregularitas non incurritur, nisi in casibus à iure expressis.

De incompatibilitate duarum Ecclesiarum parochialium commendatarum.

Cap. XIII.



**C** O M M E N D A † duobus modis concedi solet. Primo modo conceditur in fauorē Ecclesiæ: & tunc temporis iuxta terminos nostros nihil aliud est, quàm depositum temporaneum ad nutum amouibile pro vtilitate & commodo Ecclesiæ factum, donec de Rectore seu ministro perpetuo debita procedente cognitione prouisum sit iuxta præceptum Apostolicum primo ad Thimoteum cap. 5. nemini citomanum imponas, & in c. quid est manus. 78. distinct. & in c. si. de electio. lib. 6. & quod commenda ad tempus non detius, & quando cumq; reuocari possit, probat tex. in l. licet. §. rei. ff. de positi. & in c. obitum. in fi. & in c. seq. in principi. 61. distinct. & melius in cap. qui plures. iuncta gloss. 2. r. q. 1. & in c. nemo deinceps. vbi gloss. & doct. de elect. lib. 6. & Rot. decis. 243. incip. nota quod vbi beneficium. in princip. in antiq. & Rot. decis. 1. de præben. in antiquior. & Sarnen. in reg. de non tollen. iur. quæsit. in quæst. 4. nu. 24. cum seq.

Et

2. Et hinc est, quod † commenda ita diffinitur, est depositum quoddam de beneficio vacante apud aliquem idoneum tam ratione spiritualitytis, quàm temporalium, & dixi depositum: quia commendare est deponere, vt in l. commē dare. ff. de verb. signifi. & in l. Lucius. ff. de positi. & aliàs æquiparatur commenda sequestro, secundum Oldrad. in consil. 166. incip. ordinarius. dixi de beneficio, ad differentiam Oeconomi, qui non datur beneficio, sed rebus, dixi vacante: quia Ecclesia non vacans non commendatur vt dicitur scriben. in c. nemo deinceps. de elect. lib. 6. dixi apud aliquem idoneum: quia non commēdatur beneficium laycis, neque in habilibus, vt probatur in dicto c. nemo deinceps. dixi tam ratione spiritualitytis, quàm temporalium, ut ostendatur commendatariū habere uices Prælati.
3. Et † huiusmodi commenda fieri non debet, nisi vsque ad sex menses: vt probatur in dicto c. nemo deinceps. de electio. lib. 6. & finitis sex mensibus non potest Episcopus commendam ad alios sex menses renouare, ne fiat aliqua fraus, tex. in c. commissa. de elect. lib. 6. & in c. quanto de diuort. & Io. Fran. in tract. de offic. & capitu. potest. sede vacan. in 2. par. in q. 3. in col. 4. & Petr. Rebuff. in praxi benefic. titulo de commēda, nu. 65. quod declaratur primo modo, vt nõ procedat, quando commenda fuit facta ex eo, quod rector Ecclesiæ curatæ mentecaptus sit, vel absens non relicto Vicario: tunc enim ordinarius potest commendare Ecclesiam, quousq; furor seu absentia cesserit, neque prius etiam lapsos semestri commēda finitur, vt est pulcher tex. licet in aliis terminis, in c. ne quis arbitretur. §. illud verò. 22. q. 2. & ita resoluit Quintil. Mandosus in reg. Cancellat. 30. de verisimil. noticia in q. 3. num. 8. Declaratur 2. vt non procedat in cap. sede vacante, quod quidē potest, si non fuerit Episcopus adhuc post sex menses, vel si superior intra sex menses non prouideri, poterit capitulum continuare prædictam commendā donec superior prouideat, ut inquit Io. Fran. in d. tract. de offic. & potest. capit. sede vacan. in secūda par. in q. 3. & hoc est, quia fit ex necessitate, vt Ecclesiæ deferuiatur. Vnde per hoc limitabitur tex. in d. c. nemo deinceps. de electio. lib. 6. vt in stante necessitate possit parrochialis Ecclesia commēdari ultra sex menses: necessitas enim facit licitum, quod aliàs est illicitum, vt in ca. si quis propter. de furt. & l. prima. ff. de offic. consul. & in l. secunda. in §. 1. & ibi gloss. ff. ad l. Rodiam de iactu. & ibi resoluit Petr. Rebuff. in praxi benefici. in tit. de deuolut. in nu. 18.
4. Et huiusmodi commendatarius tenetur reddere rationem fructuum beneficii, quos perceperit, neque illos lucratur, ut notat gloss. & scriben. in d. c. nemo deinceps. de electio. lib. 6. & probat tex. in c. placuit. r. o. q. 3. & est ratio, quia

commenda ad tempus ad commodum Ecclesiæ non dat titulum, neque ius in re, neque ad rem ut inquit Quintil. Mandosus in reg. cæcel. 32. de benefici. vacan. perorbitum familiarium Cardinalium. q. 7. in princ. vnde cautela introducit ad lucrandum fructus, quod commendatarius faciat apponere hanc clausulam, scilicet, quod liceat de fructibus disponere, & tunc lucrabitur fructus, neque teneret de illis rationem reddere, quemadmodum si haberet in titulum præfatum beneficium, postquam Papa permittit ei, vt de fructibus disponat, uel alius Prælati, qui concedit præbendam, ita inquit Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum in titulo de commēda, in num. 26.

5. Solet † & secundo modo commenda in fauorem personarum concedi, & hæc concessio fit etiam aliis duobus modis, primo modo conceditur commenda temporalis in fauorem personæ, vt puta si conferatur beneficium curatum in duodecimo suæ ætatis anno constituto in commendam vsque ad decimum octauum annum, deinde in titulum, quod tempore Pauli III. & ante passim concedebatur, hodie tamen in huiusmodi ætate denegatur, vel si obtinenti aliud beneficium incompatible commendetur vsq; ad tantum tempus, intra quod primum resignare seu illi cedere teneatur. Vel quia fit commenda de curato nondum in sacris existenti, vsque dum sacris initiatur, & deinde in titulum. Vel si concedatur in commendam beneficium regulare clerico seculari, donec monachismum profiteatur, & deinde in titulum: in his enim omnibus casibus & similibus beneficium dicitur cōcedi in fauorem personarum in commendam temporalem, prout exemplificat Quintil. Mandosus in reg. cancell. in reg. 30. de verisimili noticia, in q. 3. num. 9. secundo modo cōceditur beneficium in fauorem personarum in commendam perpetuam, puta quando quis non potest habere beneficium in titulum propter aliquam iuris prohibitionem. Primum exemplum est, quando Papa propidet regulari non mendicanti de beneficio in alio monasterio, quàm suo, & alterius ordinis, quod de iure prohibitum est: cum non liceat regularibus locum habere in diuersis monasterijs, quorum vnum ab alio non dependet, vt in c. cum singula. in §. fi. de præben. lib. 6. & nullum potest cū his dispensare, nisi Papa, vt ibidem dicitur, & si secus factum sit, & collatio fuit ab alio facta, quàm à Papa non valebit, neque quidem à legato, nisi expressam ad hoc potestatem habere, quinimo conferens priuatus est potestare iterum conferendi, & recipiens efficitur ineligibilis: ut in d. §. fi. & quamuis ille tex. vtiatur verbo ineligibilis, vt in dicto §. fin. tamen intelligitur iste Monachus in habilibus factus non solum vt eligatur, sed vt ei beneficiū

con-

conferatur, ut in c. quisquis. de elect. licet enim appellatione electionis non veniat collatio, salit nisi sit eadem ratio, ut in nostro casu in c. cū illis. §. 1. & 2. de præben. lib. 6. & hoc probatur in d. §. fi. dicti c. cum singula, quia rationi non conuenit, ut homines diuersæ professionis, vel habitus simul in diuersis monasteriis societur, habetur in clem. 1. de electio. & in c. in noua. 16. q. 7. qui dicit huiusmodi verba. Qui in administrationibus sociantur, nec professione discrepent, neque habitu, nam coherere & coniungi non possunt, quibus & studia nota sunt diuersa & ideo dicitur ineligibilis in illo tex. propter frequentiam. nam frequentius fiebat electiones in monasteriis, ut in c. monaci. in fi. de statu monac. sed noluit ob hoc excludere collationem, videlicet ut conferri beneficium ei non possit, per aucten. cassā. C. de sacrosanct. ecclesiis, & gl. in clem. 1. de rescript. & ita resoluit Rebuff. in praxi benef. in titu. de dispen. cum regular. nu. 2. cum seq. Secundum exemplum est, quando dispensatur cum regulari, ut secularare beneficium habeat in commendam, in quo præfici est omnino de iure prohibitus, ut in c. monaci. de statu monac. & in c. officii. de electio. & in c. cum de beneficio, de præben. lib. 6. sunt enim regularia committenda regularibus, & secularia secularibus, ut in c. in noua. 16. q. 7. & in clem. 1. de electio. Tertium exemplum est, quando dispensatur cum religioso, ut habeat Ecclesiam parochialem, quod de iure prohibitum est, ut probatur in c. monaci. de stat. monac. quia plangentis non docentis habet officium, ut in c. monaci. & in c. alia. & in c. placuit. 16. q. 1. & in c. peruenit ead. caus. & quest. & in c. 1. de capell. monac. quod est verum, nisi sit beneficium curatum sui ordinis & in fundatione illi additum, tunc ad præsentationem Abbatis poterit iure præfici et sine dispensatione, ut in clem. professores. & ibi not. Bonif. in not. 10. de regul. & in c. doctos. & in c. seq. 16. q. 1. & ibi glo. in summa. Quartum exemplum est, quando habenti vnum beneficium curatum vult Papa de alio curato prouidere: tunc enim solet concedere secundum beneficium curatum in commendam, ut in c. dudum. de electio. quia non potest vnus vtrique Ecclesie prouidere, tanquam intitulata, sed vni tanquam commendata, & alteri tanquam titulata: præesse valet, ut in c. fi. 21. q. 1. & Rebuff. in d. tit. de commenda, num. 4. cum seq. Quintum exemplum est, quando Romanus Pontifex vult prouidere clerico seculari de Abbatia, Prioratu, seu beneficio regularibus: tunc enim prouidere solet per commendam, quia secularis non potest de iure beneficia regularia habere, sicut regularis secularia, ut antea dictum est, & alia multa exempla considerari possunt prædictis similia.

Et circa præfatas commendas dubitatur pri-

mo dicitur verum commendam sit titulus canonicus. Quæ quidem quæstio in se habet difficultatem & scriben. uariant, & quod non sit titulus canonicus tenet Vgo, Laurent. & gl. in c. qui plures 21. q. 1. & Lau. Tancredus, Goffredus, & glo. in c. si constiterit. de accus. & Dominic. in c. presbyteri. col. 3. 2. 3. distinct. & Oldrad. in consil. 119. & Lap. in c. nemo. de elect. lib. 6. & Fely. in c. cū olim. col. 5. de maiorit. & obediens. & Roman. in consil. 350. ubi lausimè disputat, & in consil. 500. incip. summarius. col. 1. & seq. Innocen. & Andr. Siculus in rub. de commodato. in fi. uerbis, & Gemin. in consil. 8. incip. quidam Cardinalis, in 3. col. & Ang. in consil. 37. incip. quidam nobilis, & Innocen. in c. dudum. de electio. & Aretinus in d. c. si constiterit. col. fi. & Floria. in ca. quæstum. de rer. permut. & Bal. in l. ex uerbo. per illum text. C. de fideicommissa. libertat. & Soc. in consil. 32. incip. ex iis. in 6. col. & Alex. in consil. 96. incip. visis narratis. in 1. col. lib. 4. & Dec. in consil. 149. col. 4. & Alex. post glo. & in c. sanctorum. col. 3. 70. distinct. & Cassan. in c. fil. 20. num. 3. col. 3. hanc sententiam dixit esse communem Pet. And. Gambar. in tract. de off. & auctoritat. legat. à late. in lib. 4. in rubr. de potest. legati in commendando beneficia, num. 22. pro qua communi sententia facit primò rex. in c. qui plures. 21. q. 1. ubi inquit rex. quod nemo potest duas Ecclesias habere in titulum: tamen bene potest unam habere in titulum, & aliam in commendam, ergo apparet manifestè, commendam esse titulum. Secundò facit: quia si commenda esset titulus canonicus, posset cū alio titulo permutari, at verò commenda non potest cum alio titulo permutari, ut inquit Florian. in c. quæstum. de rerum permutatio. ergo non est titulus. 3. facit, quia commendatarius non est dominus fructuum, ut supradictum est in hoc capitulo, ergo commenda non est titulus canonicus. Quartò facit pro hac sententia, quia capitulum sede vacante non potest prouidere beneficia spectantia ad prouisionem Episcopi, at uerò potest ea beneficia commendare, ut inquit Abb. in c. illa ne sede vacante. Ergo clarè videtur, quod commenda non sit titulus canonicus. Quintò facit pro hac sententia, quia commendatarius non dicitur possidere, ut inquit gloss. in verbo commendato, in c. si constiterit. de accusat. & Cassan. ubi supra, neque potest intentare interdictum uti possidetis, ut inquit Cessar Lambert. in tract. de iure patr. in 1. parte. 2. lib. in 6. q. prin. in articulo 14. Ergo clarè sequitur, quod commenda non est titulus canonicus.

Et quamuis præfata sententia communis sit. Nihilominus cōtrarium tenet Io. Monac. in c. nemo. de elect. lib. 6. & Archid. in c. si propter. in fi. de rescript. lib. 6. & Federic. in tract. de permut. benef. q. 1. 5. & Nic. Mil. in repert. in verb. benefi-

beneficium in §. 2. 5. & Guid. Papæ in decif. Delphinatus. q. 1. §. 2. in vers. quinta conclusio, & ita seruatur in Francia, & ita fuit prolutum arrestū Parisijs: ut refert Io. Gallus in quæstion. per arresta. q. 18. cum seq. & ita tenet scriben. in d. c. nemo. & gloss. in pragmatica sanctione, in titu. de pacif. possessor. in verb. titulū. Vbi dicit hanc esse communem sententiam, & tenet etiam Petr. Rebuff. in tract. de pacif. possell. num. 3. 5. cum seq. & Hen. in c. penul. in col. penul. de verb. signifi. & ita iudicauit Rota, prout affirmat Ludouic. Gomes. in reg. cancell. de trien. possessor. in q. 5. qui hanc tenet sententiam, & ita affirmat Quintil. Mandof. in reg. 30. Cancell. de verifimili notitia, in q. 3. num. 2. cum seq. pro qua cōmuni sententia facit primò: quia iura de titularibus loquentia locum sibi vendicant in commendatariis perpetuis, arg. text. in clem. fina. de procur. vbi Imol. in 1. quæst. num. 6. & Rota decif. 241. incip. nota quod ubi beneficium. in antiq. & in prima, de præben. in antiquiori. & Quintil. Mandof. ubi supra in reg. 32. de impetrat. benef. vacan. per obitum commendatarius perpetuus uideret habere titulū. Tertio pro hac sententia facit: quia commendatarius potest cōstituere procuratorem ante litem contestatam: sicut is, qui habet titulū: ut inquit Mathesil. in notab. 191. incip. nota, quod licet Procurator. Quarto facit, quia commendatarius perpetuus potest beneficium permutare commendatum cum alio dato in titulum, ut probatur in c. fi. & ibi plenè notat Io. de Imol. de rer. pmut. Quintò facit pro hac sententia, quia perpetuus commendatarius potest transigere super redditibus suæ commende, ac eos uendere, ut inquit Dominic. in consil. 17. incip. pro declaratione. in fi. & Capic. in decif. Neapol. in quæstione 3. incip. in causa. Sextò facit, quia commendatarius perpetuus facit fructus suos, ut inquit Rebuff. in tract. de pacif. possell. nu. 43. & in praxi benef. num. 17. dum formam commendarum in ferit, de quibus Cassan. in decif. 32. incip. Pasqualius de Rota. num. 6. super regul. Cancell. & Quintil. Mandof. in dicta reg. 30. de verifimili notitia, in q. 3. num. 4. & infra uidentum erit in proxima quæstione. Septimò facit pro hac sententia, quia commendatarius habet liberam potestatem in temporalibus, & spiritualibus, ut inquit Panorm. in c. cum nobis olim. in notab. vltimo. de electio. & Petr. Rebuff. in tract. de pacif. possell. num. 41. Octauò facit pro hac sententia, quia commendatarius Ecclesie seu Abbatie censetur uerus Abbas, & ideo potest illi delegari causa à Romano Pontifice sicut Abbati titulario, & habet locum tex. in c. quoniam Abbas, de off. c. deleg. ut inquit Barbat. in consil. 2. inci-

sapienter. col. vlt. in 2. volu. quod seruatur in Francia teste Cassan. in consuetud. Burgund. in rub. de successione des bastardes. §. 3. nu. 88. in consil. ibidem posito, & tenet Quintil. Mandof. in reg. 32. Cancell. in q. 7. num. 8. Nonò facit pro hac sententia, quia sicut tenetur intra annua. promoueri is, qui habet curatum beneficium in titulum, ita is, qui à Papa habet in commendam Prioratum curatum, ut in d. c. nemo. & gloss. in titu. de electio. in c. licet. in uerb. causa. quod et probatur in clem. ne in agro §. ceterum. de statu monac. ubi loquitur de his, qui Prioratus habuerint, vel commissi, uel collati eis fuerint, sed per commendam committuntur, ergo cōprehenduntur ibi, & ita resoluit Petr. Rebuff. in dicto tractatu de pacif. possell. num. 42. Decimò facit pro hac sententia, quia commendatario, si turbetur in possessione percipiendi fructus, datur interdictum retinendæ possessionis, quod patet, quia fructus percipit, ut supradictū est, & eos facit suos.

Et certum est, quod ut usufructuario conceditur interdictum uti possidetis, ut inquit gloss. in l. vltima. ff. uti possidetis, & in l. unica, in glo. vltima. C. eod. & Bartol. & in l. prima. in princip. num. 3. ff. uti possidetis, & in l. unica, in glo. vlt. C. uti possidetis. in §. 1. num. 9. & ibi Bal. in nu. 4. & Lanfranc. de Oriano in rub. de caus. possell. & propriet. in col. 9. uers. 4. conclusio. & Cor. in consilio 33. num. 23. lib. 4. Angel. Arret. in §. quadrupli. num. 49. in lit. de actio. & Io. de Platea in §. retinendæ. col. 2. in uers. ad secundum. in lit. de interdict. & ibidē Othomanus & Philipp. Dec. in c. licet causam, num. 29. post Abbatem ibidem, de probat. & Ioan. Bolognet. in l. naturaliter. §. nihil commune, in prima parte. num. 43. ff. de acq. possell. in remed. tertio, & est hæc communis sententia, ut affirmat Jacob. Menoch. in tract. de retinen. possell. in remed. tertio, num. 70. & ita tenendum, quamuis de hac sententia dubitet Fab. in l. naturaliter. in §. nihil commune, numero 124. ff. de acq. tend. possell.

Videmus ergo ex præfatis duas esse communes opiniones ad inuicem repugnantes, pro cōcordia tamen distinguendum est, quia aut loquimur in commenda temporalis, & in hoc casu uera est & sine dubio procedit prima communis sententia, quod commendatarius non censetur habere titulū canonicum, & procedunt similititer fundamenta pro ea adducta, aut uerò loquimur in commenda perpetua, & tunc uera est secunda communis sententia, quod talis commendatarius dicatur habere titulū canonicū & in hoc casu procedunt, & uera sunt fundamenta pro hac communi sententia adducta, quæ concordia, prout patet ad sensum, uera est, cam amplectitur Gomes. in reg. de trien. possell. in q. 5.

9. 5. in versu. dicta igitur omnia doctorum.  
 8. Vltorius dubitatur, vtrum ꝑ commendararij faciant fructus suos. & ex supra adductis num. 4. videbatur dicendum, qd commendararius nō est dominus fructuum beneficii, quod habet in commēdam. Sed breuiter dicendum est, qd aut loquimur in commenda temporali, & talis cōmendatarius non facit fructus suos, sed tenetur reddere rationem illorum; quia censetur quidā depositarius, aut loquimur in commenda perpetua, & huiusmodi commendararius sine dubio facit fructus suos: vt supradictum est nume. 6. in versu. sextō facit, & ita tenet Præpositus in can. cum autem. 44. distinct. col. 6. & in c. si quis, col. lum. pen. 7. 8. dist. & Gemin. in consil. 1. 8. incip. pro declaratione nu. 1. 2. & Rom. in consil. 3. 50. incip. in casu, nu. 8. in versu. aut si commenda in utilitatem commendararij, & ita tenet Quintil. Mandos. in reg. 30. de verisimili notitia, nu. 4. in q. 3. & in reg. 32. de impetr. benefi. per obitū famil. Card. in q. 7. num. 6. & Ludouicus Gomes. in reg. Cancell. de public. resignat. in q. 4. propē fin. in versu. ex quo infertur, quod talis commendararius.

9. Tertiō & vltimō dubitatur, vtrum ꝑ in dubio quando non apparet, qualiter Papa commenda verit, debeat interpretari, commendam perpetuam cōcessisse, vel potius temporalem. In qua quæstione breuiter dicendum est, quod in tali dubio commenda censetur perpetua, & non tēporalis. & ita resoluit Rota die 26. Iunij 1538. cōtra Marcello Episcopo Maricano in causa Salamārina de Palatis Rubios: vt affirmat hāc sententiam amplectens Ludouic. Gomes. in d. reg. de public. in q. 4. propē si ibi, ex quibus omnibus, secundum Quintil. Mandos. in reg. de verisimili notitia, in q. 3. num. 4. propē finem. Est ratio etiam: quia actus certo tempore non conclusus reputatur perpetuus, vt in l. iurisperitos. in princ. & ibi Bar. ff. de excus. tuto. & not. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. ff. de oper. nou. nunciat. & facit doct. glo. in clem. 2. in verb. electionem, de rescri. & in l. sullicit. ff. de condic. indebi. & est etiam bonus tex. ad hāc conclusionem in l. seruus. C. de pæn. & est glo. in c. si de solut. ante fin. in versu. si verō certū sit, an exceptio temporalis vel perpetua. & facit: nā ea ratione, qua dicimus, dispositionem generaliter de rebus vel personis loquentem, generaliter debere intelligi: vt probat tex. in l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præstan. eadem ratione dictū est respectu temporis: vt videlicet dispositio generaliter, id est in perpetuū intelligatur: cum de personis vel rebus ad tempus argumentū valeat, vt probatur in l. miles ita. §. & quia diximus. & ibi Bar. ff. de testam. militum. & Euear. in locis legalibus, in loc. 8. 6. à re ad tempus. & facit: nam dubia & incerta interpretantur;

presumunturque perpetua: vt probat tex. in c. si gratiose. de rescrip. lib. 6. & gl. in c. vltimo, in verb. perpetuas, in fi. & ibi quoque Ioan. And. & Dominic. eod. tit. & lib. & gloss. 1. in c. vlt. paulō ante fi. de solut. & Federic. de Sen. in consil. 32. incip. quæstio talis est, quidam de populo, col. penul. versu. Item dubium, & col. vltima versu. non obstat lex ex facto, & Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. in 3. q. ff. de nou. operis nūciat. & las. in l. 3. §. ex contrario, col. 4. num. 1. 5. ff. de acq. possell. & Philip. Dec. in consil. 472. in cip. testator. col. 3. versu. & in dubio, & multa adducit Alex. in consil. 216. incip. magister. col. vltima lib. 3. & Fel. in c. ex literis. col. 7. versu. si autem iudex. & ibi etiam Philip. Dec. ad fi. de consil. & ita tenent\* communiter scriben. vt inquit Andr. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. glo. 1. nu. 39. & Iacob. Menoch. in tractat. de arbit. iud. quæst. in lib. 1. in q. 22. num. 2. & facit, quia in fauorabilibus, que certum tempus non habent perpetua censentur, vt in l. iurisperitos. in princip. ff. de excus. tut. quam sic declarat Dec. in c. ex literis. in fi. de constitut. & Iacob. Menoch. in d. lib. 1. quæst. 69. num. 10.

10. Et quando sumus in præfato dubio, commēda morte concedentis non expirat etiam re in te gra, & est ratio, quia gratia morte concedentis non expirat etiam re integra, & probat tex. in c. si super gratia, de offic. deleg. lib. 6. & tex. in c. si cui nulla. de præben. lib. 6. & Rot. in deci. 285. in nou. & gloss. pragmatic. sanct. in fol. 91. in cōstitut. prima in gloss. in verb. mādaturum, & Dominic. in c. 2. col. 2. verb. possit concludi. de præben. lib. 6. & Franc. in c. si gratiose. de rescrip. lib. 6. & Fel. in c. licet vndique. col. 1. versu. & in ista materia: de offic. delegat. & Casan. in consuetud. Burgund. fol. 52. col. 4. & seq. in versu. Item quarto. & Rebuff. in concord. in rubr. de mandat. Apostol. in §. 1. col. 1. super gl. in verb. sui Pontificatus. & Mil. in reper. in verbo gratia facta licet nondum executā, & hanc dixit\* communem opinio. Ant. Gabr. in titu. de præben. in conclus. 1. num. 1. & Neas in tract. de reserua. fol. 55. in versu. idem est dicendum, & Philipp. Frā. in c. si super gratia, col. 2. versu. sed certē licet. de offic. deleg. lib. 6.

11. Quod verum est ꝑterquam si commenda præfata facta fuisset ad beneplacitum ipsius cōcedētis: tunc enim quia morte expirat beneplacitum, gratia prædicta commendæ censetur reuocata, vt probat tex. in l. 4. ff. locati. & tex. in c. si gratiosē. de rescrip. lib. 6. & ibi not. scriben. & Angel. in consil. 277. col. pen. versu. ad quartum verō. & Bal. in l. fi. col. 4. versu. 6. quarto. C. de cōtrahen. empt. & in l. post dotem. col. penul. ver. & præfata faciūt ad quæstionem. ff. solut. matr. & in l. 1. col. 1. in fi. versu. nam vbi cumque ponūtur. C. de postula. Iacobi. in l. morē, nu. 14. in l. lectura

lectura col. 2. ver. idem si Princeps. ff. de iurisd. omn. iudic. & decif. Rotæ 580. in antiq. & Speculat. in tit. de locato. §. nunc aliqua. q. 1. 50. ver. sicu. quid si Dominus Papa, & in versu. seq. & in tit. de actor. §. super petitionibus. ver. item si Papa. & ibi Io. Andr. in additio. & Ang. in l. & quia col. 2. versu. sed tunc quærendum. ff. de iurisd. omn. iudi. & Corn. in consil. 92. col. 1. versu. & qd hoc sit verum, vol. 2. & in consil. 235. col. 2. versu. circa tertium, eod. vol. & Gozad. in consil. 22. col. prima, & seq. ver. & pro ista par. & Dec. in consil. 108. col. 1. versu. sed in tertio anno. Magalot. in tract. de saluo conducto, in quarta par. in 2. 2. declaratione, in versu. & scias, qd saluus conductus, & Boer. in q. 103. nu. 5.

12. Prædicta vera sunt nisi commenda fuerit cōcessa cum his verbis. donec reuocatur, nam gratia præfata commendæ morte concedentis nō reuocatur, sed requiritur reuocatio expressa, vt probatur in c. si delegatus. de off. deleg. lib. 6. & Bart. in l. centesimis. §. si. col. penul. ver. vlt. forma hic. ff. de verb. oblig. & Bal. in progm. digestorum, in §. hæc autem tria. col. 1. versu. sed quid si testator, & Io. And. in c. si gratiose. col. 1. versu. dubitari vidi. de rescrip. lib. 6. & Feder. de Sen. in consil. 257. & Ang. in l. & quia. col. 2. versu. sed tunc quærendum est. de iurisd. om. iud. & Soc. in consil. 77. col. 1. versu. primum probatur. volu. 3. & Gozad. in consil. 22. col. 2. versu. non obstat contraria, & versu. & ideo pro clariori. & Philip. Dec. in consil. 108. versu. sed tamen præfatis non obstantibus. col. 2. versu. non obstant allegata, & Magalotus in tract. de saluo conducto, in 4. par. in 2. declaratione in versu. 2. fallit.

Quibus præmissis ad propositum nostrum deueniendo, constituenda est firmissima cōclusio, quod ꝑ duæ Ecclesiæ parochiales non possunt vni commendari, nemo conclusionem probat tex. elegans in c. hanc deinceps, de electio. lib. 6. cuius verba sunt. Nemo deinceps parochialem Ecclesiam alicui non constituto in ætate legitima, & sacerdotio commendare præsumat, neque tali etiam nisi vnam, & ibi not. glo. in verb. vnam, quam sequuntur alij scriben. & Rebuff. in praxi beneficiorum, in tit. de commēda, nu. 64. & Ludouic. Gomes. in regul. de triē. possel. in q. 5. in verbo imprimis. Adducebatur ratio huius conclusionis, quia commēda in casu illius tex. in d. c. nemo deinceps. inuenta fuit in fauorem Ecclesiæ, nempe vt Ecclesia non defraudetur necessario seruitio interim, qd prouidetur de pastore seu rectore debita præcedente cognitione, iuxta præceptum Apostolicum in Epistola prima ad Thimoteum, ca. 3. ibi. Nemi cito manum imponas, & probatur in c. si de elect. lib. 6. Vnde non consequeretur finis illius tex. si duæ commendæ possent vni concedi: nam non posset deseruire vtrique Ecclesiæ. Et aduer

tendum est, quod ille tex. habet clausulam decreti irritantis respectu harum commendarum (quod dixerim) vt intelligantur omnia, quæ supradicta sunt circa decretum irritans in c. 10. vera esse, & procedere in hoc etiam casu.

14. Et ꝑ quamuis tex. in ca. nemo deinceps. loquatur in commenda temporali, prout patet ex tenore eius, tamen ampliatur hæc nostra conclusio, vt procedat, & vera sit non solum in commenda temporali, de qua ibi, sed etiam in commenda perpetua, nam duæ commendæ perpetuæ Ecclesiarum parochialium non poterunt vni concedi, quod clarissime probatur in Concilio Tridentino, sess. 24. in c. 17. vbi postquam Concilium iure optimo prohibuit beneficiorū pluralitatem, inquit in hæc verba: hæc quæ non modò ad Cathedralis Ecclesias, sed etiam ad omnia benefi. ia tam secularia quam regularia quæcunque etiam commendata pertinent cuiuscunque tituli aut qualitaris existant. Ex quibus verbis iunctis præcedentibus clarè colligitur, quod plures commendæ perpetuæ Ecclesiarum parochialium non possunt vni concedi. Et ratio huius ampliationis est, quia non solum ratio illius tex. in d. c. nemo deinceps. militat in casu nostro, sed multo maior ratio. Vnde seruanda est dispositio illius tex. per argumentum à minori, quod quidem validum est in iure nostro, ut probat elegans tex. iuncta glo. & doct. Io. de Platea in l. fin. C. qui ætate, lib. 10. & bonus tex. in c. cum in cunctis. in prin. & ibi gloss. Ioan. de Anan. Panor. Io. de Imola, & alij scriben. de election. & tex. in l. 3. C. de condic. indebit. & in l. si quando. C. de testib. & in l. si non singuli. C. si cer. pet. & in auct. multo magis. C. de sac. san. ec. & multa adducit Euer. in locis legalibus, in loco 15. à minori, & qd sit maior ratio in casu nostro, clarè patet: nam præiudicium, quod fit Ecclesijs in casu illius tex. in d. c. nemo deinceps. est temporale, at verò præiudicium in casu nostro est perpetuum durante vita commendatariorum, cum commendæ præfate sint perpetuæ ad eorum vitam, & nemo potest dubitare, quod sit maius præiudicium perpetuum, quàm temporale.

15. Ampliatur secundò præfata conclusio ꝑ vt vera sit non solum, quando quis obtinet Ecclesias parochiales, seu beneficia curata in commendam, sed etiam quando obtinet plures dignitates in commendas. Ampliatur & tertio, quando obtinet plures personatus, & quarto, quando obtinet plura beneficia seu officia in commendas. Ampliatur, & quinto, quando obtinet vnam ex præfatis cum Ecclesia parochiali. Ampliatur, & sexto, quando obtinet quacunque beneficia alijs incompatibilia, prout omnia præfata clarè probantur in Concilio Tridentino, sess. 7. in c. 4. & in sess. 24. in c. 17.

16 Dubium tamen est, utrum pœna de iure imposita in c. de multa. de præben. & in extravaug. execrabilis. lo. XXII. in tit. de præbendis, de qua si pra actum est in c. præcedenti, nu. 79. habeat etiam locum contra obtinen. præfata beneficia in commēdas. Et videbat, q̄ debeat habere locum primò, quia quoad obtinendum plura beneficia æquiparantur commenda, & verus titulus ita: vt sicut non est licitum habere plura beneficia in titulum, ita similiter non licet ea habere in commendam, vt clarè probatur in d. c. nemo deinceps. de electio. lib. 6. secundò quia text. in d. c. de multa, loquitur contra eum, qui receperit plura beneficia curata, seu dignitates, personatus &c. vt patet ibi. vt quicumque receperit aliquod beneficium curam habens animarum, & similiter text. in extravaug. execrabilis. loquitur contra eos, qui receperint prædicta, vt patet ibi. qui verò deinceps receperint dignitatem, seu personatum, vel officium, sed is, qui habet commēdas, dicitur recipere beneficia, ergo dispositio illorum iurium debet contra eos habere locum.

17 Tertiò pro hac sententia facit: quia verba legis, & canonis sunt omnino inspicienda & obseruanda, vt probatur in l. quod constitutum, ibi. quantum ad verba eius. ff. de testa. milit. & ibi notat Bar. & probat text. in l. si feruum. §. nõ dixit prætor. ff. de acq. hæred. & à prædictis verbis legis seu canonis non licet recedere, si clara sunt, prout in dictis iuribus: ut probat text. in l. ille. §. cum in verbis. ff. eod. titu. vbi dicitur. Cũ in verbo nulla est ambiguitas, non debet admitti quæstio voluntatis, & in c. quomodo. 3. distinct. & in c. si quis presbyter. de consecrat. distinct. ult. & in c. vltimo. verb. signifi. cum simil. & ideo præcipitur in l. si quis stipulatus sit fidei. in princip. ff. de verb. oblig. sermonem stipulationis inspici, quem text. ad hoc ponderant Paul. Castren. Franc. Aret. & Iaf. ibi, & Maria. in consil. 30. incip. prosequendo ordinem. col. 1. & Bald. in consil. 497. incip. quia sermo commodius in princip. in lib. 3. & est text. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ad fin. cod. tit. de verbor. obliga. vbi disponitur in hæc verba. Ple-runque enim in stipulationibus verba, ex quibus oritur obligatio, inspicienda sunt, & multa in fauorem huius sententiæ congerit Andr. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. libertis. C. de reuocano. donat. num. 5. sed verba text. in dicto capitulo. de multa. in d. extravaug. Ioannes XXII. execrabilis. loquuntur in recipientibus beneficia curata, ergo in recipientibus prædicta beneficia in commendam.

Quartò pro hac parte facit, quia text. in dicto c. de multa. de præben. loquitur per hæc verba generalia. quicumque receperit aliquod beneficium, & text. similiter in d. extravaug. execrabilis. loquitur per hæc verba. qui verò deinceps

reecerint dignitatem, vel personatum seu officium, secundum ergo prædicta verba generaliter debent præiudicare recipienti plura beneficia curata in commendas: nam verba generalia generaliter præiudicant, vt in l. vltima, C. de dotis promiss. in final. verb. & hoc ibi not. Ang. & voluit Bald. in autentica si quis in aliquo. C. de eden. Angel. Imol. Paul. Castren. Alexand. Franc. de Aret. & Iaf. in l. si ita stipulatus fuero. §. Titius. §. Grisogonus. ff. de verbo. obli. & Petr. de Anchar. in consil. 242. incip. prius de iuribus probationis. vbi reprehendit Barto. contrarium tenentem in l. Diuus. §. senatus. ff. de fals. & hanc sententiam tenet Paul. Castren. in consil. 226. incip. confirmando quæ superius dicta sunt. paulò ante si. in lib. 1. & Alexan. in l. quæ dotis. colum. penult. uersic. subdit ibi. ff. lo. lut. matr. vbi hoc dicit notandum, & idem Alexand. in consil. 14. incip. visis, & consideratis. colum. 4. uersic. 5. probatur, lib. 6. & Dec. in c. quoniam contra falsam. colum. antepenult. uersic. in contrarium, de probat. & in consil. 447. incip. in donatione. in fin. & faciunt in simili nota. Bart. in l. etiam. ff. de maior. & Panormita. in cõsi. 72. incip. Saluatoris &c. videtur primò colum. 2. uersic. sed his minimè obstantibus. lib. 2. ubi concludit in pulchro casu de quadam renunciatione generali. Tandem hanc sententiã dixit esse communem Alex. in consil. 147. incip. pien. ponderatis his, de quibus. columna tertia, libro secundo.

Nec obstabit dicere, quòd uerba text. in dicta extravaug. execrabilis. ubi clarior pœna imponitur contra obtinentes plura beneficia curata, non sunt generalia, sed indefinita, ut patet ibi qui verò deinceps receperint. Nam ad hoc respondetur, quòd verba indefinita æquipollēt uniuersalibus, & tantum operantur præfata verba indefinita, quantum operarentur hæc verba generalia, quicumque deinceps aliquo modo receperint, ut tenet gloss. in cap. ut circa. in verbo aliorum. de electio. lib. 6. & Bart. in l. si pluribus. ff. de legat. 2. in quibus locis tractant scribentes omnes, an & quando & quomodo indefinita æquipollēt uniuersalibus, de quo etiam tractat Dyn. in rub. de reg. iur. lib. 6. & ibi latius Petr. de Anchar. col. 3. uersic. 3. quæro. & Philip. Fran. & Oldrad. in consil. 100. incip. in executione. & Innocen. in c. auditis. in verb. exceptionem, & ibi cæteri præsertim Panor. de rescrip. Iacob. de Belouiso, & Salic. in l. si necessarias. §. si annua. ff. de pigorat. actio. Rayn. Foli. in repet. l. omnes populi. in fol. penult. in uersic. queritur ergo. & ibi Bar. in 6. q. principali, in uersic. ut igitur uideamus. ff. de iustitia & iur. Alberi. in l. si ita scriptum. §. si pluribus. ff. de leg. 2. & in l. Casar. numer. 14. 15. & 16. ff. de publicanis. Bartol. in l. qui ædificium. ff. de seruit. vrb. prædio. & in l. prima,

prima. ff. de reg. iur. & Bald. in l. stipulatio ista. in princip. ff. de verb. oblig. & in l. si seruitus, & ibi quoque Alberic. ff. de seruit. vrb. prædio. & in c. ex parte. M. col. pen. uersic. porò. & iterũ uersic. ista igitur. de appell. & in consil. 52. incip. casus talis est, statuto ciuitatis. post mediũ libr. primo. & in consil. 384. in lib. 5. & in consil. 180. incip. ad euidenciam. col. 2. lib. 2. Ang. in l. pen. C. de impub. & aliis substituit. Panorm. in c. 2. de coniug. lepros. Philipp. Franc. in cap. cum in multis. in princ. de rescrip. lib. 6. & Alexan. in l. qui filiabus. in principio. ff. de leg. 1. & in consil. 90. incip. visis. col. 1. lib. 1. & in consil. 55. incip. prospicit. col. 7. num. 13. in lib. 4. & in consil. 33. incip. consideratis. vrb. lib. 7. & quid circa hoc in materia odiosa tenent scriben. in l. 2. ff. de lib. & posthum. & alia multa congerit Tiraq. in tract. de retract. lignag. in §. 1. in gloss. 13. nu. 1. cum seq. & Pardul. Prateus in tractat. regul. & fallen. reg. 423.

20 Quintò pro hac parte facit: quia verba generalia generaliter intelliguntur, & operantur, etiam si maior ratio sit in vnò quàm in alio, ut probat text. in l. prima, in §. quod autem. ff. de alienatione &c. & voluit Socin. in l. secunda. §. ex his. in princip. per tex. ibi de verb. oblig. & Philipp. Dec. qui etiam ad hoc multos allegat in rubr. de iud. in col. 7. in uersic. & ex his infertur, & in consil. 5. incip. in causa Domina. colu. prima, uersic. confirmantur, & in consil. 20. incip. isto rum. col. secunda, in ver. quartò, vt supra dixi, & in consil. 29. cuius superscriptio incipit, an debeat restituito. col. secunda, uersic. primò, hoc probatur, & in consil. 48. superscriptio cuius incipit, priuilegium. col. secunda, ubi illum tex. dicit ad hoc esse notandum, & in consil. 61. incip. an vasallus. col. prima, ubi illum tex. dicit notandum, & Ludouic. Gozad. in consil. 35. incip. breuiter. colu. 2. numero sexto, & multa adducit in comprobationem Andr. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuocano. donatio. in præfat. numero, 118.

21 Sextò facit pro hac sententiã: quia quauis constitutio odiosa, & pœnalis extendi non debeat, ut infra dicendum est: tamen non dicitur extendi, quando ex ipsius constitutionis mente extenditur, quod perinde est, ac si diceret ex ratione: nam ratio legis dicitur mens illius, secundum Dominic. in c. vlt. ad fi. de reg. iur. lib. 6. & Cyn. in l. non dubium. in prima quaestione. C. de legib. & ibi clarus Bar. colum. tertia. & Bal. in consil. 14. per tex. in l. cum mulier. ibi & Bar. in prin. & Alexan. in 5. not. & alii ff. solut. matrim. idem Bal. in l. 1. colum. penultima, in princip. eod. tit. vbi dicit de hoc esse meliorem text. totius iuris, in l. scire oportet. §. aliud autè. ver. sed & si maximè, in illis uerbis, mens legislatoris. ff. de excusat. tuto, & hoc notipse Baldus, &

multa in comprobationem adducit Andr. Tiraquel. in d. l. si vnquam. in verb. libertis, nu. 45. cum seq. quod autem ex mente dictorum iurium in d. c. de multa. de præben. & extravaug. execrabilis. comprehendatur is, qui obtinet plura beneficia in commendam, clarè patet ex præfatis: & quia ratio præcipua dictorum iurium est resistentia, & animarum cura, quæ etiam militat in casu commendarum.

22 Septimò pro hac sententiã facit, quia ad hoc vt dispositio tex. in d. c. de multa. de præben. habeat locum, sufficit sola retentio secundi beneficii curati, quamuis in eo non acquiratur ius, ut est exemplum in violento possessore, ut probat text. in c. cum qui. de præben. lib. 6. & dictũ fuit supra in precedenti c. 13. num. 20. ergo clarè sequitur, quòd dispositio dictorum iurium in d. c. de multa. & in d. extravaugati execrabilis. lo. XXII. debet etiam habere locum in casu commendarum. ex quibus fundamentis & aliis breuitatis causa ommissis sustentabilis videtur hæc conclusio.

Pro parte autem negatiua, nempe quòd pœna tex. in d. c. de multa. & in dicta extravauganti execrabilis. non procedat in commendatariis plura etiam adduci possunt.

23 Imprimis: quia verba intelligi debent in famosiori significato, ut probat text. in l. 1. in §. vlt. cum ll. seq. ff. si ager uctigalis, & in l. si duo patroni. §. 1. ff. de iur. iur. & Bal. in l. cum mort. col. 2. uersic. vltimus oppono. C. de transac. & ita tenet per multa iura, quæ adducit Tiraq. in lib. de retract. conuent. §. secundo, in glo. prima, numero 8. sed uerba, recipere beneficium, posita in dictis iuribus habent famosiorum significationem, si comprehendant beneficium in titulum quàm si comprehendant beneficium in commendam, ergo in hac significatione sunt accipienda.

24 Secundò pro hac parte facit: quia verba prædicta, recipere beneficium, cum effectu sunt intelligenda, ut probat textus in l. prima, §. hæc uerba. ff. quod quisque iuris, & Baldus, in l. vltima, §. in computatione. columna vltima, C. de iure deliberan. & in l. si quis aliquid. §. testamentum. ff. de pœnis, & in l. secunda, §. primo. ff. quemadmodum testamen. aperien. nam quod caret effectu, nomine etiam caret, vt in l. cum præcibus, C. de probatio. quam sententiam tenet gloss. in capitulo admonere trigesima quinta quaestione secunda, ergo præfata verba, recipere beneficium, posita in dictis iuribus debent intelligi de recipien. beneficium cum effectu, nempe quòd efficiatur Dominus, & habeat uerum titulum, quod considerari nõ potest in commendatario, prout patet ex supra adductis.

25 Tertiò pro hac sententiã facit: quia verba intelligi

telligenda sunt secundum subiectam materiam vt in l. si stipulatus. ff. de vsur. & gloss. in ca. 2. de for. compet. & Panor. in c. si diligenti. col. 8. in glo. in verb. perdat. de for. compet. & And. Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. nu. 36. C. de reuoc. donat. & in tracta. de retract. ligna. §. 1. in glo. 1. o. nu. 34. ergo præfata verba, recipere beneficium, considerando quod posita sunt in tit. de præben. intelligi debent secundum subiectam materiam de beneficio habito in titulum perpetuum, non autem de beneficio in commendam.

26. Quarto facit: quia quamuis de iure antiquo beneficia in titulum & beneficia in commendam æquiparentur quoad incompatibilitatem, vt supra prædictum est: tamen pœna, quæ imponitur in dictis iuribus, nempe in c. de multa. & in extranag. execrabilis. non debet extendi ad beneficia in commendas. & est ratio, quia pœna imponitur ipso iure in dictis iuribus. & hæc quidem pœna, quæ iure ipso imponitur, non extenditur ad æquiparata de iure antiquo, vt probat gloss. in verb. parrochialis, in c. licet canon. de electioni. lib. 6. quam ad hoc expendit, & dicit singulariter Fran. de Aret. in l. 2. ad ff. de leg. 1. vbi etiam dicit ad hoc facere tex. in c. 1. & quod ibi no. scribitur. ne clerici vel monaci. lib. 6. & tenet Andr. Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. reuertatur, numero 304.

27. Quinto facit: quia in pœnalibus non debet fieri extensio de vno casu ad alium, vt latè supra dictum est in cap. 11. num. 6. & latè tractat Andr. Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. libertis. numero primo, cum multis sequē. C. de reuocan. donat.

28. Sexto facit pro hac sententia, quia non solū verba legis sunt inspicienda sed etiam mens, vt probat text. in l. si ancillas. in fi. ibi. nec verbis, nec voluntati defuncti accommodata hæc sententia est. ff. de leg. 1. & text. in l. ab omnibus. in fin. princip. ff. eod. tit. ibi. cum hæc significatio verborum non repugnet huic sententia, & voluntas testatoris congruat, & tex. in l. merita. ff. de manumiss. testam. ibi. nec contextum verborum totius scripturæ testamenti, neque mentis testatoris eam esse, quæ iura ad hoc commēdat Ias. in d. l. si ancillas. quam legi. cum l. si ancillas. ff. de legat. 1. & Ias. in l. si quis stipulatus sit Stichum. in tertio not. ff. de verb. oblig. est & alius tex. notab. in l. talem. §. 1. in fi. ff. de hered. instituen. cum dicitur: non enim hunc casum testatorem voluisse excludere palam est: nec verba omnino repugnant, & in l. miles. §. quidam. ff. de adult. ibi. opinionem quidem tuam & verba legis & sententia adiuvant. & in l. vlt. ff. qui petat tutores. ibi. neque verbis, neque sententia constitutionis in pœnam incidit. & in l. impuberem. §. vlt. ff. ad l. Corneliam de falsis. ibi. neque ver-

bis senatus consulti, nec sententia continetur, & in l. tertia. in princ. C. de adult. & in l. diui. ff. de iurepatr. ibi. magis visum nepotem, neque verbis neque sententia, ex quo fundamento videtur dicendum, quod non solū verba dictorum iurium sunt inspicienda, sed etiam mens Romanorum Pontificum, quæ verisimiliter circa beneficia in titulum versatur:

Septimo & vltimo facit, quia in dictis iuribus agitur de irregularitate in pœnam accipientis plura beneficia curata incompatibilia, vt patet ex dicta extranag. execrabilis, & dictum fuit in c. præcedenti, nu. 80. sed irregularitas non cōtrahitur, nisi in casibus à iure expressis, vt est rex. singularis in c. is qui. de sent. excom. lib. 6. & tenet Butr. Imol. & Philip. Fran. in c. dilectus de appell. Ergo non cōtrahitur in hoc casu, quādo quis obtinet plura beneficia incompatibilia in commendas, quia hoc non est expressum in iure, ac proinde sequitur, quod tex. in d. cap. de multa. & in d. extranag. execrabilis. non habeat locum in hoc casu.

30. Ex quibus omnibus supra dictis patet propositam quæstionem esse maxime dubiam, & pro vtraque parte habere non minima argumenta. resolutiō tamen distinguendum est: quia aut loquimur in commēda temporali, & in hoc casu tenenda est vltima sententia, quod non habeat locum pœna dictorum iurium. Aut verò loquimur de commēda perpetua seu ad vitam, & in hoc casu tenenda est prima opinio, quod pœna dictorum iurium habeat locum in commēda. Pro qua concordia videtur expressus tex. in Concil. Tridentin. in sess. 7. in c. 4. cuius verba sunt. Quicumque decetero plura curata, aut aliis incompatibilia beneficia Ecclesiastica, sine per viam vniōnis ad vitam, siue commēda perpetua, aut alio quocumque nomine, & titulo contra formam sacrorum canonum, & præsertim constitutionis Innoc. III. quæ incipit, de multa. recipere ac simul retinere presumpserit, beneficiis ipsis iuxta ipsius constitutionis dispositionem ipso iure, & presentis canonis vigore priuatus existat. In quo tex. clarè probatur, quod ad hoc vt habeat locum pœna contra obtinentes plura beneficia in commēdam, requiritur quod commēda sit perpetua. vnde si sit temporalis, non debet habere locum dispositio dictorum iurium. Secundò pro hac concordia facit text. in clem. 1. de offic. vicar. cuius verba sunt. Quæ de Ecclesiis curam animarum habentibus per receptionem aliarum similium amittendis, ac de ipsarum Rectoribus promouendis ad sacerdotiū & de eorum ætate à iure statuta non observantur, in perpetuis parrochialium Ecclesiarum vicariis, & assuptis ad eas uolumus obseruari. Ex quo tex. clarè colligitur, quod pœna à iure imposta contra obtinentes plura beneficia curata non habeat locum

locum contra Vicarios eorundem beneficiorū, nisi præfati Vicarii sint perpetui. Vnde idem dicendum est similiter in casu nostro, nam in esse etiam idem videtur Vicarius, quod commendatarius. Imo maiorem facultatem habet Vicarius ad tempus, quàm commendatarius: nam commendatarius ad tempus, ut supra dictum est, non facit fructus suos, quod videtur secus in Vicario, si non assignetur ei certa portio. Tertio pro hac distinctione, & concordia faciunt, quæ supra diximus in illa quæstione, vtrum commēdatarius dicatur habere titulum canonicum.

## S V M M A R I V M.

1. Quis dicatur Vicarius.
2. Quando vnio sit, relinqui solet vicarius in beneficio vnio.
3. Multis modis constituitur vicarius, numero 3. cum seq.
4. Fructus intelliguntur deductis expensis.
5. Bona Ecclesiæ vacantia ad aliquem pertinentia intelliguntur deductis expensis.
6. Vicaria constitui potest dupliciter, vel ad tempus vel ad perpetuum.
7. Duae vicaria perpetua sunt incompatibiles, numero 19. cum seq. ubi assignantur rationes, & ampliatur conclusio duobus modis, numero 14. & 15.
8. Prædicta constitutio limitatur duobus modis, numero 17.
9. An prima vicaria perpetua vacet ipso iure per obtentionem secundæ vicariæ perpetuæ.
10. An pœna à iure statuta contra obtinentes plura beneficia curata habeat etiam locum contra obtinentes plures vicarias perpetuas.
11. Vtrum possit quis beneficio deseruire per Vicarium, remissiuè.

## De incompatibilitate duarum vicariarum perpetuarum. Cap. XV.



RO faciliori declaratione est aduertendum, quod Vicarius lato sumpto vocabulo dici potest, qui vices alterius gerit, seu in alterius locum, administrationem, vel curam suscipit: ut in l. Vicarius. ff. de legatio & p. suscipit seu subrogato in locum alterius accipitur ut in l. 1. C. de seru. Reipublicæ manumittit. ibi quod is, quem dederas Vicariū, & etiam intelligit ibi Azo in summa dicens, quod debet alium seruū loco nec velle sui dare, Hostien. in summa de offic. vicar. in 1. q. vers. quis sit Vicarius. Io. Andr. in

c. Romana. nu. 12. ver. item officialis. de appell. lib. 6. & Card. in clem. vnica. in 2. q. nu. 3. de offic. vicar. & hinc est, quod Vicarii nomen in ff. acceptum inuenitur pro seruo, qui Vicarius seruus dicitur, & maior seruo in familia seruit. l. si in re. §. si. ibi. eiusque Vicarius & c. & postea ibi. de dere Vicarium & c. ff. de noxalibus, & in l. si noxali. §. deniq. & in l. si seruus meus ordinarius Vicarios habeat. ff. de peculio, & de hoc seruo Vicario loquitur gl. in l. si seruus nauē. in verb. alter. ff. de fur. & in l. miles. §. decem. in verb. pecuniariam. & in ibi Ias. in fin. d. §. & in hoc significatione accipitur in tit. de offic. vicar. in C. & gloss. in l. 1. ibidem inquit, quod loquitur de Vicario præfecti, & Azo in summa declarat, quod præfecti habebant Vicarios suos in ciuilibus causis audiendis & terminandis, sicut & magister militū habebat Vicarium in negotiis militaribus. & vicariatus erat dignitas penes Principem, & in l. vni ca. C. de comitibus, & ibi glo. in verb. Vicarios, & in verb. vicaria. dicit, quod Vicarius æquiparatur comiti, & Duci, lib. 1. & in iure canonico ampla est materia vicariarum: quādoquidem summus Pontifex Dei Vicarius est, prout etiam fuit beatus Petrus, in c. quanto. post princ. de transl. Epif. & in c. vbi periculum. §. ceterum. ibi. cum agitur de creatione Vicarii Iesu Christi, & in c. fundamenta. in §. decet. post mediū, de electio. lib. 6. & in c. vt nostrum, vt Ecclesiastica beneficia. & Rom. Pontifex non puri hominis vices, sed veri Dei gerit: qui adæquare potest quadrata rotundis, prout dixit Hostien. in c. nouit. de iudic. & latè Spēc. in tit. de legat. §. nunc ostendendum est. num. 51. vers. 89. ipse est successor Petri & Vicarius Iesu Christi, & ita primum locum circa Vicarios Pontifex Romanus habet. secundum autem locum obtinet Vicarius ipsius Papæ, de quo habemus tex. in c. penul. de offic. vicarii, vbi videndus est Io. Andr. & Abb. qui disputant, an habeant iurisdictionem intra censuram militare, & an habeat iurisdictionem in subditos titulis Cardinalium, & an possit Vicarium facere alium, & an possit absolueret excōmunicatos aliunde venientes ad curiam, & videndus omnino est Io. Franc. Pauin. in tract. de offic. & potest. cap. sed. vacan. in 1. o. q. 2. parte princ. nu. 35. & seq. in verb. nunc restat subicere aliqua de Vicario Papæ. & postea nu. 44. agit de fiscalibus Vicario Papæ concedi solitis, quod quid scribentes supra relati concludunt, quod Vicarius Papæ iurisdictionem habet ordinariam. Tertio locum obtinet Vicarius generalis Imperatoris, qui solet privilegia amplissima habere & rescribit seu disponit cum clausulis ex certa sciētia, & ex plenitudine potestatis, de quo Vicario omnino videndus est Cuma. in consil. 158. incip. visis instrumentis & c. per totum, qui latè agit de hoc Vicario generali Imperatoris. Quarto locum



obtinere vicarii temporales Ciuitatis, terrarū Oppidorum, seu locorum à Papa, vel Imperatore constituti, & præfati præfici solent ad vitam se ad secundam, vel aliam generationem, & de his vicariis Papæ seu Imperatoris loquitur Bar. in tract. de Tyranni. num. 34. in q. 10. & Dec. in consil. 341. incip. viso puncto. col. 5. versu. circa primam concessionem, fuit constitutus Vicarius Argentæ &c. & Franc. Pavinus in d. tracta. de offic. & potest. capi. sede vacan. in fi. post nu. 44. & ibi ponit formam constitutionis huiusmodi vicariorum, etiam multa aduertens quantum locum Vicarii Patriarcharū, primatum, Archiepiscoporum, qui omnes sunt ordinarii, & appellatur etiam officiales, circa quos est aduertendum, quod de stylo Romanæ Curie quādo præfatis Vicariis scribitur pro materiis seu expeditionibus concernentibus Italiam, Vngariam, Dalmatiam, Epiron, siue Albaniam, Sclauoniam & Corsicam. Cancellaria semper utitur hoc termino Vicarius, dicens. Dilecto filio Vicario venerabilis fratris nostri Episcopi Bononien. in spiritualibus generali. Sed quando scribitur pro præfatis expeditionibus concernentibus partes vltimontanas, scilicet vltra montes Alpinos, nempe Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Angliam, & Africam nominatur præfatus Vicarius officialis his uerbis uidelicet. Dilecto filio officiali Ispalen. & hac est forma uera, qua prætermittit litteræ seu bullæ non carent suspensione falsitatis: put. notatur in practica Cancellaria, quæ est approbata, & illis super his datur fides, & est in fol. mihi 54. in ver. in salutatione non ponitur ordo &c. & de Vicario Archiepiscopi sub hoc nomine officiali loquitur tex. in c. dilectæ. de appel. & in c. 1. in fi. de offic. ordin. lib. 6. in uer. ex hoc, ubi loquitur de officialibus omnium Metropolitanorum, & an iste officialis, & Vicarius in omnibus sit idem, & idem possit, uideatur Federic. de Sen. in consil. 302. incip. Reuerende pater. num. 4. de Vicario seu officiali Episcopi plura iura loquuntur maxime tex. in c. licet, & in c. fin. de offic. vicar. lib. 6. & in c. 2. de consuet. lib. 6. & quid possint præfati vicarii seu officiales Episcopi, uideatur latè per Io. de Firmo in tractat. de Episcop. in 7. part. 4. lib. rubr. de vic. Episcopi, & Federic. de Sen. in d. consil. 302. num. 3. & Rot. decif. 378. incip. fuit dubitatum, utrum vicarius, in nou. & Mil. in repert. in uerbo, Vicarius Episcopi habet unum & idem consistorium, & in uerbo, vicarius in temporalibus potest esse laycus, & alia infinita exempla vicariorum assignari possunt, quæ breuitatis causa omitto. Et hinc vicaria seu vicariatus dicitur dignitas, officium, seu beneficium præfati vicarii.

Ad rem autem nostram deueniendo scire oportet, quod quando unio sit accessorie in be-

neficio unito, relinqui solet uicarius perpetuus qui illi deseruiat beneficio, & is, qui habet beneficium unitum, non debet illi deseruire per se, per tex. in cap. extirpanda. §. qui uerò, de præben. & in cap. 1. eod. titu. lib. 6. & in c. unico, de capell. Monac. eod. lib. & Panor. in ca. G. perpetuus de fid. instrum. & scriben. in clem. unica. de offic. vicar. nisi in unione fuerit dictū, quod non constituatur Vicarius perpetuus, sed per se deseruire is, qui unitum habet, possit, nā fundationes & constitutiones in unione appositæ seruandæ sunt, prout determinat Bonifac. in clem. unica, de offi. vicar. in colum. vlt. vel nisi fuerint duæ principales Ecclesiæ unitæ eque principaliter: tunc enim unus est beneficiarius curatus utriusque, & nō tenetur constituere vicarium perpetuum in altera, sed ad tempus, videlicet quando ipse illi non seruiat, ut in ca. & temporis 16. q. 1. & in cap. 1. ubi not. docto. ne sede uacant. & interdum Papa dispensat, ut habens istas duas Ecclesiās tenes diebus dominicis & festis duas dicat missas, unam in una, & alteram in altera, ut docet Hostien. & alii scribē. in c. consuluit. de celebratione miss. licet aliās regulariter presbyter non possit duas celebrare eodem die missas: quia Christus semel passus est, ut in c. sufficit. de consecrat. dist. 1. & in d. c. consuluit. de celebra. missarum.

Vel aliter & secundò debet constitui Vicarius, quando Religiosi uel seculares ex dispensatione Papæ habent Prioratus regulares, quibus est annexa cura animarum, ut in clem. unica, de supplen. negligentia Prælatorum, & in clem. ne in agro. §. ceterum. de statu monac. & decif. Rot. 228. incip. nota quod ubi, in antiq. ubi probatur, quod Prior habet curam animarum in actu & exercitio, ut in clem. unica, de offic. vicarii.

Præterea & tertio, quando beneficium est unitum mensæ capituli, uel Episcopi potest & debet deseruire beneficio per Vicarium, ut inquit gl. in uerb. ad mensam, in clem. 1. de excess. Prælat. glo. & doctor. in clem. 1. de rescrip. & in clem. unica, de rescrip. & de supplen. neglig. Prælat. & decif. Rot. 260. incip. nota. glo. in antiq. & nisi in unione fuerit creatus Vicarius perpetuus, poterit constitui temporalis. Id attendenda erūt uerba unionis, & deseruiendi consuetudo, & ad mensam censetur unitum beneficium, quando spiritualia & temporalia sunt annexa, ut inquit gl. in uerb. ad mensam, in d. cle. 1. de excess. Prælat. & scriben. in c. ut super. de reb. eccles. non alie. uel quando hoc exprimitur in unione, uel obseruantia, & consuetudine longissimi temporis scilicet per 40. annos, ut in c. cum de beneficio. de præbend. libro sexto, & in cap. de quarta, ubi doctor. de prescrip. & gloss. in clem. per literas de præben.

Præterea, & quarto solet constitui uicarius, qui

qui exerceat animarum curam: quoniam uerus Rector beneficii curati hoc habet ex priuilegio consuetudine, seu præscriptione, argumento eorum quæ supra dicta sunt in c. præcedenti. in fi. num. 58. in declar. 18. & uideatur probare tex. in extrauag. execrabilis. Ioann. XXII. de præben. prop. fi. ibi. in quibus est animarum cura nō per Vicarios perpetuos &c. & clarius id probatur in Concil. Trident. in sess. 25. in c. 16. de reformar. quod quidem Concilium optima consideratione præcipit, quod præfato Vicario infra certum tempus assignetur congrua portio arbitrio ordinarii, quod si id commode fieri non possit, aut infra dictum terminum factum nō erit, cum primum per cessum vel decessum Vicarii, seu Rectoris, aut quomolibet alteri eorum uacauerit, beneficium curam animarum debet recipere, & uicaria nomen cessare, & in antiquum statum beneficium restitui, alios multos casus, in quibus constituitur Vicarius, ponit Io. de Selua in tractat. de benefi. in 4. par. in q. 6. ubi ponit 25. casus.

Et similiter multis aliis modis solet uniri beneficium: uel concedi in perpetuum alicui Ecclesiæ, fabricæ, monasterio, dignitati, uel beneficio alteri curato, siue simpliciter, & tunc temporis regulariter loquendo, præfata unio seu concessio debet intelligi deductis expensis necessariis, tam Vicario, quam aliis rebus congruentibus, ut in c. præfati. de off. ordin. lib. 6. & in c. propter. de rescrip. lib. 6. & in c. si tibi concessio. de præben. eod. lib. nisi in unione esset reseruata tertia pars, uel quarta fructuum Vicario, tunc enim intelligitur, non facta expensarum deductione, sed de integris fructibus illius tertiam, uel quartam partem habebit Vicarius, ad similitudinem decimæ c. tua, & in c. pastoralis. de decimis, ut inquit Rebuff. in praxi benefi. tit. de Vicariis perpetuis, num. 10.

Et ratio, quare quando sit unio, seu concessio præfata debet intelligi deductis impensis necessariis pro dicto Vicario, & aliis rebus, ea est: quia cum præfata unione transeunt temporalia, nempe fructus beneficii, seu Ecclesiæ, & fructus secundum ius intelliguntur deductis expensis, & lex aut statutum uel alia quævis dispositio loquens de fructibus intelligitur deductis huiusmodi impensis, ut uoluerunt glo. Bart. & Ang. in l. in fundo ff. de rei uendic. & gloss. in §. ex diuerso. in uer. certè illud, & ibi doct. in fit. de rer. diuis. gl. in c. cū antea. in uerb. fructus. & ibi Bar. col. 2. de pignor. Jacob. de Are. Bar. & Alex. qui multa adducit, & alii recentiores in l. fructus. per illum text. ff. solut. matri. idem Bar. in l. cum queritur. §. ult. ff. de legat. 3. & in consil. 186. incip. Cuciarelus. & Speculator in titu. de expensis in §. 1. in uer. expensæ igitur. & Salic. in l. si quis sciens. C. de rei uendic. & Bald. in l.

1. col. 3. per illum text. & ibi quoque Ang. C. de fructibus. & litium expen. & in l. neque. ad fin. C. de competen. iud. adit. & in c. cum M. Ferrari. col. 2. uer. si ibi prouentus. de constitut. & in ca. ad nostram. il primo in 4. notab. per illum text. ubi est etiam bonæ gloss. de iureiur. & Fel. ibidem col. prima, & secunda, & Pau. Castren. in consil. 239. incip. super hoc facto. col. ult. lib. 1. & Frā. Aret. in consil. 17. incip. consideratis. col. 9. uer. intelligimus tamen, & multa in proposito hoc adducens ita resoluit Andr. Tiraq. in tractatu de retract. lignag. in §. 1. in gl. 1. per totam gl. ubi hanc conclusionem ampliat & limitat multis modis, & idem Andr. Tiraq. in tract. de primogenitura, in q. 74. num. 7. & Didac. de Co-uarru. in lib. 1. variat. resoluti. c. 3. num. 3. & Petrus Duenas in tractat. regul. & fallen. in regul. 387. quod procedit, & verum est, etiam si in præfatis unionibus dicatur, quod fructus integri ueniuntur, quia nihilominus necessarii deduci expensæ, ut determinat Cassian. in consuetud. in fol. 104. col. 3. quem refert & sequitur Ant. Gabr. in lib. 4. comm. conclus. in titu. ad Trebellianum, in conclus. 15. numer. 2. & ante eos ita tenuit Bald. & Salic. in l. prima. colu. 2. C. de fruct. & lit. expen. per tex. opt. in l. prima, in uerbo fructus integros. C. de his, quibus ut indign. nam ibi dicitur, quod hæres, qui inultā reliquit necem testatoris hæreditatis fructus cogitur integros reddere, ut male fidei possessor, sed aliis pluitibus probatur, possessorem malæ fidei expensas deducere, ut inquit Bal. & Salicet. in d. l. si quis sciens. C. de rei uendic. & hanc sententiam tenet & sequitur Franc. de Aret. in l. diuortio. §. vlt. col. 28. uer. pro intellectu. ff. sol. matri. idem Aret. & Alex. qui tamē distinguit inter dispositionem legis, & hominis in d. l. fructus. ff. eod. tit. & allegant etiam ipsi Alexan. & Ias. tex. in l. diuortio. eodem titu. quæ lex loquitur de fructibus integris, & tamen intelligitur deductis impensis, per dictam l. fructus. quæ loquitur in eodem casu, & idem quoque uoluit Corn. in consil. 189. incip. uidetur in hac. colu. uer. non obstat, quod dixi. lib. 1. & Carol. Ruy. qui nuncupatim damnat illam distinctionem Alexan. in consil. 62. col. 2. lib. 1. aliqui autem in hoc contrarium tenent, quos refert Andr. Tiraq. in d. §. 15. in gl. 1. num. 9. eorum sententia amplectens, & respondens ad dicta iura, & facit pro Tiraq. communis illa sententia, quæ habet, quod si testator mandat restitui integrā hæreditatem, censetur prohibita quarta Trebellianica, ut resoluit Ant. Gabr. ubi supra nu. 1. tenendum tamen est in nostro casu, prout in 1. opt. p. iura supra adducta nu. 5. nisi expressè claris uerbis aliud appareat ex unione.

Et hinc est, quod bona Ecclesiæ uacantis spectant ad aliquem per priuilegium, uel consuetudinem,

nem; intelligitur deductis impensis, salariis famulorum, & oneribus, per tex. expressum in ca. presentis. in §. porro. de off. ord. lib. 6. quæ tex. ad hoc expedit gl. in c. si tibi concessio. in verb. fructus, de preben. eo. lib. 6. quæ ex hoc declarat illo. rex. Dominic. in consil. 78. incip. formatur ista. col. vit. ubi ex hoc declarat illud text. & dicit generaliter, appellationem fructuum Ecclesiæ intelligi deductis expensis ministrorum, & onerum, & videtur est Bal. & Ang. & Raphael Comē. & Pau. Castrē. & alii recētores in l. nō amplius. in prin. ff. de leg. 1. qui dicunt, qd si ex statuto de beat solui gabella ex legato, intelligit de eo, qd superest deductis expensis, per illud tex. & idē tenet Ang. in l. ciuitatib. de leg. 1. & Firmā. in tracta. gabellarum. in §. par. 8. par. prin. in 2. q. las. in d. l. non amplius, ubi late.

- 8 Prædicta tamen vicaria in casibus præfatis, & aliis similibus constitui potest dupliciter, vel temporalis, vel perpetua: ut inquit Card. in cle. vnica. in q. 3. cum seq. nu. 4. & seq. de off. Vicar. Mil. in repert. in verb. Vicarius temporalis. & Fel. in d. c. G. ppetuus. col. 1. de fid. instrumē. & Vicarius ppetuus ille dicitur, qui assumit à Monachis ad curam populi in eorum Ecclesiis cum institutione Episcopi: tales enim necessariò debent esse ppetui, & consuetudine vel statuto quouis in contrarium non obstante nequeunt à præfatis Ecclesiis amoueri ad voluntatem monachorum: sed solummodo priuari possunt ab Epō ex causa rōnabili, ut probat tex. in c. vnico. de capell. monac. lib. 6. & Præterea vicaria perpetua dicitur, quando in vnione beneficii fuit ita dispositum, uel cum ex priuilegio, vel consuetudine, vel prescriptione facta fuit vicaria ppetua, & tales in rescriptis Papæ vocantur vicariæ perpetuæ. Vicaria temporalis dicitur, quæ solummodo ad tps, vel ad voluntatem constituentis fit. primū exemplum est, quando quis habet duas Ecclesias parochiales æquē principaliter unitas: tunc enim vnus est curatus utriusq; & non tenetur constituere Vicarium perpetuum in altera sed ad tps, videlicet quando ipse illi non vult seruire: ut probat tex. in c. & tēporis. 1. 6. q. 1. & in c. 1. ne lect. vacan. secundum exemplum est, quando vnitur beneficium simplex: tunc, n. non solet constitui Vicarius perpetuus sed tēporalis, ut dicunt glo. & scriben. in clem. unic. de off. Vic. & Gemin. in consil. 86. incip. in causa Traietē. tertium exemplū est, quando beneficium est vnitum mensæ capituli, uel Episcopi: tunc enim potest constitui Vicarius temporalis: ut inquit glo. in verb. ad mensam, in clem. prima. de excessib. prælat. & gloss. & doct. in clem. prima. de rescript. & in clem. vnica. de supplen. neglig. Prælat. & tenet Petrus Rebuff. in tit. de Vicar. perpet. in praxi beneficio rum, num. 7. Quartum exemplum est, quādo vicariæ perp etuæ uniantur: tunc enim vicaria fit

temporalis: quoniam ad nutum possidentis instituitur Rector: ut inquit Rot. in decis. 174. in nou. & Ioa. Bertach. in repertorio in verbo Vicarius. il primo, post num. primū, in versū. Vicaria perpetua potest uniri. & tenet Petr. And. Gamb. in tractatu de officio & auctoritate legati de laterc. lib. 5. in titu. de potestate legati in unien. numero 102.

- 9 Quibus præmissis constituitur conclusio, qd si duæ vicariæ perpetuæ sunt incompatibiles: ut probat tex. in c. 2. de off. Vicarii, cuius verba sunt. Prouideas attētiue, ne in Episcopatu patiaris aliquem plures vicarias habere: quia cū Vicarij teneantur personis & Ecclesiis deseruire, alienū est ab ordine iuris, ut vicariam quis habeat, præter unam, & ibi not. glo. in verb. plures. Anchar. Butt. Panor. & alii scribentes\* communititer, & idem probat tex. in clem. 1. de off. Vicar. cuius verba sunt. Quæ de Ecclesiis curam animarum habentibus per receptionem aliarū similitum amittent, & de ipsarū Rectoribus p mouendis ad sacerdotium, & de eorum ætate à iure statuta noscuntur: in ppetuis Ecclesiarū parochialium vicariis & assuptis ad eas volumus obseruari, & ibi not. gl. in verbo ppetuis, quam sequuntur alii scribentes communititer, & idem probat tex. in clem. 1. & not. scriben. in c. extirpandæ. in §. qui uerò. de præben. & Benedict. Capra in regu. 90. num. 25. & Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum, in tit. de dispensat. ratione ætatis, in §. uel earum perpetuæ vicariæ. & tenuit Io. Nicol. in tractat. de pluralitat. beneficio in c. 1. num. 22. cum seq.

- 10 Ratio præfata conclusionis assignatur in d. c. 2. de off. Vicar. quia Vicarii tenentur in Ecclesiis, in quibus constituti sunt, personaliter deseruire, & cū sit impossibile, quod quis possit duabus Ecclesiis deseruire. hinc est, quod ipsæ vicariæ perpetuæ sunt incompatibiles, & quod iura loquentia in beneficiis habeant locum in vicariis perpetuis, probatur in c. pastoralis. de rescript. & illa iura, quæ in parochialibus loquuntur Ecclesiis, habet etiam locum in his vicariis perpetuis, ut probat tex. in hoc expressus in cle. vnica. de off. Vic. & facit tex. in c. Michael. de filiis presby. ubi probatur, quod filius presbyteri non potest ordinari ad vicariam perpetuam, in qua pater ministravit, sicut non potest ad illud beneficium, in quo pater ministravit, præfici, ita tenet Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de Vic. perpetu. num. 14.

- 11 Facit etiam pro ratione quia Vicarius perpetuus dicitur habere titulum in beneficio, ut tenet Panor. in c. ad hæc. de off. ordin. dicens, quod id, quod debetur Vicario, non est pensio sed beneficii ei perpetuò constitutum, & hanc sententiā sequitur, Io. Nicol. in tractatu de pluralit. benefic. c. 1. nu. 37. & sequitur similiter Petr. And.

And. Gamb. in tract. de offic. & potest. legati de laterc. lib. 6. in tit. de dispens. nu. 10. & Petr. Rebuff. in praxi benef. in ti. de vicar. perpe. nu. 15. pro qua sententia facit i. rex. in d. clem. 1. de offic. vicar. ubi disponitur idem circa perpetuam vicariam, quod dispositum est de iure circa beneficium curatū, & ita tenent, etiam quouis gl. in verb. remouere. c. ad hæc. de off. ordin. dicat, qd vicarius habet ius vicariæ: non tamē dicitur habere Ecclesiam quoad titulū: quia solus Prælat. eam habet in titulū. Si ergo hēt titulū Vicarius, idē dicitur est d. eo, qd de bñficio curato.

- 12 Ex quo deducitur, qd Vicarius perpetuus nō potest remoueri: etiā si Rector principalis moriatur, ut probatur in c. ad hæc. de offic. vicar. & Panor. & alii scriben. in c. extirpandæ. §. qui uerò. de præben. qd cum vicaria sit beneficiū, ut dictum est, beneficia ppetua esse debent, ut in c. sanctorū 7. dist. gloss. & scriben. in c. si. de tempo. ordin. lib. 6. Imo, qd fortius est, Vicarius ppetuus à Monachis ad eorū Ecclesias parochiales, & ab Episcopo institutus remoueri non potest ab Ecclesia ab ipsis monachis, non obstante consuetudine, vel statuto quouis in contrariū faciēte, sed si aliqua causa rationabilis existat, pp quam Vicarius debeat priuari: tunc temporis Episcopus poterit priuare Vicarium vicaria præfata, si cut alium quemlibet beneficiarū suo beneficio ut probat tex. in c. vnico. de capell. monac. lib. 6. sed si præfati monachi habeant priuilegium à sede Apostolica, qd possint amouere Vicarios ppetuos ex causa rationabili, poterunt tunc temporis amouere, ut tenet gloss. in verb. consuetudine, in d. ca. vnico. de capell. monac. & est rō; quia ibi solummodo derogatur consuetudini, vel statuto, non autem priuilegio, clarē probat in illo tex. & in derogatione consuetudinū vel statutorum non comprehenditur derogatio priuilegiorum, cum sit diuersum priuilegiū à consuetudine uel statuto.

- 13 Secundò deducitur ex præfatis qd Vicarius debet honorari in loco & in aliis sicut is, cuius vicēs gerit, ut not. Hostien. in proemio suæ summæ, & est casus vnicus in c. pcpimus. 93. dist. quem tex. reputat singularem Rom. in suis singularibus. in litera. V. in verbo Vicerektor. & faciunt notata per Alex. de Imol. in rub. ff. de officio eius cui mandata est iurisdicctio, col. 8. & Abb. in c. sanē. il secondo, & in c. cum olim. de offic. delegat. & Barbat. in dicto c. sanē. & faciūt notata in c. grādi. de supplen. neglig. Prælat. lib. 6. & Vicarius iste perpetuus debet gaudere priuilegiis, quibus gaudet monasterium & Ecclesia, cui est beneficium unitum, arg. tex. in l. quæ religionis. ff. de rei uenid. & locum tenens deputatus ab eo, qui posuit Rectore, uel iudicem eodem gaudet priuilegio, quo rector ipse, ut in l. seu si hæc. in si. ubi Ias. ff. de in ius uocan. & si

Ecclesia sit exempta, similiter & Vicarius, erit exemptus, per c. per exemptionem, de priuileg. lib. 6. & ita resoluti Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de Vicar. perpe. ex quibus omnibus clarē colligitur ratio decidendi ad conclusionem nostram, quæ habet, quod duæ vicariæ perpetuæ sunt incompatibiles.

- Ampliatur præfata conclusio in hunc modū primo loco, s. qd non solum duæ vicariæ perpetuæ sunt incompatibiles, sed et vicaria ppetua est incompatibilis cum beneficio curato, ut probat expressus text. in c. i. de offi. Vicar. cuius uerba sunt. Quia igitur non est canonicum, ut qui curam animarum in diuersis habet Ecclesiis, Vicarius in alienis existat, mandamus quatenus si est ita, præfatum presbyterum ad petitionem prædictæ vicariæ desistere compellatis. Et ita tenent scribentes in d. c. 1. & tenet etiam Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de dispensat. ratione ætatis, in §. uel earum perpetuæ vicariæ. & tenet Bonif. in clem. 1. de off. Vic. num. 3.

- 15 Ampliatur secundo præfata conclusio, ut uera sit etiam in vicaria, & rectoria eiusdem, quæ quidem sunt incompatibiles, & penes vnum minime possunt esse, sicut pprietas, & usus fructus ut in l. uti frui. ff. si usus. petatur, & tenet Egid. de Bellamera in decisione. 162. incip. Monasterium, & Petr. Rebuff. in praxi beneficii in titu. de dispensat. ratione ætatis, nu. 9. alias multas ampliationes collige ex ampliationibus supra adductis in c. 13. de incompatibilitate duorum beneficiorum curatorum, nam cum beneficia curata & vicariæ perpetuæ æquiparentur, idē dicendum est de uno, quod de alio.

- 16 Declaratur primò præfata conclusio qd ut nō procedat in vicariis temporalibus, quia huiusmodi vicariæ non sunt incompatibiles, sicut ppetuæ vicariæ, ut declarat gl. in verb. ppetuis in clem. vnica. de offic. Vicar. ibidem scriben. & gl. in extrauag. execrabilis Ioa. XXII. in tit. de pbe. in verb. temporales Vicarios, & ita resoluti Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de dispensat. ratione ætatis, in §. uel earum ppetuæ vicariæ.

- 17 Declaratur secundo præfata conclusio qd ut nō procedat in vicariis nō curatis, sed simplicibus huiusmodi enim vicariæ non sunt incompatibiles. Exemplum est in vicaria perpetua Ecclesiæ Cathedralis vel metropolitanae, vel collegiatæ prout inquit Petr. Rebuff. in d. §. uel earum ppetuæ vicariæ. & faciunt notata per Bonifac. in dicta clem. vnica, de off. ordi. num. 13. & 27. qd procedit, & est verum, nisi specialiter ex fundatione, vel statuto continua requireretur residētia in huiusmodi vicariis: tunc, n. sunt incompatibiles: ut declarat præfatus Rebuff. ubi supra prope fin. & alias plures limitationes, & declarationes collige ex supra adductis in c. 13. in tit. de incompatibilitate duorum beneficiorum curatorum:

limitationes enim ibidem adductæ conueniunt in hoc casu, vt supra dictum est.

- 18 Dubium tamē est. Vtrum ꝑ sicut beneficium curatum primum vacat ipso iure per obtentionem secundum beneficij, vt supra latē dictum est in c. 13. ita similiter vacet ipso iure prima Vicaria perpetua per obtentionem similis Vicariæ. In qua quæstione breuiter dicendum est, quod vacat ipso iure: vt clarē ꝑbat text. in cle. 1. de offic. Vicarij, vbi clarē disponitur, q̄ iura loquentia de amittendis beneficiis curatis per receptionem aliorum curatorū locū habent in Vicarijs perpetuis, sed vacatio in curatis beneficijs ipso iure inducitur, vt latē probatū est in d. c. 13. supra ex text. in c. de multa. de præben. & ex text. in extrauag. execrabilis Ioā. XXII. de præben. ergo similiter inducitur ipso iure vacatio in Vicarijs perpetuis, & ita tenendum est in Vicarijs perpetuis curatis, de quibus loquitur text. in dicta clem. vnica de off. Vicarij.
- 19 Ex quibus inferitur, quod ꝑ pena text. in extrauag. execrabilis. Ioā. XXII. de præben. debet locum habere contra ꝑfatos Vicarios perpetuos, sicut contra obtinētes beneficia curata, vt tenet glo. in verb. amittendis. in d. clem. vnica, de offi. Vicar. quam ibidem sequuntur scribē. maximē Bonifac. de Vitali. ibidem nu. 43. & ponderat pro hac snia text. in d. extrauaganti, quatenus loquitur contra obriantes officium, seu beneficium ecclesiasticum curatum. Sed Vicaria est officium seu beneficium ecclesiasticum curatum: vt patet ex supra adductis, ergo debet habere locum in vicaria perpetua.
- 20 Vtrum ꝑ possit quis in beneficio seruire per Vicarium, tractabitur latē in c. 18. & ad ibi dicenda me remitto.

## S V M M A R I V M.

- 1 Dignitas, personatus, seu officium est incompatible cum beneficio curato.
- 2 Per obtentionem vnus, vacat aliud ipso iure.
- 3 Pœna, de qua in extrauaganti execrabilis, habet locum, quando quis obtinet dignitatem, personatum, seu officium, cum beneficio curato.
- 4 Prædicta incompatibilitas vtrum procedat si dignitas, personatus, seu officium non sit curatum.
- 5 Pœna ipso iure non extenditur ad exæquata, seu equiparata.
- 6 Constitutio, quæ aliàs extenditur, non debet extendi, quando pœna imponitur ipso iure.
- 7 Episcopus non potest dispensare contra hanc incompatibilitatem.
- 8 Obtinens prædictam incompatibilitatem non facit fructus suos.
- 9 Pœna, quæ ipso iure statuitur, transit in hæredes numero 19.

- 11 Prædicta pœna ex incompatibilitate proueniens non potest commutari ab Episcopo.
- 12 Hæc incompatibilitas ampliatur multis modis, vsque ad num. 14.
- 15 Consuetudo contra prædictam incompatibilitatem non procedit.
- 16 Prædicta incompatibilitas declaratur, & limitatur quatuor modis, vsque ad nu. 19.

## De incompatibilitate dignitatis, officij, personatus cum beneficio curato.

## Cap. XVI.



AM supra in c. 7. nu. 1. declaratum fuit, quid esset dignitas, personatus & officium, & in quo differrent, & præterea c. 13. nu. 1. cum seq. declaratū similiter fuit, quid esset beneficium curatum, quibus præmissis statuitur hæc conclusio, q̄ dignitas, officium, vel personatus est incompatible, seu incompatible cum beneficio curato: vt clarē probatur in c. 3. de offi. ordin. lib. 6. quod incipit ordinarij. ibi. personatū aut dignitatē cū alio beneficio, cui cura similis est annexa, & not. ibidem gl. in verbo personatū & alij scribentes, & similiter probat hanc sniam text. in extrauag. execrabilis. Ioā. XXII. de præben. ibi, qui verò deinceps receperit dignitatē, uel personatū, seu officium, aut aliud beneficiū aiarum curam habens annexam, & ibi not. gl. in verb. si mile, & probat text. in clem. gratiæ. de rescip. & ibi not. Bonif. num. 17.

Ampliatur præfata conclusio primo modo: vt procedat adeoꝝ q̄ obtentionē beneficii curati vacat dignitas, officij, personatus, & econtra, & hæc vacatio inducitur ipso iure, vt probat ꝑfata iura, & text. de iure Hispaniæ in l. 3. in ti. 16. in partit. 1. & tenet Io. de Lignano in trac. de plural. benef. nu. 1. cū seq. & Curiel. in trac. de plural. benef. & Bernard. Diaz de Luco in sua practica crimin. c. 42. & tenet hanc sniam gl. Pano. & scriben. omnes in d. c. de multa. de præben.

Ampliatur & secundò ꝑfata conclusio, vt vera sit ꝑ pœna à iure imposita in d. extrauaganti execrabilis, habet et locum in nostro casu contra eum, qui obtinet dignitatē, seu personatū, vel officium cum beneficio curato, vt clarē probat text. in d. extrauaganti Io. XXII. & no. expref sè ibidem gl. in verb. simile. dicens, q̄ ad habendam pluralitatē idē iudiciū est de dignitate, officio, vel personatu, q̄ est de beneficio curato, faciūt ea q̄ supra adduximus in c. 13. nu. 79. & 80.

Ampliatur & terriò præfata conclusio, vt vera sit ꝑ etiam si dignitas, uel personatus, seu

seu officium sit sine cura, nam nihilominus si obtineatur cum eis vel eorum quolibet beneficium curatum incurritur pœna dictæ extrauag. execrabilis, vt in terminis expressis tenet gl. in verb. simile. in d. extrauag. dicens quod quoad habendam pluralitatem ex dispositione illius tex. idem iudiciū est de dignitate, officio vel personatu non curatis, quod de habentibus animatum curam, per text. in c. de multa. in §. hoc idem, de præben. cuius verba sunt. Addentes, vt in eadem ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiam si curam non habeant animarum, & hanc sententiam amplectitur Staphileus in tracta. de liter. gratiæ & iustitiæ, in titu. de qualitatē & statu beneficii. nume. 41. hæc tamen sententia quamuis à prædictis scriben. amplectatur, mihi tamen durissima videtur. nam quamuis fatear esse incompatibilia dignitatem, seu officium, personatum sine cura cum alio beneficio curato, & quamuis ipso iure inducatur vacatio, tamen respectu pœnæ dictæ extrauagantis execrabilis. non videtur vera doctrina gl. & Staphil. vbi supra.

Primò quia quamuis à parti procedant dignitas, personatus & officium sine cura & beneficium curatū ꝑ pœna tamen ipso iure imposita non extenditur ad exæquata, seu equiparata, vt tenet glo. in cap. licet canon. in verbo parochialis. de electio. lib. 6. quam ad hoc expendit & di cit singularem Franc. de Aret. in l. 2. ad fin. ff. de legat. 1. vbi etiam dicit, quod ad hoc facit text. in ca. 1. & quod ibi not. scrib. ne cleric. vel monac. lib. 6. quod confirmat sententia Ioan. de Imo. in c. vltimo, de consti. vbi dicit, quod constitutio iuris antiqui declaratoria habens nouā pœnam non debet extendi, quando pœna imponitur ipso iure.

Facit secundò pro hac sententia ꝑ quia constitutio, quæ aliàs extendi posset, non tamē extendi debet, cū pœna ipso iure imponitur, etiā si eadem ratio sit, vt voluit Ioan. Andr. in c. odia. col. 2. vers. in contrarium, & in col. 3. in responsione primi contrarij, de reg. iur. lib. 6. per text. in §. pœnæ. de pœnitent. distin. 1. & per text. in l. penul. ff. de pœnis, vt tenet Bal. in l. de quibus. col. 1. 2. ver. restat videre de prærogat. ff. de legibus. & Panor. in cap. vlti. de iure patro. & in canon. magnopere. col. 3. vers. & per hoc, & istum tex. ne cler. vel monac. & Philipp. Deci. qui Bal. citat in c. translatio. in l. lectu. colum. vlti. vers. sic septimò, in pœnis. de consti. & ita videtur tenendum contra prædictos.

Ampliatur & quartò prædicta conclusio, vt vera sit, adeoꝝ quod Episcopus non potest dispensare contra prædicta, nempe q̄ clericus, qui obtinet dignitatem, personatum, seu officium cum beneficio curato nō priuatur ipso iure beneficio, seu dignitate, quæ prius obtinebat, vel

quod non incurrat pœnas dicti capituli de multa. & d. extrauaganti. execrabilis. si vtrumque voluerit obtinere. Et est ratio, quia quando canon imponit pœnam non permittens expressè, nec etiam negans posse ab Episcopo dispensari. Episcopus non potest dispensare, quando pœna imponitur ipso iure, vt tenet Ant. in c. at si clerici. in §. de adulter. de iudic. post Archid. in c. sicut. 1. 5. distinc. imo quamuis aliàs generaliter permittatur Episcopo dispensare, non censetur permilla dispensatio, quando pœna imponitur ipso iure, secundum Archid. in c. licet canon. de elect. lib. 6. & est optima ratio, quia post sententiam non potest Episcopus aut alius iudex dispensare, vt inquit text. in l. diui fratres. ff. de pœnis, & in c. ideo. 2. q. 7. & viden. est Panor. in c. at si clerici. in §. de adulter. col. 2. vers. fic. & hoc intelligo, & ibi quoque Franc. Aret. & Felyc. 2. vers. fallit primò. & Phil. Deci. colum. 4. vers. præfata conclusio.

Ampliatur & quintò præfata conclusio, vt vera sit, adeoꝝ quod beneficiarius, qui ipso iure priuatur primo beneficio curato, seu dignitate per obtentionem secundum in casu nostro, non facit fructus suos, & obligatur in foro conscientie ad restitutionem eorum, vt supra dictū fuit in c. 13. nu. 6. 1. & in c. 4. nu. 10. & quod fortius est, hæredes ipsius clerici tenentur ad restitutionem prædictorum fructuum.

Est ratio, quia ꝑ pœna, quæ ipso iure statuitur, in hæredes transit, vt inquit glo. in l. si quis iniquum. §. quod autem ait. & ibi Bart. Bal. Ange. Pau. Castren. & Alex. & Soc. qui id dicit singulare, & ferè omnes scribentes per illum text. ff. quod quisque iuris, & tenet Bart. in l. 1. in colum. 1. ff. de priuat. delictis. & in l. ex iudiciorū. circa medium. ff. de accusat. & in l. 1. §. sed hæc constitutio. circa medium. ff. de calumniatoribus. Bal. Ange. & alij scriben. in l. 1. C. ne ex delictis defunctorum. Bal. in l. quæ sub conditione. §. vlti. in fi. ff. de condit. instit. vbi dicit singularem illam glossam, & in l. qui à latronibus. §. 1. circa med. ff. de testam. & in rubr. C. de priuat. delict. col. pen. vbi dicit illam glossam singularem, & idem Bald. in l. vlti. colum. 2. vers. item opponi videtur. & ibi etiam Ioan. de Plat. col. 2. C. de iur. sis. lib. 10. & idem Bal. in l. imperiali. §. in super. col. vlti. & ibi etiam Iaco. Aluar. & Cardi. Alexan. col. 2. in titu. de prohibit. feud. alien. per Feder. Saly. in l. C. si reus vel accusatus mortuus fuerit. Pau. Castren. in auth. hoc amplius. col. 2. in text. ibi excluditur. C. de fideicom. & Bart. in l. 1. ff. de priuat. delict. Rapha. Fulgo. in consil. 24. incip. humanissime. in fine. & Alex. in l. quarta tale. colum. 2. ff. sol. matr. Ange. Aret. in §. interduum. colum. 1. ad fi. institutu. de hære. quæ ab intestato deseruitur, & idem Aret. in §. non omnes. col. 3. in vers. tertio opo-

pono. & in versicu. 2. casu. in situ. de perpet. & tempor. action. & Pet. de Ancha. in c. 1. in nota. 1. de recri. lib. 6. & in c. cum secundū. post prin. de hæret. lib. 6. & Panorm. in c. dilecti. col. 4. de arbit. & in c. vlti. col. 3. ver. item si donatio. & rursus col. sequen. versu. sed quoad argumentum glo. de donat. & Phil. Deci. in l. pupillum. §. in heredes. in 2. fallen. ff. de reg. iur. & Iacob. de S. Georgio in l. si quis maior. col. penu. & ibi etiam Thom. Parpal. in repetit. in 5. quæstio. in versu. secundus casus. Hyeron. Cagnol. in repet. numero. 1. 4. 5. C. de transact. & multos scribentes adducit And. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. num. 296. cum seq. pro qua sententia est tex. in l. commissā. ff. de public. & in cap. cum secundū. de hæret. lib. 6. iuncta l. 1. & ibi Barr. ff. de priuat. delict. & text. in l. Caus. ff. ad Senatū. con. Syll. & in l. commissā. ff. de public. & vestigal. quem tex. ad hoc expendit Ro. ibi. & ratio colligitur ex ipso textu ibi. Nam quod commune est, statim definit esse eius, qui crimen committit, & ita tenendum.

10. Contrariam tamen sententiam primo quod etiam si pœna incuratur ipso iure, hæredes nō tenentur ad restitutionem, neque contra eos fieri potest declaratio, tenet Imol. in c. fin. col. 6. versu. 2. potest obijci. & ibi Barb. in col. 5. de donat. & Bald. sibi contrarius in l. vlti. col. 1. versu. glosa arguit. C. de reuocat. donat. quem ibidem sequitur Franc. de Rip. in q. vlt. in col. etiam vlti. & Cur. Iun. in tract. feudorum, in q. penul. quarta par. princip. col. 2. versu. aliud tamen. & Petr. de Ancha. sibi quoque contrarius, in cap. 2. col. vlti. de confes. lib. 6. & Iaf. qui solus in hoc videri voluit in l. omnimodo. in fin. in versu. sed contrarium. C. de inoff. testam. Sed apparet manifestè contrariam sententiam esse communem. Pro concordia autem dici potest, quod prima opinio procedat in pœna incurta ipso iure, in qua hominis ministerium non requiritur, secus quādo requiritur etiam factum hominis, & ita intelligatur, secunda opinio, hanc concordiam assignat Barr. in l. 1. ff. de priuat. delictis, & Io. de Ana. in cap. in literis. col. 1. versu. & de predictis. de rapt. & Anto. Gabr. in lib. 7. com. conclusi. in conclus. 35. nu. 18.

Sexto ampliatur præfata conclusio, vt vera sit, adeo quod præfata pœna, quam incurrit beneficiarius obtinendo dignitatem, vel personatum, vel officium cum curato beneficio non potest commutari ab ipso Episcopo in aliam pœnam & ratio est manifesta, quia pœna, quæ à iure ipso infligitur in aliam pœnam permutari non potest, per tex. in l. palam. in fin. ff. de ritu nupt. & ita tenuit Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. col. vlti. ver. vltius circa nostram. ff. de his qui notan. in fam. l. lectu. & Andr. Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. nu.

mero 433. C. de reuocat. donatio.

Ampliatur septimo præfata conclusio, vt vera sit, adeo quod si quis fuerit spoliatus dignitate, officio vel personatu, & acceptet beneficiū curatum, & id obtineat pacifice, vel econuerio, censetur renunciare spolio, & priuati iure, quod habebat ad spoliū, prout patet ex superioribus adductis in c. 13. nu. 1. cum seq.

Ampliatur octauo prædicta conclusio, vt vera sit etiam si is, qui adeptus est secundum beneficium curatum, vel dignitatē, seu officium, vel personatum expressè protestatur, quod nō intendit renunciare, seu dimittere primam dignitatē, officium, personatum, vel beneficium curatum, & est ratio, quia huiusmodi protestatio tanquam contraria factio nihil releuat, vt in c. cum M. Ferrar. de constit. & in c. vt qui duas. de elect. lib. 6. & quia protestatio tunc releuaret, quando vacatio induceretur ex voluntate ipsius protestantis. at verò in casu nostro inducitur vacatio prædicta ab ipsomet iuris dispositione, contra quam nihil valet protestatio, quia nemo potest facere, quod ius commune non habeat locum in sua dispositione vel facto, vt probatur clarè ex adductis à scriben. per tex. ibidem in l. nemo potest. ff. de lega. 1. & faciunt ea, quæ supradicta sunt in d. c. 13. nu. 24.

Ampliatur nono præfata conclusio, vt procedat in eo, qui occupat vi, seu iniuste scienter se intrudit in beneficium curato secundo, vel dignitate, officio, seu personatu, quia ipso iure censetur priuatus primo beneficio curato, seu dignitate, vel officio, seu personatu per text. in c. eum qui. de preben. lib. 6. & argumento eorum quæ supra adduximus in c. 13. nu. 20.

Ampliatur decimo præfata conclusio, vt procedat, etiam stante consuetudine in contrarium, nempe quod dignitas, personatus, seu officium possit obtineri simul cum beneficio curato, quia non obstante hac consuetudine obtineri non poterunt præfata. & est ratio, quia hæc consuetudo periculosa est animabus, & non tenenda, vt in c. fin. de consuetud. & in c. non satis. & in c. cum in ecclesiæ. de simon. & in c. vlt. de pœnitent. & remiss. & quod sit periculosa animabus, clarè probatur in cap. quia nonnulli. de cleric. non residen. & præterea hæc consuetudo perniciofa esset ecclesijs, & grauamen eis inferret, nam priuaret cura & seruitio debitis ipsi ecclesijs, quo casu talis consuetudo non est obseruanda, vt probat tex. in c. 1. de consuetu. circa quam ampliationem omnino videnda sunt, quæ supra adduximus in d. c. 13. nume. 24. cum seq. non est tamen omitendum, quod si dignitas, officium, aut personatum non haberet aliquam animarum curam, seu residentiam necessariam in ecclesia Cathedrali, & consuetudo disponeret, quod prædicta possent simul obtine-

ri, in hoc casu non videtur hæc consuetudo grauamen inferre ecclesijs, neque periculosa animabus, & ita posset præfata dignitas, officium, seu personatus simul obtineri cum beneficio curato, quod non est sufficiens ad sustentationem eorum. quæ disponit nouissimè Concil. Trident. in Sess. 24. in c. 17. ibi. quod quidem si ad vitam eius, cui confertur honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Alias autem plures ampliationes colligere poteris in d. c. 13. nu. 14. vsque ad nu. 32.

Declaratur primo præfata conclusio, vt non procedat, quando quis vellet obtinere cum dignitate, officio, seu personatu beneficium curatum habitu tantum & non actu, nam tunc cessantibus alijs impedimentis & prohibitionibus posset obtinere, quia non censetur incompatibilia per ea, quæ supra adducta sunt in d. capit. 13. nume. 10. & 11. & nu. 33. vbi dictum fuit, hanc esse communem opinionem, quod appellatione beneficij curati quoad pœnam & dispositionem tex. in c. de multa. & in extranag. ex. crabilis. Io. XXII. non comprehenditur beneficium habitu tantum curatum, & non actu.

Secundo declaratur præfata conclusio, vt non procedat, quando quis accepit secundam dignitatem, personatum, seu officium, vel beneficium curatum calore iracundiæ, tunc epim pœnitere potest, & nō censetur vacare primum beneficium curatum, vt Ioan. Andr. dicit in ca. de multa. de preben. & ibidem Panor. col. 3. in ver. extra casum. & glo. & Cardi. in cle. 1. in oppositione 1. de off. Vicarij, & Fely. in c. sicut. ex literis. col. vlti. de diuor. & Tiraq. in tracta. de pœni. temperan. aut remitten. in causa prima. nume. 29. & est ratio huius conclusionis, quia facta seu dicta calore iracundiæ irrita sunt, & nullius momenti, vt probat tex. in l. 3. cum glo. ff. de diuor. & est tex. & ibi gl. & Bar. in l. quicquid. ff. de reg. iur. & videnda sunt superius adducta in c. 13. nu. 35.

Tertio declaratur præfata conclusio, vt non procedat, quando obtinens dignitatem, personatum, seu officium accepisset secundum beneficium curatum, vel econuerio, sine licentia superioris dignitatis primæ, seu officij, vel personatus, tunc enim non vacat, & est ratio, quia licet dignitas vacauerit respectu eius, qui accepit beneficium curatum, non tamen vacat quoad superiorem, vt inquit glo. in ca. de multa. de preben. & argumento eorum, quæ notantur in c. admonet. & in c. quod in dubijs. de renunc. & ita tenendum est cum communi sententia, secundum Bened. Caprā in tract. regu. in regu. 90. num. 45. & 46. & supra dictum est in c. 13. nu. 36.

Quarto declaratur prædicta conclusio, vt non procedat, quando is, qui accepit beneficium curatum, & eius possessionem apprehendit, ignorabat se prius obtinere dignitatem, officium, personatum, vel econuerio, vt puta quia dignitas fuit collata suo Procuratori ipso ignorante, iuxta dispositionem tex. in cap. si tibi absent. lib. 6. & in c. accedens. de preben. libro 6. tunc enim nō vacat dignitas, officium, seu personatus. Sed datur eidem optio, prout disponit elegans tex. in c. gratia. de rescrip. lib. 6. & est ratio, quia stante ignorantia obtentionis primæ dignitatis impossibile est, quod censetur quis renunciare eidem per adeptionem beneficij curati, vt supra dictum est in d. c. 13. nume. 37. ubi multa dicta sunt circa hanc ignorantiam.

Aliæ plures limitationes, seu declarationes colligi poterunt ex adductis in d. cap. 13. num. 33. vsque ad nume. 58.

## S V M M A R I V M.

1. Quæ beneficia de iure requirant residentiam, cum seq. vbi de Patriarchis, Primitibus, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs habentibus ius Episcopale, & inferioribus beneficiis.
4. Vtrum valeat consuetudo, quod canonici & portionarij non teneantur ad residentiam. numero 5. & 20.
5. Vtrum valeat consuetudo, quod quis recipiat in absentia distributiones quotidianas. nume. 6. cum multis seq. vbi ponitur regula cum multis ampliationibus & limitationibus.
16. Quis dicatur infirmus.
17. Senes vtrum inter infirmos commenerentur.
18. Senectus quo pacto cognoscatur, iudicis arbitrio relinquitur.
21. Beneficia curam animarum habentia residentiam requirunt.
22. Vtrum valeat consuetudo, quod in curatis non teneatur quis residere personaliter.
23. Illa beneficia requirunt residentiam, quæ de statuto, consuetudine, privilegio eam habent.
24. Simplicia beneficia vtrum de iure requirunt residentiam. nu. 25. 26.
26. Vtrum valeat consuetudo, quod in simplicibus non teneatur quis residere.
27. In impetratione beneficij debet fieri mentio, & beneficium requirit residentiam.
28. Vtrum possit quis ex iustis causis à residentia excusari. nu. 29.
29. Quando quis est dispensatus super pluralitate, excusatur à residentia, et quo pacto id procedat.
30. Duo beneficia simplicia, quorum vtrumque requirit residentiam, sunt incompatibilia cum communi sententia.
31. Rationes prædictæ communi sententia assignantur nu. 32. limitatur nu. 34. cum seq.

- 33 *Dignitas, officium, seu personatus non potest obtineri cum alio simplici requirente residendam.*
- 39 *Primum vacet ipso iure primum beneficium simplex residendam requirens propter adeptionem secundi similis.*
- 40 *Ex identitate rationis expressè etiam in penalis debet fieri extensio de vno casu ad alium.*
- 41 *Multi casus, in quibus ipso iure vacat beneficium simplex residendam requirens propter obtentionem secundi beneficii simplicis residendam requirentis, num. 48. cum multis seq.*
- 43 *Quamuis regulariter primum beneficium simplex etiam residendam requirens ipso iure non vacet per obtentionem secundi similis, datur tamen optio beneficiario, ut eligat quod voluerit.*

*De incompatibilitate duorum beneficiorum simplicium requirentium residendam.*

Cap. XVII.



VIA acturi sumus de beneficiis, quæ residendam requirunt, necessarium erit investigare, quæ beneficia requirant necessariam residendam de iure communi, quia multa sunt, quæ præfatam residendam requirunt, de eis specialiter erit agendum.

- 1 Imprimis Patriarchæ, Primates, Metropolitanæ, etiam alij Episcopi, ac alij, qui habent ius Episcopale debent & tenentur necessariò residere, ut tenet Thom. Campeg. in opusculo de residentibus, & Gaetan. in tracta. de pastor. residentibus. & Iacob. Naclatus in eod. tracta. & Barth. Caranc. in lib. de necess. resid. Episcop. & Dominic. de Soto in lib. 2. o. de iustit. & iur. q. 3. per rot. q. 6. & nouissimè ita statutum est in Sancto Concilio Tridentini in Sess. 6. in c. 1. de reformatione. & scripti in tract. de cleric. & eorum exempt. à potestat. seculari. in c. 1. o. nu. 14. in ver. prædictis tamen non obstant. vbi aliqua fundamenta. adduxi, quæ in presentiarum breuitatis causa misit facio.
- 2 Præterea & secundo loco dignitas, officium, seu personatus de iure communi requirit similiter residendam, quod clarè probatur, quia dignitas de iure communi, propriè loquendo, est administratio quædam rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione secundùm communem sententiam. Panormitan. in c. de multa. nume. 21. de præben. Personatus verò est quædam prærogatiua in ecclesia sine iurisdictione, ut habere stallum in choro honorificè præ alijs, vel quid simile, officium autem est administratio rerum ecclesiarum sine iurisdictione, ut latè dictum est

supra in cap. 7. sed exercitium præfatorum fieri nequit sine residenda, ergo clarè patet, quòd requirunt residendam præfata omnia, ut in specie tenet Pan. in c. ad hæc. de præben. & ibi not. Philip. Deci. nume. 30. & est text. expressus in d. c. ad hæc. cuius verba sunt. Illud est omni rationi contrariū, ut vnus clericus in vna vel diuersis ecclesijs plures dignitates vel personatus obtineat: cum singula officia in ecclesijs assiduitatem exigant personarum.

3 Præterea & tertio loco, obtinentes in ecclesijs Cathedralibus, seu Collegiatis canonicatum & præben. tenentur ad residendam, ut tenet Abb. in c. peruenit. de appell. & ibi not. Philip. Deci. nu. 1. & probat text. in c. inter quatuor. in prin. de clerici. non resid. & ibi not. Abb. & alij scriben. & nouissimè ita statutum est in d. Concilio Tridentini in Sess. 24. in c. 12. de reformatione. & Sess. 23. in c. 1. de reformatione. de qua conclusione non est dubitan. quia ultra præfata in hoc probat text. in c. cum ad hoc. & in c. ad audientiam. & in c. decætero. cum multis similibus, de cleric. non resid. & idem etiam dicendum est respectu portionariorum, qui similiter ad residendam tenentur, ut probat text. in cap. cum ad hoc. de cleric. non resid. ibi. Absentes canonicos, & assisios reuocatos ad residendum in ecclesia supra dicta, & ibi no. glo. in verb. assisios, & de iure nouissimo Concilij Tridentini ita probatur in Sess. 24. in cap. 1. ibi. Præterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus, aut Collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas aut portiones.

4 Sed dubitatur, vtrum & valeat consuetudo, quòd canonici, aut portionarij non teneantur ad residendam, sed recipiant fructus in absentia. Et breuiter dicendum est, quòd de iure communi valida est consuetudo, per text. & glo. in c. cum omnes. de constit. & ibi Panorm. & alij scriben. & Philipp. Deci. in prin. & glof. in c. dudum. il secundo, de elect. in fine. & Inno. per text. ibidem in cap. cum iam dudum. de præben. & glo. in clem. gratia. de rescri. & in cap. gratia. de rescri. lib. 6. & Cæsar Lambert. in tract. de iure patro. in 2. lib. in 1. parte. in artic. 15. in 7. q. princip. & tenet multa adducens Duen. in tract. regul. & fallen. in reg. 134. vbi limitat sex modis. & ita de consuetudine Italiae canonicatus non requirit residendam, & canonicus facit fructus suos in absentia.

Hæc tamen consuetudo sano modo intelligenda est ita & quòd canonicus mediante consuetudine possit percipere fructus præbende in absentia non autem oportet percipere quotidianas distributiones in absentia, neque consuetudo contraria valet, quam conclusionem probat expressus text. in cap. primo. & ibi glo. & scriben. de cleric. non resid. lib. 6. & tenet Philip. Deci. in c. cum omnes. de constit. numero 2. & idem

idem tenet Henric. in si. verbis, ibidem & Fely. etiam & Paul. Paris. latè in consil. 32. in lib. 4. pro qua sententia facit, quia licet aliquis sit priuilegiatus, ut percipiat fructus beneficii non residendo, tamen non percipiet distributiones quotidianas, ita concludit latè Calderinus in consil. 221. & Fely. in c. Iacob. de sim. nume. 1. & facit etiam. nam illi, qui finguntur residere, si non residet, non percipiunt distributiones quotidianas, ut in ca. decætero. & ibi scribentes de clericis non resid. Tandem, quòd non valeat consuetudo, ut quis percipiat in absentia distributiones quotidianas, est communis sententia; prout affirmat additionator Deci. Syluest. Aldo brandinus in d. c. cum omnes. nume. 2. & nouissimè hoc idem statutum est in Concilio Tridentini. Sess. 24. c. 12. de reformatione.

6 Et quæ dicantur propriè distributiones quotidianæ, & hanc regulam declarat Per. Pan. Paris. in consil. 33. nume. 1. volu. 4. & in consil. 32. nume. 6. eod. lib. Stephan. Bertran. in consil. 235. nu. 5. vol. 2. primæ impressionis, Marc. de Mantua in consil. 131. per totum, post Oldr. in consil. 140. & Boer. in deci. 17. Aug. Bero. in q. 114. per totam, & videt. est Couar. in lib. 3. variarum resolut. ca. 13. nu. 2. & Petr. Duen. in reg. 134. in fallen. seu limit. 6.

7 Et ista conclusio, quòd & in absentia non possit canonicatus, seu alius quotidianas distributiones percipere mediante consuetudine, ampliatur primo modo, quòd non valet talis consuetudo, quæ habet, quòd obtinentes plures canonicatus in diuersis ecclesijs recipiat distributiones quotidianas in vtraque ecclesia, licet in vna tantum resideat, ita determinat Cardin. in cle. vi. in §. illi verò. nume. 18. de æta. & qualita. & videndus est Didacus de Couar. in d. lib. 3. variarum. in c. 13. nume. 6. an autem si quis habeat canonicatum & dignitatem possit percipere duplices distributiones quotidianas, per potius simplices declaratum fuit supra in c. 13. nu. 16.

8 Ampliatur secundò præfata conclusio, ut vera sit, etiam si consuetudo fingeret absentes residere in ecclesia, nã nihilominus non percipiunt distributiones quotidianas, ut probat text. in c. decætero. & ibi doctor. de cleric. non resid. & tenet glo. in verb. affuerit in cap. 1. de cleric. non resid. libro sexto. & tenet Petr. Duen. in tracta. regul. & fallen. in regula, 206. in ampliacione tertia.

9 Ampliatur & tertio præfata conclusio, & ut non valeat consuetudo, quòd canonici residentes, qui infra annum non promouentur ad ordines, quos beneficia per eos retenta requirunt, percipiant distributiones integras. nam lex canonica, quæ subtrahit illis dimidiam partem derogat consuetudini, ut probatur in clem. vt ij qui, in ver. ipsi que, de æta. & quali. & Roch.

de Curt. in tract. de consuetudine, num. 482. & alia tres ampliaciones colliguntur ex text. in d. c. 1. de cleric. non resid. lib. 6. prima est, ut procedat, etiam si consuetudo disponat, quòd præfentes in loco percipiant distributiones quotidianas, licet non intersint diuinis. secunda est, quòd idem habet locum in mortuorū annuatijs. tertia est, quòd etiam virtute huius consuetudinis non acquiritur dominium, ut hæc tria considerat sigillatim Pet. Duen. in dicta regu. 206. in ampliacione 3.

Ampliatur quarto, ut procedat in consuetudine immemorabili, nam quamuis aliàs sublata consuetudine non censetur sublata immemorabilis, ut latè dixi in tract. de clericis, & eorum exempt. in prima par. in c. 15. nu. 6. tamen quæ consuetudo, ut iniqua auferatur, & reprobaratur, censetur similiter immemorabilis sublata, ut ibi dictum fuit, & in hoc casu tenet Couar. vbi sup. nu. 5.

Declaratur tamen primo modo dicta conclusio, ut procedat in generali consuetudine, secus autem si esset consuetudo specialis priuilegiata aliquem ex aliqua iusta causa, ut distributiones quotidianas possit in absentia percipere, nempe quando abest ex aliqua causa maximè necessaria ipsi ecclesie seu vili, tunc enim possit rectè percipere præfatas quotidianas distributiones, ut resoluit Philip. Deci. in c. cum omnibus. in 2. lectura, in 1. nota. in si. de consti. quem refert & sequitur Didacus de Couar. in d. lib. 3. variarum. c. 13. nu. 5. in si. in ver. tertio eadem ratione, & Petr. Duen. in d. tract. regu. & fallen. in reg. 206. limitat. prima. pro qua sententia facit, quia sublata consuetudine potest de nouo introduci ex noua iusta causa, seu veteri non considerata, prout tenet Panor. nu. 24. in ca. si. de consuetu. & ibi Roch. de Curt. nume. 528. & idem Panor. in c. 2. nu. 8. de proba. vbi not. scriben. & hæc est sententia communis secundùm Franciscum Viui. in lib. 1. comm. opi. in verbo consuetudo, & Emanuel Xarez in thesauro receptorum, verfic. consuetudo, numero 286. post Didacus de Couar. in d. libro 3. variarum. ca. 13. numero quarto.

Declaratur secundò, ut & licet præfata consuetudo non valeat: tamen valet consuetudo, quòd distributiones quotidianæ diuidantur inter eos, qui intersunt officio diuino certis horis, licet non intersint omnibus horis, & ita tenet Cardin. in clem. vt hi qui, §. 1. post gl. ibi in ver. certis. q. 17. de æta. & qualita. & ibidem hanc sententiam sequitur Imo. & Roch. de Curt. in repeti. c. si. de consuetud. nume. 485. & ita tenet Petr. Duen. in tracta. regu. & fallen. in reg. 206. in limit. 2. & hinc sequitur, quòd valebit consuetudo, quòd ipsæ distributiones quotidianæ inæqualiter diuidantur inter horas canonicas, ita



vt plus qui in una hora presentes sunt, quam qui in alia acquirant.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando  
 12 † esset dubium in iure, an tales distributiones deberentur aliquibus absentibus, tunc enim cōfuetudo interpretatiua dicti iuris dubij valeret, vt determinat Philipp. Deci. in d. c. cum omnes. de constit. nu. 2. adducens sententiam Bal. in consil. 53. quod reperitur inter consilia Cardin. & incipit, dico quod ista quotidiana distributiones & facit doct. Ant. de Butr. in c. cum dilectus. de consuetud. vbi inquit, quod licet non valeat statutum Episcopi contra ius, tamen vallet statutum interpretans ius commune, & ista declarationem tenet Andr. ab Exea in d. c. cum omnes. nu. 50. in fi. Roch. de Curt. in d. c. fin. de consuetud. nu. 128. & sequitur Pet. Duen. in d. regu. 206. in limit. 3.

13 Declaratur & quarto præfata conclusio, † vt non procedat, quando talis consuetudo induta esset sciente & patiente Papa, quia tunc talis consuetudo generaliter & indistincte valebit et quoad distributiones quotidianas, quia ex tali scientia & tolerantia Papæ dispensatio inducitur, vt resoluit Panormit. in consil. 94. in 1. parte, & Ant. de Butr. ac ceteri scriben. in c. accedentes. de prescrip. & hanc opi. tenet Andr. ab Exea in c. cum omnes. num. 52. de constit. & Couar. d. lib. 3. variarum. c. 13. nu. 5. in fi. & Pet. Duen. in d. reg. 205. in limit. 5. est tamen aduertendum, quod ex hac scientia & tolerantia Rom. Pontificis tunc temporis inducitur dispensatio, quando ipse Romanus Pontifex dicit, se tolerare, seu dissimulare, non tamen quando tantum conuenit, ita tenet Fely. in c. 1. col. 6. de tregua & pa. dicens hanc esse communem sententiam, & Didac. de Couarr. in lib. 4. de sponsal. in 2. par. in c. 6. in §. 10. num. 15. & Emanuel Suarez in thesau. recep. sent. in verb. dispensatio, nu. 84.

14 Declaratur & quinto, vt non procedat quando consuetudo veller, quod habens duo officia in eadem ecclesia distributiones quotidianas illis officijs annexas recipiat, & sic quod vnus recipiat duas distributiones quotidianas in eadem ecclesia, ita tenet Bald. inter consilia Cardin. in consil. 53. in num. 6. & ibi Cardi. de Zabarel. in subscriptione illius Consilij, eandem opinionem tenuit ante eos Io. And. in c. cum olim. de re iudic. vbi Fely. hanc dicit esse communem sententiam, & eum sequitur Couarr. in d. lib. 3. variarum. c. 13. nu. 6. & in hac sententiam inclinat Pet. Duen. in d. regu. 206. & ita tenent, est, quamuis And. ab Exea in d. c. cum omnes. de constit. nu. 51. nihil diffiniat, sed relinquat cogitant.

15 Declaratur sexto † vt non procedat, quando aliquis beneficiarius esset infirmus taliter, quod ex morbi impedimento non potest personaliter diuinis officijs interesse, tunc enim valet con-

suetudo, quod percipiat distributiones quotidianas in absentia, vt probat tex. in c. 1. de cler. egrotante vel debilitato, & text. in l. arboribus. §. de illo. ff. de usufruct. & ita resoluit Didac. de Couarr. in d. l. 1. variarum. c. 23. num. 8. & Pet. Duen. in d. reg. 206. in limita. 7. faciunt adducta ab ipso Pet. Duen. in reg. 63. in d. tracta. regul. & fallent.

16 Et † quis dicatur infirmus ad hoc, vt possit percipere dictas distributiones, iudicis arbitrio relinquatur secundum Abb. Panor. sententiam, in c. quoniam frequenter. nu. 19. vt lit. non contesta. quam sententiam approbat Bald. in auth. sed si quis ab aliquo. nu. 13. C. de testib. & Luc. de Penna in l. vnica. col. 2. C. de mend. vali. lib. 11. & Socy. seni. in consil. 244. col. 4. in lib. 2. & Marsilius in l. quæstionis modum. num. 29. ff. de quæstio. & Gemin. in c. 1. de cler. agrot. lib. 6. & Socy. in c. quoniam frequenter. col. 4. vers. tertio declaratur, vt lit. non contesta. & ita resoluit alia adducens Iacob. Menoch. in tract. de arbit. iudi. quæst. in lib. 2. in centur. prima. in cas. 60. nu. 5. cum alijs seq. ex quibus apparet idem etiam dicendum esse in beneficiario multum senes, quia senectus ipsa per se morbus est, vt inquit Comicus, & Marc. Tullius Cicero in oratione Quinti Mutij inquit. Et ille senectutis morbus non equidem incidens est & transiens, & ita inter infirmos senes enumerantur, vt inquit Abb. in c. magna. col. 1. de voto, dū dixit, statutum loquens de infirmis in senibus locum habere, & probatur in c. j. in §. fin. autem Episcopus. de cleric. egrot. lib. 6. vbi dispositum in Episcopo egrotante, vt possit coadiutorem impetrare, statutum etiam est in Episcopo senio egrotante, quod respondit etiam Paris. in consil. 29. nu. 68. in lib. 2. Contrarium tamē sententiam imo quod inter valerudinarios & infirmos senes non connumerentur, clarē tenet Felyn. & Soci. Sen. in d. c. quoniam frequenter. ex illo text. & Gomez. in regul. Cancell. de infirm. resig. vbi multa adducit dicens, regulam illam locum non habere in senibus resignantibus, qui verē infirmi non dicuntur, & sequitur Rebuff. in praxi benef. in titu. de infirm. resignan. in glo. 2. num. 13. & ita sentit Andr. Alcia. in tract. de presump. in regu. prima. in presump. vlt. dum scriptum reliquit, infirmitatis diffinitionem non conuenire senibus, probat etiam hanc sententiam tex. in d. ca. 1. §. fin. autem Episcopus. de cleric. egrotan. lib. 6. dum diffinitionem ponit inter senem & infirmum, & probat tex. in l. cui dens. ff. de ædil. edic. & hæc sententia verior est, & communis, vt affirmat Iacob. Menoch. vbi supra in casu 60. nu. 8. has tamen diuersas sententias conciliat ipse Menoch. vbi supra num. 10. dicens, quod senex adeo senio confectus est, vt illi negotio,

de quo ageretur, superesse non possit, & tunc temporis vera est prima sententia, aut verò com modē interesse potest, & tunc temporis vera est secunda opinio & sententia, quod non reputatur infirmus.

18 Et † quo pacto cognoscatur huiusmodi senectus iudicis arbitrio relinquatur. Barbat. in consil. 21. col. pen. lib. 2. & idem in consil. 22. col. 3. lib. 3. Ioan. Andr. in c. quoniam frequenter. & ibi Marian. Soci. Sen. colum. 3. vers. 2. declaratur. & idem Barbat. in consil. 80. in fi. eod. lib. 2. & in consil. 45. col. penul. lib. 4. post Bald. in sua Margarita, in verb. senex. Floria. in l. lege Aquilia si deletum. ff. ad l. Aquiliam, & sequitur Fel. in c. quoniam frequenter. colum. 6. in versic. ad tertiam quæstionē, & ita resoluit Iac. Menoch. vbi supra in casu 59. dicens, quod præfata sententia est vera in his casibus, in quibus nulla clara iuris extat constitutio; nam tunc relinquatur iudicis arbitrio, secus autem vbi est aliter constitutum, quia tunc iudex tenetur seruare iuris constitutionem, exemplum est in excusatione tutelæ & curæ, in qua is senex dicitur, qui annum agit septuagesimum, vt probatur in l. 3. ff. de iur. immunit. & in §. item maior. in fi. de excus. tur. & respectu excusationis à munere personali is dicitur senex, qui annum agit quintum & quinquagesimum, vt probatur in l. 3. C. qui ætat. libro 10.

19 Septimo declaratur † vt non procedat, quando beneficiarius esset absens ab officijs diuinis propter aliquam causam euidenter vtilem ipsi ecclesie, tunc enim valet consuetudo, quod percipiat quotidianas distributiones, vt probat tex. in c. 1. in §. qui verò. de cler. non resid. lib. 6. & ibi not. glo. & sequuntur scriben. & tenet Couarr. in d. lib. 3. variarum. ca. 13. nu. 8. sequitur Pet. Duen. in d. reg. 206. & facit, quia talis absens pro causa vtili ecclesie de iure potest habere distributiones quotidianas, vt probat tex. in d. c. 1. de cleric. non resid. lib. 6. ibi, qui verò aliter de distributionibus ipsis quicquam receperit, exceptis illis, quos infirmitas, seu iusta & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens ecclesie vtilitas excuset. Sed est aduertendum, quod quamuis hoc videatur probare ille text. contrarium est de iure. Imo quod absens causa vtilitatis ecclesie non potest de iure communi recipere distributiones quotidianas, vt clarē probat tex. in c. cum non deceat. de elect. lib. 6. ibi. fructus beneficiorum suorum, que obtinent in illis ecclesijs, quarum inuogoria prosequuntur, & etiam aliorum, quos recipere, vel possent recipere, in ipsis ecclesijs residendo integrè (quotidianas distributionibus dumtaxat exceptis) recipiant, & hanc sententiam tenet terminis expressis glo. in verb. vtilitas. in d. c. 1. de cler. non resid. quam sequitur ibidem Archidi. & Ioann.

And. nec obstat ille tex. in d. c. 1. quia loquitur, quando est consuetudo; quod absens ex causa vtili recipiat distributiones.

20 Addendum tamē est præfatis, quod † quamuis de iure communi antiquo valeat consuetudo, quod canonici, vel Portionarij ecclesie Cathedralis, vel collegiate non teneantur ad residētiam, sed in absentia possint percipere fructus, hæc tamen consuetudo hodie à iure reprobatatur, & ipsi non obstant quacunque consuetudine seu statuto non possunt se absentare ab ecclesijs ultra tres menses in quolibet anno, vt clare probatur in Concil. Tridentino in Sess. 24. ca. 12. de reforma. cuius verba sunt. Præterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus aut collegiatis dignitates, canonicatus, præbend. portiones, non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem ecclesijs quolibet anno abesse.

21 Item † beneficia curam animarum habentia habent etiam in se necessariam residentiam, vt probatur in c. 3. de cleric. non resid. in fi. & ibidem no. scribentes omnes, & probatur similiter in c. extirpanda. in §. qui verò. & ibidē Panorm. in lectura, & in repetit. de præb. cuius verba sunt. Qui verò parrochiale habet ecclesiam, non per Vicarium, sed per seipsum illi deferuat in ordine, quem ipsius ecclesie cura requirit, & tex. in c. licet canon. de elect. lib. 6. cuius verba sunt. Is etiam, qui ad huiusmodi regimen assumetur, ut gregis sibi crediti diligentius curam gerere possit, in parrochiali ecclesia, cui Rector extiterit, residere personaliter teneatur, vt probatur etiam in c. reclarum. de præben. ibi, & curam eius per se valeat exercere. & probatur clare in Concilio Tridentino in Sess. 23. ca. 1. cuius verba sunt. Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, onus suas agnoscere, & pro his sacrificium offerre, uerbique diuini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cetera munera pastoralia incumbere, quæ omnia nequaquam ab ijs præstari & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, sed mercenariorum more deserunt, sacrosancta Synodus eos admonet & hortatur, ut diuinorum præceptorum memores facti, quæ forma gregis in iudicio & ueritate pascat & regant. iunctis uerbis eiusdem Capituli inferioris ibi. eadem omnino & quoad culpam, amissionem fructuum & penas de curatis inferioribus, & alijs quibuscunque, qui beneficium aliquod ecclesiasticum curam animarum habens obtinent, sacrosancta Synodus declarat & decernit.

22 Sed dubitatur, vtrum † valeat consuetudo, quod in beneficijs curam animarum habentibus

bus non teneatur quis facere personalem residentiam. In qua questione scriben. nempe Hostien. Panor. & alij in c. cum omnes. de constit. tenent, quod non valet huiusmodi consuetudo, & idem tenent ibidem Philipp. Dec. nu. 5. in 2. lectura, & Archid. in c. sacerdotibus. 1. 1. distin. & Dominic. in c. fin. de rescrip. lib. 6. super glo. in verbo fructibus, & sequuntur moderni & scriben. d. c. cum omnes. de constit. ut inquit Philipp. Dec. vbi supra, & hanc sententiam tenet Felyn. in d. c. cum omnes. nume. 33. cum sequen. & Ioan. de Selua in tract. de beneficiis. in 4. par. in quest. 2. per totam quest. & Franc. Rip. in libro responso. in tit. de legib. in cap. 1. 4. incip. ex impetis. in 8. dubio. & in c. cum M. nu. 4. 1. cum seq. de constit. & Gaet. in sua summa, in verb. beneficium ecclesiasticum. & Henricus Botteus in tracta. de Synodo Episcoporum, in tertia parte. in articulo primo, num. 1. 56. & glo. in pragmatica sanctione, in §. nam ecclesiasticum, in ver. residentia. in proem. & tenet Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum, in titulo de dispen. de non residen. nu. 66. & Benedic. Capra in tract. regu. 92. numero 28. cum sequen. Ratio predictorum est, quia in beneficijs curatis censetur electa industria personarum, & ideo non valet prefata consuetudo, quae omnia limitantur, ut non procedant, quando prefata consuetudo esset introducta ex causa vili seu necessaria ipsius ecclesiae, tunc. n. valeret consuetudo, quod quis non deseruiat beneficio curato personaliter, sed per Vicarium, ut declarat Ange. de Claustro in sua summa, in verbo clericus. nu. 7. in §. 1. & Io. de Selua in d. q. 2. prope finem.

23. Item illa beneficia dicuntur requirere residentiam, quae de statuto, privilegio, vel consuetudine habent eam, ut inquit Inn. in c. clericos. de clericis non resid. quem refert & sequitur Syluester in summa, in verbo residentia, & ita declaratum est in Concil. Trident. in Sess. 6. in c. 2. & de hoc non est dubitandum.

24. Dubium sese offert, Vtrum simplicia beneficia de iure requirant residentiam. In qua questione videtur dicendum, quod omne beneficium pro titulo assignatum, etiam si sit vicaria, requirit residentiam, ut videtur probari in c. sanctorum 70. distinct. & in c. ex parte. de officio vicarij, in c. conquereute. de cleri. non resid. quia qui non deseruit, non debet de altari vivere, ut inquit Inn. in c. cum secundum. de preben. & ibi notat Hostien. Imo. etiam si beneficium ecclesiasticum sit exiguum, residentiam requirit de iure, nisi contrarium probetur, ut inquit Inno. Hostien. Ioan. Andr. in c. fi. de cleric. non residen. & Bertach. in repertorio, in verbo beneficium. post num. 60. in versu. omne beneficium pro titulo assignatum, & probatur etiam haec conclusio in c. quia nonnulli. de cleri. non

residen. in c. preterea. de preben. vbi dicitur, si regula officia & beneficia assiduitatem exigunt personarum, & tenet hanc sententiam Ioan. de Selua. in tract. de beneficiis. quem refert, & sequitur Petr. Rebuff. in titu. de dispen. de non residendo, in praxi beneficiorum, & Io. de Selua et in 4. parte. in q. 1. vbi multos refert, & Panor. in c. fin. de clericis non residen. nu. 3. & Philip. Dec. in ca. ad haec. nu. 3. de preben. & est communis sententia, ut affirmat Martin. Nauarro in manuali confessorum, in c. 25. num. 1. 2. Pro hac opinione facit, quia attenda prima natura beneficiorum, in quibus non debent beneficia, nisi sint talia, quae habeant sufficere deseruientibus, ut probatur in c. quisquis. de vita & honest. cler. ut in c. nemo. de consecrat. distin. 1. tandem haec sententia communis est, quod beneficia omnia requirant residentiam, prout refert Bened. Capra in tract. regul. in regu. 90. nu. 109. vbi declarat hanc sententiam non procedere, quando constaret contrarium fuisse inductum ex consuetudine, statuto, vel privilegio.

Ex quo inferitur ad illam questionem, vtrum praestimonium de iure requirat residentiam. Et videtur dicendum quod non. nam huiusmodi praestimonium fuerunt instituta pro studentibus, & pro subsidio contra infideles, & in sola temporalitate consistunt, & ita non dantur in titulum beneficij perpetui, prout colligitur ex Oldrad. in consil. 8. 1. incip. quod processus. col. 2. & Petr. Rebuff. in concordat. in tract. de pacificis possessoribus. nu. 9. cum seq. vbi alios adducit. Hodie autem huiusmodi praestimonia solent concedi in titulum perpetui beneficij, & ideo videntur habere onus aliquod annexum, & ita feruitur videntur habere, & de eis iudicandum erit sicut de ceteris beneficijs ecclesiasticis, & videndus est omnino Menoch. in tract. de arbit. iudi. lib. 2. centur. 3. ca. 102. nu. 5. cum seq.

26. Hodie autem videmus, quod simplicia beneficia simplicia ex ecclesijs cathedrales seu collegiatae constituta non exquirunt a communiter accidentibus residentiam personalem, & ideo necessarium agendum erit, vtrum valeat consuetudo, quod in huiusmodi simplicibus beneficijs non teneantur beneficiarij personaliter residere. Et videtur dicendum, quod sit valida talis consuetudo, prout tenet glo. in c. cum omnes. de constit. in verb. consuetudine. per tex. ibidem & glo. penul. in c. dudum. il secundo. de elect. quam sententiam tenet Hosti. Io. Andr. Anto. de But. in c. ex parte. de concess. preben. & Marian. in c. ex tue. col. 3. 4. in ver. sextid. limitatur. in sua repet. de cler. non resid. & Panor. in c. tuar. in fi. de cleric. non residen. & in d. c. cum omnes. de consti. nu. 1. & num. 10. & idem Panor. in c. licet. in fi. de preben. & Ant. in d. c. ex tue. in vlt. colum. post Imo. ibidem circa medium in verb.

itera

item oportet, quod praedicti, & Lap. in allegat. 3. 5. inci. Vtrum absque dispensatione, & ibi additionator in litera B. & hanc questionem late tractat Quintil. Mandos. in regu. 1. Cancell. in q. 1. nume. 8. in secunda impressione, & idem Panor. in c. extirpandae. in §. qui uero. nu. 3. 1. de preben. vbi dicit hanc esse communem opinionem, sed contrariam sententiam tenet Archid. in d. c. sacerdotibus. 3. 1. distin. dicens, quod consuetudo praedicta non valet, etiam si per alium faciat deseruii beneficio, quia talis consuetudo est onerosa ecclesijs, quam sententiam sequitur Ioan. de Lignano in d. c. cum omnes. de constit. uo. deo dicendum est, quod quando praedicta consuetudo habet, quod quis non teneatur residere personaliter, sed possit deseruire per Vicarium, tunc temporis praedicta consuetudo ualida est, & ita procedit tex. in c. gratia. de rescrip. lib. 6. iuncta glo. ibidem, & tex. in clem. gratia. eo. tit. Si uero praefata consuetudo habet, quod quis percipiat fructus beneficij in absentia, etiam non deseruiendo per Vicarium, tunc aut talis consuetudo disponit super beneficijs non requirunt residentiam, & ualida est, cum ipsorum beneficiorum fructus percipi possint in absentia, prout notatur in c. cum omnes. de constit. nec imputandum videtur, si in eis non deseruiat ipsi beneficiarij per se, vel alium, ex quo residentiam non requirunt, & ita feruatur de consuetudine, aut uero disponit praedicta consuetudo super beneficijs residentiam requiruntibus, & tunc aut abique iusta causa, & non est valida praefata consuetudo tanquam irrationalis, & ecclesiae onerosa per id, quod habetur in ca. 1. & in c. vlti. de consueru. & not. Hostien. in d. c. cum omnes, & haec est communis sententia, ut affirmat Benedic. Capra in tracta. regul. in regula 92. nume. 3. 1. Aut uero praefata consuetudo disponit ex iusta causa. Nepe quod absens ex iusta causa percipiat fructus in absentia, & valet praedicta consuetudo per ea, quae habentur in d. c. cum omnes. ad fi. & ita procedit, quod uoluerunt Alan. & Goffre. in c. quia nonnulli. de cleric. non resid. & Benedic. Capra vbi supra num. 3. 2. quae conclusio vera est, nisi ecclesia pateretur defectum in ministris, tunc enim non valeret praedicta consuetudo percipiendi fructus in absentia sine vicarij constitutione, argumento eorum, quae habentur in c. penult. de cleric. non residen. & ita poterit procedere dictum Hostien. in d. c. cum omnes. & in d. ca. ex parte. & Io. de Imo. in c. extirpandae. §. qui uero. de praebendis, hoc tenet & Benedic. Capra vbi supra numero 33.

Et adeo importat residentiam in beneficijs, quod ad hoc ut gratia facta de beneficio sit ualida, requiritur, quod impetrans beneficium faciat mentionem, quod beneficium requirit residentiam.

ita Abb. in c. ad aures. nu. 3. & ibi Philipp. Dec. num. 7. & Mantua nu. 17. versu. ulterius. de rescrip. post Calde. in c. in nostra. vbi Fely. in corrolario 4. de rescript. & Corasi. in tracta. de sacerdotijs, in 4. parte. in c. 4. num. 56. ex text. in c. vlti. de cleri. non resid. quae sententia dubitabilis videtur, attento quod qualitas, quae de iure communi beneficio inest, necessarium narranda non est in impetratione, quia Pontifici satis cognita dicitur, ut tenet Rot. in decif. 7. 5. incip. Urbanus V. de rescrip. in antiq. & Roma. in singu. 37. inci. vtrum Nobilis. & Bellam. in decif. 487. & in decif. 697. & Castad. decif. 12. num. 8. de rescrip. Fely. in c. super literis. nu. 8. versu. secunda regula est. de rescrip. Io. de Selua in tracta. de beneficiis. in tertia parte. in q. 12. nu. 4. 3. Sed sic est, quod de iure communi, ut supra dictum est, omnia beneficia requirunt residentiam, ergo clare sequitur, quod non est necessarium exprimere residentiam beneficij in eius impetratione. Haec tamen difficultas minime obstat, quia respondet Deci. vbi supra post Pet. de Anchar. & alios scriben. quod praefata doctrina vera est habita relatione ad consuetudinem generalem, de qua supra dictum est, secundum quam beneficia residentiam non requirunt ex dicto c. gratia. de rescrip. lib. 6. sed contra hanc responsum Deci. vrger illa consideratio, quam facit Franci. de Ripa in d. c. ad aures. de rescript. num. 2. 1. in finem inquit, si beneficia de iure communi requirunt residentiam, ergo quando residentiam non exprimitur, Papa credere debuit, quod residentiam requirant, quia ita iuris est, ergo si non requirunt, & nihilominus Papa concessit, dicendo hanc gratiam valere, quia facilius concessisset, si sciisset residentiam requiri. Haec tamen consideratio Francisci de Ripa, nihil obstat, quia quando impetratur beneficium, & non exprimitur clare esse vel curatum, vel cum residentia, in dubio praesumitur beneficium simplex, ut inquit Abb. in c. recondendae. in fi. de statu monac.

28. Dubitatur, vtrum in casu, in quo beneficium requirit residentiam personalem, possit quis excusari ab huiusmodi residentia. Et breuiter dicendum est, quod sunt multi casus, in quibus excusatur quis a residentia personali.

Primus casus est, quando quis est absens pro negocijs ecclesiae, ut probatur in c. ex parte. il secundo, de cleri. non residen. quod verum est, etiam si beneficiarius iurauerit residere: nam iuramentum recipit legitimam interpretationem, secundum Inn. oten. quem refert & sequitur Gaet. in summa, in verb. residentia. numero 7. & Petr. Rebuff. in praxi benefic. in titu. de dispen. satio. de non resid. & scrib. in ca. de cetero. de cleric. non resid. & facit tex. vbi multa accumulatur Hyppol. in l. prima. §. cum quis. de questionibus.

F Secundus

Secundus casus est, quando quis fuit abiens ob studium, vt probatur in c. cum ex eo. de electio. lib. 6. debet tamen in hoc casu, vt affirmat scriben. abesse cum licentia sui Prælati, vt in c. relatum. de cleric. non residen. de consuetudine tamen non petitur, nec requiritur in clericis secularibus hæc licentia, quæ consuetudo valet, vt not. Inn. Hostien. & alij scriben. in c. inter quatuor. de cler. nõ resid. & in d. c. relatum. vbi tex. alternativè loquitur de licentia suorum Prælatorum, vel studio literarum, & ita tenet Syluester in summa, in verb. residentia. nu. 7. & Petr. Rebuff. vbi supra nu. 2. 5.

Tertius casus est ob necessitatem personæ ipsius beneficiarij, vtpote si sit infirmus, tunc enim per substitutum deseruire poterit, vt probatur in ca. ad audientiam. de cleric. non residen. & in c. 1. & per totum de cleric. egrotante, & in ca. vnico. eod. titu. lib. 6. & facit tex. in l. aut si valetudine. ff. de procur. & in l. si cui. §. si. ff. ex quib. causis maiores, & ita resoluit Petr. Rebuff. vbi supra, & Syluester vbi supra, nu. 7. & quis dicatur infirmus supra declaratum est in hoc capitulo.

Quartus casus est, quando quis est necessariò occupatus, vt probatur in ca. ad hæc. vbi not. docto. de offic. Archid. & text. in cap. quoniam. de offic. ordinarij, & occupatio necessaria potest considerari quatuor modis. Prima dicitur fatalis, secunda naturalis, tertia legalis, quarta autem data opera, & primæ tres species necessitatis excusant à residentia, quarta autem, quia culpabilis, non excusat, argumento eorum, quæ adducit Iacob. Menoch. in tracta. de arbit. iud. libro 2. centur. 2. in casu 182. numero 21. cum pluribus sequen.

Quintus casus est, quando quis habet plura beneficia mediante dispensatione, quia non potest in vtroque residere, vt probatur in cap. non potest. de præben. lib. 6.

Vnde videtur dispensatum super residentia. 29. ¶ ex eo, quod est dispensatum super beneficiorum pluralitate, vt inquit glo. in canone si quis cleri. 2. q. 1. quam sequitur Speculator in tit. de dispens. in §. dicendum. versicu. quod si habens & Hostien. & Io. Andr. in c. dudum. si secundo. de elect. glo. Panorm. & Philipp. Deci. in c. quia intantum. de præben. vbi Panormi. ad propositum hoc dicit, quod si dispensatur cum minore, vt possit habere beneficium curatum, censetur etiam dispensatum, vt non teneatur se facere promouere capi. licet. & capit. commissa. de electio. libro sexto. item Panormitan. in ca. cum in cunctis. §. cum verò. de electio. & Staphil. de literis gratiæ, in princi. fol. decimo. & Stepha. Maler. in suo tracta. de electione liberè facta, in quinta limita. in versu. extra præmissa limita, quod est adeo verum, quod si talis dispensatus receperit talia beneficia minus canonicè, & cū

eo fuerit dispensatum, vt habeat talia cum talia beneficia, si canonicè conferantur, licet contra eum procedi possit, quia minus canonicè tenet, non tamen peccat ex eo, quod plura teneat, & non resideat in illis, vt tenet Milius in repertorio in verbo dispensatus ad plures, vbi dicit, quod talis non incurrit pœnam extragan. execrabilis. de præben. Ioann. XXII. & sequitur Cassad. in decisione §. 6. numero tertio. super regula, quod nulli dispensato. Bene tamen verum est, quod præfata declarantur in hunc modum, quod non videatur dispensatum super residentia vtriusque beneficij, sed si ecclesiæ sunt æquales & remotæ, debet residere modo in vna, modo in alia, si verò sint inæquales, debet residere in digniori, vt inquit glo. in ca. non potest. §. illud. in verb. retinere, & ibi latè Philipp. Franc. de præben. libro sexto. & sequitur Cardina. in clemen. prima. in fi. in quaestione vndecima. de præben. & Ias. in l. fina. nu. 46. ff. d. constitut. Principum.

Sextus casus est, quando virget pestis in loco beneficij, tunc enim excusatur beneficiatus à residentia, argumento text. in cap. ad supplicationem. de renunciatione, vbi Prælati licet renunciare beneficio, in quo tutè morari non potest, & text. in ca. pastoralis. 2. quaest. prima. vbi dicitur, posse fugere Prælatum propter inimicitias, & text. in clement. ne in agro. §. si. de statu monac. cum similibus. & ita tenet multa adducens Franci. de Rip. in tracta. de peste, in 2. parte. in quæst. 5. in versicu. 5. pestis excusat. Sed in hoc casu pestis contrarium tenet Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum, in ti. dispensatio de non residendo, nu. 30. dicens, quod beneficiarius tenetur residere tempore pestis, nisi repererit Vicariū, qui ministret, nam quando maior est necessitas, tunc temporis est magis necessaria residentia, & nulla maior necessitas euenire potest quam pestis, & ideo eo tempore tenetur residere beneficiarius per se vel alium, etiā si mortis corporalis imminet periculum, & circa Episcopum, & alios Rectores habentes animarum curam videntur, quæ dixi in trac. de cleric. & eorum exempt. in 1. parte. in c. 10. nume. 14. & 15.

Septimus casus est, quando quis est in seruitio Romani Pontificis: tunc enim à residentia excusatur, vt in c. cum dilectus. & in ca. ad audientiam. & in c. decetero. de cleric. non resid. & scriben. in dictis iuribus, quod est verum, quoniam principaliter est in seruitio Romani Pontificis, secus autè si pro lucro suo uult esse in seruitio, utputa quia est scriptor bullarū, aut procurator in palatio, tunc enim non excusatur à residentia, quia abest gratia sui lucri, & non contemplatione seruitij Romani Pontificis, arg. tex. in l. scriuarios. ubi Ale. & Ias. no. C. de testa. mil. Reipub. n. causa eos abesse solos intelligimus, qui nõ sui

COM.

eodemodi causa, sed coacti sunt, vt in l. Reipublicæ, & in l. non verè. ff. ex qui. cau. maiores, & ita resoluit Syluester in summa, in verb. residentia. & Petr. Rebuff. vbi supra num. 33. & facit pro hac conclusione: quia causa proxima non autè remota esse debet in consideratione, vt probatur in l. socium, qui in eo. §. r. ff. pro socio, & Bart. in l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari, Deci. in l. certi. conditio. §. quoniam. nu. 7. ff. si cert. peta. & in l. in eo quod plus est. numero 5. in fi. ff. de regu. iur.

Octauus casus est, quando quis est in seruitio Episcopi, vt probatur in ca. ad audientiam. & in cap. decetero. de cleric. non resid. quod procedit & est verum, etiam si sint canonici, vel si habeant curam animarum ipsius beneficij, arg. tex. in c. iubemus. de consecra. distin. 1. & in c. pastoralis. 2. q. 6. & tenet Syluester in summa, in verb. residentia. num. 7. Est tamen aduertendum, quod Episcopus non potest habere in suo seruitio vltra duos canonicos, vt probatur in ca. ad audientiam. de cleric. non resid. nisi ecclesiæ tot, & tantis abundaret canonicis, qui possint sufficere ad seruitium ecclesiæ remotis quatuor vel pluribus, quos Episcopus habet, vt declarat scriben. in dictis iuribus, & Petr. Rebuff. vbi supra. Et iste octauus casus limitatur primò, vt procedat, quando Episcopus haberet præfatos beneficiarios pro suo seruitio: Secus autem si eos vocasset absque iusta causa, ad venandū forte, vel pro voluptate, tunc enim huiusmodi seruitium non excusaret præfatos beneficiarios, arg. tex. in c. inter quatuor. de cleric. non resid. vbi notat Hosti. & tenet Petr. Rebuff. vbi supra numero 30. secundo limitatur prædictus casus octauus, vt non procedat, quando Episcopus unius ecclesiæ uult secum habere clericos alterius ecclesiæ, seu diocesis, tunc enim non excusantur clerici à residentia, arg. tex. in c. cum dilectus. ibi. circa nos, de cleric. non resid. & arg. tex. in c. si compromissarius. in versu. restringitur, de electio. lib. 6. & facit text. in l. 2. §. diuus Adrianus. ff. de iure fisci, ita tenet Io. Andr. in c. vnico. de cleric. non resid. col. 2. libro 6. & Petr. Rebuff. vbi supra nume. 4. tertio limitatur, nisi cultus diuinus destrueretur, si Episcopus uellet habere secum duos canonicos, nam tunc non permittitur eos habere, arg. tex. in c. penul. de cleric. non resid. ita resoluit aliqua exempla adducens Petr. Rebuff. vbi supra nu. 41.

Nonus casus est, quando quis est in seruitio legati in illa prouincia sibi commissa, tunc enim excusatur à residentia secundum Hostien. Ioan. Andre. Card. quos refert & sequitur Syluester in summa, in verb. resid. num. 7. & ita resoluit Petr. Rebuff. vbi supra nu. 36.

Decimus casus est, quando clericus est in seruitio, sui Archiepiscopi, ut probatur in c. ad au-

diendum. & in d. c. decetero. & in d. c. cum dilectus. de cle. non resid. & ibidem not. scriben. quod est intelligendum, quando Archiepiscopus uult habere secum clericos suæ diocesis. Secus autem, quando uult habere secum clericos suffraganeorum eius, quia non potest, argumen. tex. in c. pastoralis. de officio ordinarij, & in c. vnico. de foro compet. lib. 6. & ita declarat Petr. Rebuff. vbi supra nu. 36.

Vndecimus casus est propter peregrinationis votum, tunc enim propter votū adimplendum excusatur à residentia, & debet seruire per Vicarium, vt probatur in c. si de voto. & ibi notant scrib. quod verum est, si votum fuerit emissum ante beneficium adeptum, sed postquam accepit quis beneficium, obligatus est ad residentiam, à qua non potest absolui etiam ex voto sine facultate & licentia sui superioris emisso, vt probatur in c. sicut ex literis. de iureiurando, & in c. magne. de votis & voto redemptione, ita tenet Petr. Rebuff. vbi supra nu. 50. quod ego intelligo verum esse in beneficiario, qui curā animarum habet, at verò in beneficiario, qui non habet curam animarum, non est necessaria licentia prædicta ad votum, sed potest pro libito votare, & votum adimplere peregrinando, & interrim poterit deseruire per Vicarium, quod probat per argumentum à fortiori, nam (vt supra dictum est) valet consuetudo, quod in huiusmodi simplicibus deseruiat quis per Vicarium, & similiter quod possit se absentare causa studij. Ergo à fortiori poterit se absentare causa adimplendi votum emissum in salutem animæ propriæ, & ita non est dubitandum: Alios autem casus colligere poteris ex adductis à Petr. Rebuff. in praxi benef. in ti. dispensatio. de non residendo. nu. 21. cum seq. & ex adductis à Benedic. Capra in tract. regul. in reg. 92.

Quibus præmissis statuitur sequens conclusio: Quod si duo beneficia, simplicia, quorum utrumque requirit residentiam, sunt incompatibilia, & simul ab vno obtineri non possunt, ita tenet Inno. in c. cum iam dudum. & in ca. super inordinata. de p. b. & Dominic. in c. gratia. quæ. nu. 8. de rescri. lib. 6. Imo in cle. gratiæ. de rescri. nu. 12. Abb. Pan. in c. extirpanda. in §. qui verò. nu. 27. cū seq. maxime nu. 30. & tenet scrib. in c. si. de cleric. non resid. & in c. cum iam dudum. il primo. de p. b. & gl. in c. gratia. de rescri. li. 6. & Io. Corras. in trac. sacerdotiorum, in r. par. 6. §. nu. 2. & Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de dispensatione ætatis. in §. incompatibilia. nume. quinto. & Petrus Duen. in tracta. regular. & fallen. in regula 71. ampliat. sexta. & Benedic. Capra in regula 90. numero 130. tandem hæc sententia communis est, vt affirmat Panormita, in dicto c. extirpanda. in §. qui verò. de p. b. numero 30. & Benedic. Capra vbi supra numero 136.

E 2 &amp;

& probatur in Concil. Trid. Sess. 24. c. 27.

31 † non potest quis in duabus ecclesijs personaliter residere, nisi in vna tantum earum, secundum glo. & scriben. in c. non potest. de preb. lib. 6. & Fely. in c. postulasti. col. 1. 2. de rescrip. & Iaf. in l. fin. col. 8. ff. de constit. Principum. & Franc. de Rip. in lib. responforum, in titu. de leg. & longa consuetud. in c. 1. 4. nu. 3. 2. & Petr. Rebuff. in d. §. incompatibilia, num. 5.

32 Secunda ratio est, quia † iure querendo facilius quis priuatur, quam iure quesito, ut inquit Fely. in c. cum in ecclesijs, col. 2. 9. ver. & ista consideratio. de constit. & Iaf. in consi. 236. incip. An Rex Romanorum. col. 4. lib. 2. & Phil. Deci. in l. seruus. C. de pact. & in consil. 269. incip. consultus. col. 4. verfi. & hoc est praesertim. Barbatia in consi. 41. col. 1. 6. verfi. item est ponderandum, quod iste lib. 1. & And. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. donatione largitus nu. 181. sed sic est, quod propter non residentiam potest priuari quis beneficio, ut inferius videndum erit in proxima ampliatione, ergo iure optimo censentur incompatibilia duo beneficia simplicia, si utrumque requirit residentiam.

33 Ex qua conclusione multa inferuntur, primum est, quod † dignitas, officium, seu personatus non potest obtineri cum alio beneficio simplici, quod residentiam requirit, quia (ut supra dictum est) dignitas, officium, seu personatus requirit de iure communi residentiam, secundum est, quod canonicatus ecclesiae cathedralis, seu collegiatae non potest obtineri simul cum alio beneficio simplici, quod requirit residentiam. Et ratio est, quia (ut supra dictum est) canonicatus requirit de iure communi residentiam, praesertim est, quod si capellania ex fundatione seu dotatione requirit residentiam, non potest obtineri cum alio beneficio simplici etiam requirente residentiam, ut sentit Lap. in alleg. 116. in fi. & ibi eius additor; quartum est, quod portio ecclesiae cathedralis, seu collegiatae de iure communi requirit residentiam ut supra iam dictum est, quintum est, quod si praesimonia concedatur in titulum perpetui beneficii, & in erectione fuerit impositum aliquod seruitium, seu annexum aliquod onus personale, huiusmodi praesimonia non poterit simul obtineri cum alio beneficio simplici, quod de iure, seu consuetudine requirit residentiam.

34 Praedicta tamen conclusio † quae habet, esse incompatibilia duo beneficia simplicia habentia residentiam, declaratur primo, ut non procedat, quando residentia in uno praefatorum beneficiorum non requiritur ad finem priuatio-

nis a beneficio, & eius titulo, sed da finem priuationis fructuum ac reddituum solummodo, quia non residens ipsis redditibus seu fructibus tantum priuatur, & sic beneficium requirit residentiam non simpliciter, sed qualificatiue, tunc enim praefatum beneficium erit compatibile cum alio beneficio requirente residentiam, & poterunt simul obtineri praefata duo. Et est ratio, quia tunc non cadit incompatibilitas respectu tituli, sed solum respectu receptionis fructuum. Vnde si non resideat ipsis priuatur, ita videtur sentire Inno. quem refert & sequitur Benedi. Capra in tracta. regular. & fallen. in reg. 90. numero 100. & Hostien. in summa de clerici. non resident. §. 1. & §. 2. & in summa in tit. de praeb. in §. fi. & Archid. in c. 1. q. 1.

35 Secundum declaratur praefata conclusio, † ut non procedat, quando beneficia requirunt residentiam temporalem, puta quia ex consuetudine, constitutione, vel privilegio requirunt, quod beneficiarius resideat in eis tribus, quatuor, quinque, vel sex mensibus, tunc enim praefata beneficia non censentur incompatibilia, sed poterunt simul obtineri. Et est ratio, quia beneficiarius poterit in vno praefatorum beneficiorum residere per sex menses, & in alio similiter poterit residere per alios sex menses, & sic onus vtriusque adimplere, argumento tex. in l. assumptio. §. iurisprudenter. ff. ad municipalē, & ita voluit Ioan. And. & Innoc. quos refert & sequitur Benedi. Capra in d. regu. 90. nu. 102. ex quo inferitur, quod si capellanus teneatur ratione suae capellaniae decem aut duodecim missas decantare, poterit simul obtinere aliam capellaniae, quae habeat tot missas in obligatione. Haec tamen declaratio secunda intelligitur vera, quando non daretur incompatibilitas alia, nisi daretur alia incompatibilitas respectu temporis, non poterunt obtineri praefata beneficia. Exemplum est, quando in vtroque beneficio eodem tempore esset necessaria residentia, tunc enim non poterunt obtineri simul praefata beneficia, ut inquit Io. de Imo. quem refert & sequitur Benedi. Capra in d. regu. 90. nu. 103. & nu. 104. argumento eorum, quae notantur in c. referente. de praeb.

36 Tertium declaratur praefata conclusio † ut non procedat, quando consuetudine esset introductum, quod plura beneficia requirentia residentiam possint simul obtineri, tunc enim possunt obtineri, quia praefata consuetudo videtur valida ex his, quae supra dicta sunt nu. 26. & infra videndum erit in 2. par. in c. 1.

37 Quartum declaratur praefata conclusio † ut non cedat, quando Episcopus dispensaret circa pluralitatem beneficiorum simplicium residentiam requirentium: tunc enim possunt simul obtineri plura beneficia, ut resoluit Benedi. Capra in dicta regu. 90. numero 131. cum sequen-

de qua declaratione latius videndum erit infra in 2. parte. in c. vlti.

38 Quintum declaratur praefata conclusio † ut non procedat, quando vnus ex beneficijs de per se non esset sufficiens ad congruam clericis sustentationem, tunc enim possunt simul obtineri ad congruam sustentationem, prout videtur tene regio. in summa 22. quest. 1. vbi excipit hunc casum. Videlicet quando ecclesiae sunt tenues, & idem videtur tenere gl. in c. dudum. il secundo. de elect. & facit text. secundum vna lecturam in c. gratia. de rescript. lib. 6. & tex. in c. eam te. de aetate & qualif. cum qua limitatione transeunt scriben. Nihilominus tamen contrarium, imo quod etiam si ecclesiae sint tenues, ex quo residentiam requirunt, non possunt de iure obtineri simul resoluti multa adducens Panormita. in c. extirpanda §. qui verò. nu. 30. de praeben. de quo vide, quod dicam in 2. par. in c. 5.

Aliae etiam limitationes & declarationes deduci poterunt ex supra adductis in c. 13. num. 33. cum pluribus seq.

Dubium tamen non minimum est. Vtrum 39 † primum beneficium simplex residentiam requirens vacet ipso iure per ademptionem secundi beneficii simplicis residentiam similiter requirentis. Et videbatur dicendum, quod vacet ipso iure, prout tenuit Inno. in c. ex tua. de cleric. non resid. & videtur tenere Federi. de Senis in consi. 115. circa fi. & Pet. de Ancha. & Petr. de Perusio in ca. fin. de cler. non resid. & facit doctrina glossae in clemen. gratiae. de rescrip. & Io. Cald. ibidem. Pro qua sententia facit, quia eadem est ratio in beneficijs simplicibus residentiam requirentibus, quae est in beneficijs curatis, & videtur clarum, quia vtraque beneficium assiduitatem & personalem residentiam & industriam requirunt, sed beneficium curatum primum vacat ipso iure per ademptionem secundi beneficii similis, ut dictum fuit supra in ca. 13. num. 13. cum multis sequen. Ergo similiter videtur dicendum, quod primum beneficium simplex residentiam requirens vacet per ademptionem secundi beneficii similis. Neque obstat, quod in paenalibus non debet fieri extensio de vno casu ad alium, prout supra dictum est in c. 2. nu. 6.

40 Nam ad hoc responderetur, quod † illud est verum, quando non est eadem ratio. secus autem si esset eadem ratio, prout est in casu nostro, tunc enim etiam in paenalibus debet fieri extensio de vno casu ad alium ex identitate rationis, expressae, ut probat tex. in l. cum mulier. vbi no. Alex. ff. sol. mat. & Gemi. in c. si ciuitas. §. 1. in princi. de sent. excom. lib. 6. & in consi. 2. in fi. & Philipp. Deci. in l. factum tuum. §. in paenalib. in 7. fallen. ff. de reg. iur. & Iaf. in l. 1. col. 2. in fin. in rescrip. 6. facit. ff. in ius vocati vt eant. in l. cum quidam. col. 5. in §. fallen. ff. de lib. & post-

hu. & Anchar. in consi. 304. incip. ista allegatio post med. in verfi. postremo etiam aduertendum. vbi inquit, quod dispositio paenalis extenditur ex mente disponentis, ut in c. si postquam. de elec. lib. 6. mens autem colligitur ex ratione expressa, ut inquit Bald. in l. non dubium. C. de leg. in l. mulier. la prima. ff. solu. matri. & in l. licet oportet. §. oportet. ff. de excusat. tur. & in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & in l. vxorem. in princi. vbi Bart. ff. de leg. 3. & in c. intelligentia. de verb. signi. glo. in l. si in venditione. in fi. in gl. nota causam verborum. ff. comm. praediorum. Bal. in consi. 2. incipien. verba statuti. col. 2. libro 1. mens enim & ratio idem sunt, ut inquit Dyn. in cap. vlti. de regu. iur. lib. 6. refert & sequitur Bal. in consi. 200. incip. in causa ista. col. 2. libro 3. & Pau. Castren. in consi. 145. incipien. viso & examinato puncto. col. 2. libro 1. & Alex. in consi. 52. col. 2. consi. firmo. lib. 1. imo voluntas aut mens disponentis magis colligitur ex ratione, quam ex verbis, ut inquit Bal. in consi. 221. incip. a capite. col. 3. ver. sed hic aduertendum. lib. 3. per tex. in l. iurifigentium. §. pacto. ff. de pac. & isto casu, quando ratio est expressa in dispositione paenalis, extensio fieri non dicitur, cum veniat casus expressus ex mente ipsius. l. ut inquit Ancha. in consi. 304. in fi. & voluit Curt. Sen. in consi. 50. col. 2. 9. lib. 1. & ita tenendum, quamuis Socy. in l. serui electione. in §. 1. col. 3. post med. uerfi. sed ista ratio ita deducta. ff. de lega. 1. contrarium teneat, dicens quod in paenalibus non fiat extensio ex identitate rationis expressae, nisi casus, ad quem volumus extendere, comprehendatur sub verbis legis lato sumpto vocabulo. His tamen non obstantibus contraria sententia est tenenda, imo quod beneficium primum simplex residentiam requirens non vacet ipso iure per ademptionem secundi beneficii similis, prout Io. Andr. tenet in addi. ad Spec. in tit. de clerici. non resid. & tenuit Oldr. in consil. 185. Imo. & Ant. Flor. & Pan. in c. vlti. de cleric. non resident. Petr. de Anchar. in c. de multa. de praeben. Lap. in allegat. 116. Tandem \* communis est sententia, ut affirmavit Benedi. Capra in tracta. regu. & fallen. in regu. 90. nume. 110. cum multis sequen. & haec opinio seruatur apud Curiam Romanam, prout affirmavit Io. Cald. in d. c. hn. & haec sententia verior est, ut inquit Bened. Capra vbi supra. Pro qua facit tex. in c. referente, & in c. praeterea, & in c. ad hec. de praeben. per quae iura patet, quod est in curatis primum beneficium ipso iure non vacat per ademptionem secundi, quia iura licet hodie sint correcta, quoad beneficia curata, dignitates, & personatus, ac officia, ut probatur in c. de multa. de praeb. & in extrauag. execrabilis. Io. XXII. in ti. de praeb. tamen in alijs beneficijs dicta iura



remanent incorrecta, per tex.in l. præcipimus. C.de appel. Neq; obstat, quod supra dictum est, extensionem fieri in pœnalib. ex identitate rationis expressæ, nam ad hoc respondetur dupliciter. primo modo, quòd non est eadem ratio in beneficijs simplicibus residentiam requirentibus, quæ est in beneficijs curatis, dignitatibus, personatibus, vel officijs, prout consideravit Io. de Imo. in c. fi. de cler. non resid. & ibi no. Abb. in finalibus verbis. & Benedic. Capra vbi supra nu. 23. Secundo modo respòdetur, quòd text. in d. c. de multa. de præben. & in dicta extana. execrabilis, non exprimitur rationem, quæ possit extendi ad casum nostrum.

Prædicta tamen communis sententia, quæ habet, quòd ÷ primum beneficium simplex residentiam requirens non vacat ipso iure per adaptionem secundi beneficii similis, declaratur primo, vt procedat in beneficijs simplicibus iam quaesitis, secus autem dicendum est, quando acceptans secundum beneficium simplex residentiam requirens nõ haberet ius in beneficio primo, sed tantum haberet ius ad beneficium, vt quia haberet gratiam ad beneficium requirens residentiam, tunc enim acceptando secundum beneficium simplex requirens etiam residentiam videtur ipsi gratiæ renunciare, adeo q; vacat, & ita debet intelligi gl. in d. clem. gratiæ. Et est ratio, quia facilius perditur ius ad rem quam ius in re, prout habetur in c. fi. de concess. præbend. lib. 6. & facit doct. Io. Andr. in regu. odia. de regu. iur. lib. 6. & ita limitat & declarat Benedic. Capra in d. regu. 90. nu. 215. & 216. & Panor. in c. extirpandæ. §. qui verò. nu. 52. de præb.

42 Secundo ÷ declaratur præfata conclusio, vt nõ procedat, quando beneficia præfata continuam requirerent residentiam, ita quòd ipso iure esset priuatus non residens, tunc enim vacat primum beneficium per adaptionem secundi, & ita procedit doctrina Inno. in d. c. ex tua. de cler. non resid. secundum Ant. in d. c. fi. de cler. non resid. Hæc tamen declaratio non videt vera, quia quantumcumque beneficium requirit talem residentiam, tamen per solam acceptationem non esset priuatus beneficiarius, nisi desineret residere, vt inquit Imo. in d. c. fi. de cleric. non resid. & Benedic. Capra in d. reg. 90. nu. 217.

43 Tertio declaratur præfata conclusio ÷ vt non procedat, quando statutum, vel consuetudo disponeret, quòd acceptando secundum beneficiu videatur habere primum pro derelicto, tunc enim vacat ipso iure, vt voluit Inn. quem refert & sequitur Bened. Capra in d. reg. 90. nu. 219. quia talis consuetudo vt rationabilis esset seruanda per id, quod habetur in ca. illud. 12. distinct. & in capit. vlti. de consue. & quod ibi no. scriben.

44 Quarto declaratur præfata conclusio ÷ vt non procedat, quando ipsa beneficia simplicia requi-

rerent residentiam, ita quòd non posset in eisdem deseruiui per alium, nõ tunc per adaptionem huius secundi beneficii videtur renunciari primo ex eo, quòd impossibile est, vt in vtroque beneficio per se quis deseruiat, vt probatur in c. quotidie. de consecra. distinct. 1. ita declaravit Floria. in cap. fi. de cler. non resid. dicens, quòd si testator iussit construi capellam in ecclesia parochiali, & instituit presbyterum, qui illi officia ret, cui presbytero pro sustentatione reliquit certa bona, si commissarij cõstruxerunt capellam, & elegerunt Rectorem ecclesiæ in capellanum ipsius, & per Episcopum fuerit institutus, per adaptionem talis cappellaniæ vacat ipsa ecclesia parochialis, & hoc si testator expressit, quòd per seipsum Capellanum deseruiat, & ita tenet Benedic. Capra vbi supra nume. 220. & videtur. est lapsus in alleg. 216. & scriben. in clem. gratiæ. de rescrip.

47 Declaratur quintò præfata conclusio ÷ vt non procedat, quando beneficiarius in vna diecesi acceptaret beneficium in alia diecesi, & ibi maneret, tunc enim tacite videtur renunciare primo beneficio, nisi aliud appareat, & ita procedere poterit, quòd voluit Inno. in d. c. fin. de cler. non resid. & doct. gloss. in c. ex parte. de cleric. non resid. & ita declarat Panor. nu. 6. in d. c. fi. de cleric. non residen. & Benedic. Capra in tracta. regularum, in reg. 90. nume. 125. & hoc ex tacita renunciatione, seu præsumpta defertione, prout intelligunt præfati scriben. & videnda sunt, quæ nota. in cap. ex parte. & in ca. qualiter. de cleric. non resid. & quæ inferius dicam in proximo capitulo.

48 Sextò declaratur præfata conclusio ÷ vt non procedat, quando quis obtinens canonicatum & præbendam in vna ecclesia, in eadem acceptaret secundum canonicatum & præbendam, & possessionem adeptus est, tunc enim ipso iure vacat primus canonicatus & præbenda, prout supradictu est, in c. 12. nu. 12.

Vltimo loco addendum est prædictis, quòd 49 ÷ quamuis primum beneficium simplex residentiam requirens ipso iure non vacet per adaptionem secundi similis, tamen ex quo sunt incompatibilia dicta duo beneficia, debet dari optio obtinenti, ad hoc vt eligat, quod voluerit, & alterum dimittat, vt probatur in c. referente, & in c. præterea. de præben. vt voluit Benedic. Capra vbi supra nu. 114. & videndi sunt scriben. circa hoc in d. capit. referente, & in capit. quia nonnulli. de cleric. non residen.

S V M M A R I V M.

1 Duo beneficia, quorum alterum est curatum, alterum residentiam habet, sunt incompatibilia, limitatur nu. 27. 28. & 29.

2 Ama

- 1 A maiortate rationis, etiam in materia pœnali debet fieri extensio.
- 3 Quid sit amittere beneficium ipso iure.
- 4 Non residens in beneficio, vtrum sit priuatus ipso iure, vel veniat priuandus num. 5. cum seq. vbi sit distinctio inter beneficium curatum, & simplex, et ponuntur regulae generales cum declarationibus.
- 11 Vtrum ad hoc vt incurratur ipso iure pœna priuationis propter non residentiam in beneficio curato, sit necessaria monitio tanquam præambula. num. 3. cum seq.
- 20 Quamuis pœna ipso iure incurratur, est necessaria sententia declaratoria.
- 21 In prædicta declaratoria citandus est priuatus ipso iure.
- 23 Iudex, qui declarat, nihil de nouo agit.
- 24 Vtrum prædicta monitio necessaria ad incurrendam amissionem ipso iure propter non residentiam in beneficijs curatis debeat esse trina, vel vna.
- 25 Priuandus beneficio simplici propter non residentiam vtrum sit monendus, seu citandus trina monitione, vel sufficiat vnica peremptoria, numero 16.
- 30 Quando obtinentur duo beneficia, vnum curatum, et aliud simplex residentiam requirens, vtrum primum ipso iure vacet per obtentionem alterius.

De incompatibilitate duorum beneficiorum, quorum alterum est curatum, et alterum residentiam requirit. Cap. XVIII.



V P R A in cap. 13. actum est, de incompatibilitate duorum beneficiorum curatorum, & in c. 17. actum est similiter de incompatibilitate duorum beneficiorum simplicium residentiam requirentium, sed quia solet quis aliquando habere vnum beneficium curatum, & aliud simplex, quod necessariam residentiam requirit, ideo operepretium erit aduertere, quòd ÷ huiusmodi beneficia nempe vnum curatum, & aliud simplex residentiam requirens sunt incompatibilia, vt sentit Inno. in c. fi. de cler. non resid. & doct. glossæ in clem. gratiæ, de rescript. quæ dicit, quòd recipiendo quis etiam beneficium simplex requirens residentiam, videtur renunciare gratiæ super beneficium curato obtinendo, ex quo non potest vtrumque de iure retinere, & hanc sententiam sentit Io. Calderi. in d. c. fin. de cleric. non residen. ad fi. & Io. Andr. in addi. ad Spec. in tit. de cleric. non residen. ad fi. & Oldr. in consi. 165. & Card. in d. c. fi. de cler. nõ

resi. & Pan. nu. 47. in c. extirpandæ. in §. qui verò. de præb. & Staphil. in tracta. de lit. gratiæ, in tit. de qualit. & stat. benef. nu. 42. & clarè probatur in Conci. Trident. Sess. 24. c. 17. ibi. illi verò, qui in præfenti, vbi pœna imponitur contra obtinentes vnã ecclesiam Cathedralem & aliam parochialem, si infra sex menses alteram non dimittant.

Ratio autem huius conclusionis clara est, & manifesta, nam si duo simplicia ex eo quòd residentiam requirent, sunt incompatibilia, à fortiori erunt incompatibilia vnum curatum, & aliud simplex residentiam requirens, nam ÷ ex maiortate rationis etiam in materia pœnali fieri debet extensio, vt inquit Alex. in additionib. ad Bal. in l. mancipia. in versu. turbans. C. de seruis fugitiuis. & Roch. de Curt. in repeti. c. fi. de consuetud. in 7. limita. in fo. 35. vbi non allegat Alex. sed tantum dicit, quòd istud præsupponit Anto. de Butr. in d. c. fi. & facit tex. in l. qui indignus. ff. de senatoribus, vbi sententia pœnalis, per quam indignus quis declaratur inferiori dignitate, extenditur ad maiorem dignitatem, & ordinem, per argumentu à maiori, & tex. similiter in l. cui pactio. ff. de ser. expor. vbi pactum pœnale, per quod interdicitur alicui Pomerio aut Suburbij, extenditur ad ciuitate: vt à fortiori ad ciuitate accedere non liceat, & tex. similiter in l. relegatorum. §. potest. ff. de interd. & re legatis, vbi prohibuit per sniam ab honore minori, à fortiori censetur prohibuit à maiori. Et facit doctri. Philipp. Deci. in c. 2. col. 10. in fi. in versu. Postremò superest, de proba. & in consilio 333. col. 3. in prin. vbi inquit, quòd statutu contra ius commune extenditur à maiortate rationis, & facit similiter doctri. Bal. in l. transigere. C. de transactio. vbi inquit in octaua opposi. quòd sicut non est licitum transigere super adulterio, ita similiter non erit licitum super incestu, per argumentum à fortiori. & quamuis gl. & scriben. in. auth. quas actiones. C. de sacros. eccl. teneant, q; in correctorijs non debeat fieri extensio à maiortate rationis, quæ doctrina communis est, vt inquit Deci. in l. non debet, cui qd plus. nu. 4. ff. de reg. iur. ac perinde videatur dicendum, q; in pœnalibus non debet fieri hæc extensio, sicut nõ fit in correctorijs, prout tenet Bal. in auth. ex testamento. col. 4. C. de sec. nupt. & Cur. sen. in cons. 45. in col. 8. vers. 2. quia in materia. Tamen dubium non est, quòd in pœnalibus debet fieri extensio, quando, si non feret, resularet absurdum, prout probatur in dictis iuribus superius adductis, & in multis alijs exemplis adductis per modernos in l. in suis. ff. de lib. & posthu. & per Phil. Deci. in c. quia in tantum. de præben. nu. 6. & ita tenent. est.

Sed quia residentia, quæ requiritur in vtroq; beneficio, est cã incompatibilitatis in casu nostro.



videndum erit, vtrum non residens in beneficio, ipso iure amittat beneficium, vel per sententiam præcedentibus monitionibus seu citationibus. Prius autem oportet videre, quid sit amittere beneficium ipso iure, vel per sententiam. Et breuiter dicendum est, quod quando dicitur beneficium amitti ipso iure, significamus rem esse late sententiæ ad differentiam eius, quod mediante sententia fit. Præterea intelligimus aliquid fieri sine ope exceptionis, vt in l. si suæ. §. si procurator. ff. rem ratam haberi, & in l. si rem. §. si dupla. ff. de euictionibus, & in l. conuento. ff. de tutelis & rationibus distrahen. & in l. qui seruum. §. si is cui. ff. de actionibus; & obligationibus. Denique cum aliquid est nullum ipso iure, nõ est opus restitutione in integ. vel appellatione, vel cessione, vel traditione, vel excusatione, vt resoluit Andre. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. nu. 408. C. de reuoc. dona. Tandem maxime interest, quod quid fiat ipso iure, vel per sententiam, nam centum & quatuor discrimina refert Andr. Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. nu. 266. vltq; ad num. 463. C. de reuoc. don.

Quibus præmissis deuenien. ad dictam questionem, vtrum non residens in beneficio priuatur ipso iure, vel veniat priuandus per sententiam ipsomet beneficio. Videbatur dicendum, quod neque priuatus est ipso iure, nec similiter venit priuandus per sententiam. Primò, quia aliquis non priuatur suo beneficio, nisi pro graui delicto, vt probatur in c. inuentum. r. 6. q. 7. cum similib. & not. Panor. mi. & Philipp. Deci. & alij scriben. in capitulo at si clerici. de iudic. Secundò quia pro graui delicto commisso à beneficiario nõ est priuatus beneficio, sed per sententiam venit priuandus, vt not. Pan. & Fely. in c. 2. de resc. & in c. querelam. & in c. tua de iur. iuran. cum simi. & Io. de Selua in tract. de benef. in 3. parte. in q. 2. Hæc tamen consideratio nõ obstat ex eo, quod hæc duo committere delictum & non residere in beneficio, sunt longè diuersa. & ita à diuersis & separatis non debet fieri illatio. Breuiter tamen pro resolutione dictæ questionis distinguendum est, quia aut sumus in casu, in quo beneficium simplex nullã requirit residentiam, & tunc temporis dicendũ est, quod beneficiarius non poterit priuari beneficio propter contumaciam in non residendo. Et est ratio, quia cum beneficium non requirant residentiam, non peccat beneficiarius non residendo, & ideo non debet puniri, ita resoluit Benedict. Capra in tract. regu. & fallen. in reg. 91. nu. 42. cum seq. quod est intelligendum sano modo, præterquam si cũ ipsa absentia prædicti beneficiarij concurreret simul vagatio, quia tunc propter delictum vagationis priuari poterit beneficiarius, vt tenet Inno. & Io. And. in c. ex tua.

de cleric. non residen. & Io. de Imo. ibidem, & hanc sententiam sequitur dicēs eam \* communem Benedict. Capra in d. reg. 91. nu. 45.

Aut verò sumus in beneficio simplici requirentem residentiam, & tunc temporis propter nõ residentiam poterit ipse absens priuari, seu spoliari beneficio, si elapsis sex mensibus sit citatus per edicta, prout habetur in c. ex tua. de cleric. nõ resid. vel si elapso tempore congruo ei personaliter citato assignato noluerit residere, vt in c. inter quatuor, & in c. ex parte. de cler. non residen. & scriben. idem, & glo. in d. c. ex tua. & tenet Benedict. Capra d. reg. 91. nu. 46. & sentit Panor. in c. extirpandæ. in §. qui verò. nu. 12. in lectura, & in repet. num. 16. cum multis seq. & inquit Benedict. Capra vbi supra, quod ordinarius non debet tantum festinare ad hanc priuationem beneficij, etiam post terminum præfixum ipsi personaliter citato, cum possit esse iusta causa impeditus, argum. text. in l. si finita. §. postea autem. ff. de dam. in fec. & no. scriben. in c. cum Bertol. de re iudi. & Imo. in d. c. ex tua. Ex quo clarè sequitur, quod in hac priuatione necessaria est sententia priuationis expressa, vel saltem tacita, quæ videtur resultare eo ipso, quod datur licentia eligendi alium, quod & satis peccare poterit in Papa. Imo & in inferiore, qui si præcedente monitione & contumacia de licentiam alium eligendi, tacite videtur priuari præmissa causæ cognitione, quod satis videtur sufficere in istis notorijs, prout est non residere, vt voluit Ioan. And. in cap. ex parte. de cleric. non residen. in quibus sufficit, quod constet de mente sine alia solemnitate, vt notatur in ca. ex parte. il primo, eodem titu. & in cap. vestra. de cohabitatione clericorum & mulierum, quæ sententiam videtur tenere Calderinus in d. ca. ex tua. de cleric. non resid. videlicet quod non sit priuatus, sed debeat priuari per illum text. & sic erit necessaria sententia, & facit text. in c. inter quatuor. de cleric. non residen. & ita resoluit Benedict. Capra in dicta regu. 91. numero 49. contra Hostien. in dicto cap. ex tua. de cleric. non residen. qui tenet, quod non est necessaria sententia priuationis, sed quod elapsis sex mensibus, vel termino prædicto sit priuatus beneficiarius, sed tenendum est sine dubio, quod sit necessaria sententia priuationis.

Quæ sententia declarat primò, vt non procedat, quando certum esset, quod ipse clericus absens sine iusta causa tunc enim potest conferri beneficium absque citatione, & superioris auctoritate: vt dicunt aliqui scribentes, prout referunt Innoc. & Hostien. in d. c. ex tua. de cleric. non residen. Contrarium tamè est verius, imò quod requiratur non solum citatio & monitio, sed et auctoritas superioris sine licentia, vt tenet Hof. Cald. Io. Andr. in d. c. ex tua. de cleric. non residen.

de. quam sententiam sequitur, dicens eam esse \* communem. Benedict. Capra vbi supra in regu. 91. num. 51.

Secundò declaratur præfata conclusio: vt non procedat, quando talis clericus absens fecisset aliquem actum, per quem verisimiliter ipsa Ecclesia haberetur p. derelicta: vt quia effectus fuit miles, ioculator, vel contraxit matrimonium vel solemnem pœnitentiam egit: tunc enim eius Ecclesia alteri conferri poterit abque alia priuatione, vt probatur in c. si Diaconus. 81. dist. 1. ita voluit Innoc. Hostien. & Ioan. And. in d. c. ex tua. de cleric. non resid.

Pro qua sententia facit quia id, quod est verisimile, est attendendum, tanquam id verum sit: vt probatur in l. non est verisimile. ff. quod metus causa, & in l. si filius. & in l. peculium aut. §. r. ff. de peculio, & in l. Iulianus. §. pterea. de actio. empti, & in l. sed & in l. susceperit. §. r. ff. de iudi. & in l. si extraneus. ff. de condition. ob causam, & in l. si debitor. §. verisimile est. ff. de contrahen. emptio. & in l. Pomponius. §. si quis. ff. in quibus causis pignus, vel hypotheca tacite contrahatur, & in l. insula. ff. qui potiores in pignore habeatur, & multa in fauorem huius conclusionis adducit Andr. Tiraq. in l. si vnquam. in præfatione, num. 37. cum multis seq. C. de reuoc. dona. vbi latissime agit de hac conclusione, & quis actus dicatur verisimilis in casu nostro, relinquitur iudicis arbitrio, vt notauit Cardin. in clem. causam. in ver. verum r. not. de electione, quæ sequitur Ripa in tractatu pestis, in tit. de priuilegijs contractus, num. 107. & l. in l. admonendi, in repet. num. 13. & Bald. in l. r. in col. 3. C. de confessis, quem retulit Andr. Tiraq. in d. l. si vnquam. in præfatione, nu. 53. C. de reuoc. dona. & Gomes. in commentarijs ad regulam. Cancellariæ de verisimili noticia obligat, in q. 5. qui in declaratione illius reg. in teligit hoc verisimile esse arbitrium, & ita resoluit Iacob. Menoch. in tract. de arbit. iudic. quaestio. in lib. 2. in centuria. r. in casu 85.

Tertiò declaratur præfata conclusio, vt non procedat in illo, qui tandiu stetit absens à beneficio, quod probabiliter dubitatur, an sit viuus, vel mortuus: quia talis definit habere liberam administrationem Ecclesiæ absque aliqua monitione, prout voluit Io. de Deo, & Laurentius in canone non oportet. de consecrat. dist. 5. hæc tamen declaratio falsa conuincitur ex textu in c. ex tua. de cleric. non resid. & contra eam tenuit ibidem Io. And. & Benedict. Capra vbi supra in reg. 91. num. 53.

Quartò declaratur præfata conclusio, vt nõ procedat, quando constitutio synodalis induceret priuationem ipso iure propter non residentiam, quia tunc non est necessaria sententia priuationis, prout sentit Floria. in d. c. ex tua. de cleric.

non residen. & facit doctrina glossæ in clem. vt ij qui. de ætat. & qualitat. & ita tenet Io. de Selua in tract. de benef. in 4. par. in q. 5. num. 3. post med. & Benedict. Capra vbi supra in regu. 91. num. 55. cum seq. dicit tamen Io. de Selua vbi supra, quod in hoc casu necessaria citatio est, seu monitio beneficiarij ad hoc, vt videat se declarari priuatum beneficio.

Aut verò sumus in casu, in quo beneficium est curatum, & tunc non est minima difficultas vtrum per non residentiam amittat quis beneficium ipso iure. Sed breuiter dicendum est, quod ipso iure ex non residentia inducitur priuatio, quod nobis probat clarus text. in c. extirpandæ. in §. qui verò. de præben. cuius verba sunt, Qui verò parrochiam habet Ecclesiam non per Vicarium, sed per seipsum illi deseruiat in ordine, quem ipsius Ecclesiæ cura requirit, nisi forte dignitati, vel præbendæ parrochialis Ecclesiæ sit annexa. in quo casu concedimus, vt qui talē habet præbendam, vel dignitatem, cum oportet eum in maiori Ecclesiæ deseruire, in ipsa Ecclesia parrochiali idoneum, & perpetuum habeat. Vicarium canonicè institutum, qui (vt prædictum est) congruentem habeat de ipsius Ecclesiæ prouentibus portionem, alioquin illa se sciat auctoritate huius decreti priuatum, liberè alij conferenda, qui velit & possit, quod dictum est, adimplere, qui textus duos casus ponit. Primus est, quando Ecclesia parrochialis non est annexa alicui dignitati, vel præbendæ, & beneficiarius nõ deseruiat in ea. Secundus casus est, quando Ecclesia parrochialis est annexa dignitati suæ præbendæ, & qui habet dignitatem seu præbendam non habet in Ecclesia parrochiali Vicarium canonicè institutum, qui deseruiat in ea, & ad hos duos casus refertur illa clausula, alioquin &c. p quam inducitur priuatio ipso iure, & clarũ est, quod clausula in sine posita refertur ad omnia præcedentia, & sic ad prædictos duos casus, vt probat text. in l. talis scriptura. in §. si. ff. de legat. r. & in c. inquisitionis. in si. de appell. & in l. 2. §. si filius. ff. de lib. & posthum. & in l. r. C. de lib. p. g. teritis, & in l. doli verbum. ff. de seruo corrupto, & Ang. in consi. 28. & Fel. in c. causam, quæ in col. 3. de rescript. & Aret. in consi. 115. & Casan. remissiuè in consuetud. in fol. 238. in col. 3. Marian. Junior in consi. 139. num. 5. vol. 1. qd verũ est etiam in materia odiosa, vt probat text. in d. l. 3. §. filius. & in d. l. r. C. de liber. præterit. & Alex. in consi. 101. in 3. col. in vol. 3. & Bal. in l. quisquis. C. si cer. pet. & l. in consi. 142. in col. 2. vol. 2. & in consi. 47. col. 1. vol. 3. & decisio Neapolitana 108. in nou. num. 15. cum seq. Tandem hanc regulam, quod clausula in sine apposita refertur ad omnia præcedentia, ponit Ant. Gabr. in lib. 6. com. conclus. in tit. de clausulis. in conclusion. 9. vbi adducit 23. limitationes

tionem ad hanc regulam, & quod non residens in beneficio curato ipso iure amittat beneficium, tenet Panor. in d. §. qui verò, in lectura, nu. 11. cum seq. & in repet. num. 16. cum multis seq. & ita resoluit Io. de Selua in tract. de benef. in 4. par. q. 3. per totam quaest.

Contra hanc tamen conclusionem imprimis obstat tex. in c. 2. de cleric. non resid. cuius verba sunt. In synodo Anastasius presbyter Cardinalis tituli B. Marcelli ab omnibus canonicè est depositus, eo quod parochiam suam per annos quinque contra canonum instituta deseruit, & in alienis usque hodie demoratur. Ex quo textu clarè probatur, quod non residentiam in Ecclesia parochiali venit quis privandus, ergo non est privatus ipso iure. Sed huic textui Pano. in d. §. qui verò, nu. 2. & Io. de Selua in d. q. 3. nu. 2. prope finem respondent, quod ille text. loquitur in beneficio simplici, non autem in Ecclesia parochiali. Sed iste intellectus sustineri non potest: quia ille text. loquitur in beneficio curato, ponderando verba ipsius ibi. eo quod parochiam suam parochia beneficium curatum est, ut dictum fuit supra in c. 1. §. in prin. Quare ad illum text. Panor. & Io. de Selua ubi supra taliter respondet, quod ille text. in d. c. 2. procedit in Cardinale, qui quidem sub dispositione generali illius. §. qui verò non comprehenditur propter personam eminentiam & dignitatem, & videnda sunt, quae superius dixi in capitulo secundo, quasi per totum maximè, nu. 14.

Præterea & secundo loco contra sententiam præfatam obstat tex. in c. sua. & in c. ex tua. & in c. inter quatuor. & in c. ex parte. cum similibus de cleric. non resid. quae quidem iura videtur requirere privationis sententiam, ex eo quod requirunt monitionem seu citationem, vel personalem vel per edicta. Ad quam difficultatem glo. in d. §. qui verò, respondet, quod omnia, illa iura sunt hodie correctæ per tex. in d. §. qui verò. Hæc tamen responsio, per quam inducitur iurium correctio, est odiosa, quia expedit iura iuribus concordare, & correctiones vitare, ut probatur in c. cum expedit. de elec. lib. 6. & facit doctrina glo. in c. si. 3. dist. Quare assignatur secunda solutio per Panor. & Io. de Selua, ubi supra, quod illa iura non loquuntur in Ecclesia parochiali, seu beneficio curato, sed in simplicibus beneficiis, de quibus iam supra dictum est: quod propter non residentiam non est privatus quis ipso iure, sed per sententiam. Tertia solutio assignatur per Innoc. & alios scriben. in c. bonæ. il primo, de elect. nempe quod illa iura in contrarium allegata habent locum & intelligi debent, quando quis est absens à loco beneficii: nam quia potest detineri impedimento legitimo, superior debet procedere iuris ordine servato, scilicet præcedente monitione. Nam contra inauditam partem ni-

hil est statuendum seu determinandum, ut probat elegans tex. in c. 1. de causa possess. & pprie. cuius verba sunt. Nec non contra inauditam partem aliquid possumus diffinire, ubi Pörfex Romanus de seipso loquendo inquit, quod ipse non potest aliquid diffinire contra partem inauditam, de qua conclus. videndus est Ant. Gabr. in lib. commu. opin. in tit. de citatio. in conclus. 1. & Io. Baptista Afinius in praxi iudiciorum in §. 7. in c. 5. per totum, qui scriben. assignant hanc regulam, quod in omnibus actibus requiritur citatio, quam regulam in finitum modis ampliant, & limitant, at verò tex. in d. §. qui verò. loquitur, quando beneficiarius est in loco beneficii, & tamen non vult facere residentiam, quam etiam solutionem tenuit ipsemet Panor. prout affirmavit in repet. d. §. qui verò, num. 24. Sed quia est possibile, quod quamvis beneficiarius sit in loco beneficii, possit detineri aliquo impedimento occulto, quod quidem causa sit proxima, & immediata non residendi, ideo Panor. in d. nu. 24. recedit ob hac solutionem, & assignat aliam quartam solutionem. Nempe quod illa iura, quatenus loquuntur de non residente in Ecclesia parochiali, procedant, quando est dubium, utrum beneficiarius non resideat ex causa iusta vel iniusta, quo casu ad hoc dubium tollendum necessaria est monitio, seu citatio, ad hoc ut compareat ad ostendam iustam causam absentie & hanc solutionem sentiunt aliqui antiqui, prout refert Innoc. in d. c. ex tua. de cleric. non resid. ubi refert, quosdam tenere, quod etiam sine monitione, & superioris auctoritate, si certum est, quod ab Ecclesia abest beneficiarius sine causa, potest alii conferri eadem Ecclesia, & allegant text. in d. §. qui verò. & sic aperte sentiunt prædicti, monitionem necessariam esse, quando dubitatur, an ex iusta causa abest beneficiarius, & hanc solutionem tacite videtur sentire Oldrad. in consil. 230. & hanc solutionem expressè approbat Panor. in d. num. 24. & Io. de Selua ubi supra contra Hostien. in d. c. ex tua, cui non placet hæc solutio, & hanc solutionem inuat hæc consideratio, quod illa iura in contrarium adducta non dicunt, quod sententia privationis debeat fieri contra absentem, sed magis dicitur absens suis beneficiis spoliari, ex quo clarè patet, quod non requiritur sententia privationis, nec citatio, sed quædam requisitio seu monitio, quando non liquet, quod sine causa iusta abest beneficiarius. ita considerat Pano. in d. §. qui verò, num. 25. hæc tamen consideratio, quamvis in se vera sit, divinatoria videtur, quia illa iura propriè loquuntur in beneficiis simplicibus, & non in curatis, in quo casu (prout supra dictum est) requiritur monitio, & necessaria est sententia ad privationem propter non residentiam. Manet ergo ex præfatis conclusum, quod propter non residentiam in beneficiis curatis

privatur quis iure beneficio curato.

- 12 Restat tamen alia difficultas, utrum ad hoc ut incurratur prædicta pœna privationis ipso iure propter non residentiam in beneficiis curatis, requiratur necessariò monitio, tanquàm præambula. In qua quaestione consideratis scribentium doctrinis quatuor reperio diverfas sententias. Prima est Innoc. in d. c. extirpanda. in §. qui verò, de præbendis, ubi inquit, quod ad præfatam pœnam incurrandam est necessaria præcedens monitio: quia inquit ipse, quod ubi pœna statuitur amissioni, vel negligentie sine die vel tempore: ut pœna incurratur, requiritur præcedens monitio, quam sententiam Innoc. sequuntur ibidem ferè omnes scribent. & Bal. in l. precipibus. col. 6. vers. non obsta. quod not. C. de impub. & aliis substitut. & in l. 1. col. 2. C. de his quibus ut indignis, & Alex. qui alios adducit in l. si mora. col. 5. vers. subdit hic. ff. solut. matrim. & in l. ita stipul. col. 3. ff. de verb. oblig. & in consil. 10. incip. attentis verbis testamenti. circa med. lib. 7. & Matth. de Afflic. decis. Neapolitana 370. incip. tria dubia col. 3. vers. 2. dubitatur, & idem Alex. in l. 1. C. de his quibus ut indignis, & Card. Florentinus, qui hoc dicit singulare, in consil. 55. incip. Reue redendus, & Petr. de Anchara. in c. licet canon. col. 1. in fi. & ibi quoque Dominic. & Philip. Franc. in ver. 15. de elect. lib. 6. & Pet. de Anch. in c. 1. col. 2. vers. septimò nota. de vita & honestate cleric. lib. 6. & in consil. 61. incip. Pro clarior, & Fely. in c. 2. col. 1. vers. extra gloss. de magist. & in c. 1. in vers. quinimo plus, de constit. & in c. si autem, de rescrip. propè si. & Benedict. Capra in tract. regul. in reg. 91. nu. 52. hanc sententiam dixit esse communem Sylvester in sua summa, in verb. excomm. 7. & in verb. excommunicatio 2. in vers. 2. dubitatur, & Bernardus Diaz in tractatu regul. & fallen. in regu. 474. & hanc sententiam etià tenet Hyppolit. in l. vnus. §. cogitatum. ff. de quaest. ubi refert plures scriben. eam commendans, & præfata sententia intelligitur vera, quando pœna ipso iure imponitur, prout in casu nostro, ita declarat idem Inn. ubi supra & post eum Hostien. ibidem in verbo privatum, & Io. And. in col. vltima & Pano. ibidem in repet. col. 8. & idem Panor. in c. excommunicationi. circa med. de raptorib. & Dominic. in d. c. licet canon. §. is autem, de elect. lib. 6. pro qua sententia communi facit etiam text. in l. 1. §. magistratibus. ff. de magistra. conveniè. ubi dicit tex. quod magistratui imputatur, si tutor pupillo non dederit, & tamen tunc tantum potest conveniri: cum fuerit admonitus, & facit similiter tex. in c. 1. de supplen. neglig. Prælat.
- 13 Secunda sententia fuit Panor. in d. §. qui verò, in lectura, nu. 12. & in repet. nu. 19. ubi inquit, quod ad hoc: ut incurratur præfata pœna amissionis beneficii ipso iure nulla est necessaria monitio

nitio præcedens, cuius sententiam sequitur Io. de Selua in tract. de benef. in quarta par. in q. 4. assignat Abb. rationem: quia quando metu pœnæ quis inducitur ad aliquid faciendum, & tunc non est dispositioni pœnali adiectum, pœna ipso facto committitur: cum affuit facultas illum actum gerendi, & minimè fuit gestus, & nulla admonitione præambula, ut voluit gloss. singularis in l. 1. C. de his quibus ut indignis. Nam pœna apponitur hæredi non vindicanti mortem defuncti, ut dicit ibi glo. quod eo ipso pœna committitur, quod hæres habuerit oportunitatem vindicandi, & non vindicavit, & de illa gloss. magnum festum facit Bar. in l. in cognitione. ff. ad Senatusconsultum Syllanianum; ubi per illam gloss. notanter dicit, quod pœna inflicta propter non factum incontinenti committitur, cum affuit facultas factum faciendi, & minimè fuit factum, quia hoc videtur procedere de mente disponentis, & pro hac sententia adducit Panor. tex. notabilem in c. cupientes. in princ. de elect. lib. 6. & videtur singularis in hac materia, ubi disponitur, quod electi in Prælatos Cathedralium, vel regularium Ecclesiarum immediate subiectionum Papæ, debent post consensum electioni præstitum iter arripere veniendi ad sedem Apostolicam, eorum electiones prosequuntur, & ibi quod si non fecerint, priuatur ipso facto omni iure, quod eis ex electione fuerit acquisitum, & text. ibi interpretatur, tunc pœnam committi, cum non veniat, quam cito poterint commode laborum considerata distantia, quod debebit aritari bonus iudex, ut ibi notatur, & post illud tunc sic: à iudice moderatum onus probandi in pedimentum incumbit illud alleganti, ut habetur in d. c. cupientes: quantumcumque pœna imponatur propter non factum.

- 14 Facit similiter Speculatoris, doctrina in titulo de citatione, §. sequitur. in vers. quid si non præfixus. ubi dicit, quod citatus ad comparandum sine termino tenetur comparere, quam cito commode poterit, & si non comparuerit, poterit multari propter contumaciam, quam sententiam speculatoris tenent communiter canonistæ in c. cum parati. de appel. ut inquit Abb. ubi supra & videndus est Ang. Paul. de Cast. & moderni in l. liber homo. §. decem. ff. de verb. obligat. & Marian. Soc. in tit. de dilatione. articulo 13. q. 6. & Andr. Siculus Barbat. in consil. 8. col. 1. uolum. & in consil. 3. col. 12. in uol. 2. & facit similiter tex. in c. cum dilecti. de dolo & contum. ubi citatus ut compareat certa die, tenetur comparere, si non fuerit impeditus, aliàs cum primum potest, facit c. quamvis. de off. ordinarij lib. 6. ibi, quam cito commode poterunt.

- 15 Pro qua Panormitani sententia facit, quod monitio non requiritur, ubi alicui pœna ipso iure imposita est: ita probat elegans tex. secundum intellectum

telle est Abb. antiqui in c. reprehensibilis. de appell. cuius verba sunt. Præsenti decreto statui mus: vt ne prælati, nisi canonica monitione præmissa, suspensionis, vel excommunicationis sententiam profertant in subiectos, nisi forte talis sit culpa, quæ ipso suo genere suspensionis, vel excommunicationis pœnam inducat. qui text. secundum Abb. ibidem alibi non reperitur, & refert Socin. in rubr. de dilationibus, in col. 3. vers. 1. 5. casus, vbi inquit, id probari per glo. in clem. 2. de pœnis. & facit, quod voluit Ant. de Butr. in c. vestra. in 1. membro de cohabitatione clericorum & mulierum, & Dominic. à S. Geminiano in c. quæ Lotharius. 2. q. 1. & Card. in c. extirpandæ. in §. qui verò. de præben. & Ludo uic. Roman. in l. is cui bonis. in versic. sed circa præfata dubitant. ff. de verb. oblig. comprobant hanc conclusionem Hippolit. de Marsiliis in l. de vnoquoque, nu. 88. ff. de re iudic. huiusmodi argumento, statuto cauetur, q̄ bona homicidæ ipso iure confiscentur, & alio statuto cauetur, quod delictum contenti pœnæ tertia pars remittatur: modò accidit, q̄ quidam homicida delictum confessus est. An ei tertia pars bonorum suorum remittatur propter confessionem huiusmodi, dubitatum fuit, & tandem conclusum nō remitti, propterea quod huiusmodi statutum in casu, in quo pœna ipso iure commissa non sit, intelligi debet, vt voluit Bart. in l. nā quod. §. 1. ff. de pœna legata, quem refert & sequitur Bal. in l. ea quæ. col. 2. C. de condic. indebit. & ita voluit Bart. in l. qui ob rem. ff. de condic. indebiti. & Florian. in l. lege Aquilia. la. 2. ff. ad l. Aquiliam. Redendo igitur ad rem nostram ex præfatis liquidò apparet, eum, qui pœnam ipso iure incurrit, deinceps alterius legis beneficio non releuari, hanc tamen doctrinam intelligunt scribentes supra adducti, in prima sententia, quando pœna imponitur ipso iure contra facientem.

16 Tertia sententia fuit aliorum antiquorum in c. ex tua. de cleri. non resid. vbi dicunt, quod quando certum est, quod beneficiarius se absentauit ab Ecclesia curata sine iusta causa, sine monitione, & superioris auctoritate, incurrit pœnam amissionis, & potest beneficium alteri conferri non præcedente monitione, si autem dubitatur, an ex causa iusta absit tunc temporis, tenent monitionem esse necessariam ad incurrendam præfata amissionis pœnam, & ita tenuit Oldrad. in suo consilio 130. & etiam Abb. in d. c. extirpandæ. in §. qui verò. de præben. & dignitatibus.

17 Pro qua sententia facit quia citatio necessaria non est, quando ille, qui citandus esset, si p̄sens esset actui, eum impedire non posset, nec ei iuste contradicere, ita tenet Ludouicus Romanus in consi. 202. incip. quoad primum. col.

1. per tex. in l. si cum seruum. §. si quis seruum, ibi, vt si p̄sens esset, & in §. ex iniusta, ibi, non esse vocati. ff. de fideicom. libertariis, & per tex. in l. recutare. ff. ad senatusconsultum Trebell. quod dictum refert & sequitur Hippolit. de Marsiliis in rubr. de probat. num. 219. & Abba. post Io. Andr. in c. cum olim. col. 6. versic. 2. causa, de re iudic. & in c. causam quæ, col. prima post Ant. de Butr. de rescrip. & in c. auditis. col. 3. de procur. & Abb. in c. accepta. in fin. de appell. & in c. bonæ. il. 1. col. 4. versic. item noto de elect. & Oldr. in consi. 95. incip. ex forma istius statuti. in fi. & Io. Calderin. in consi. 8. incipien. quod statutum. & Pau. Castren. in consi. 216. incip. circa primum. col. penult. & facit dictum Bald. in c. cum sicut. col. 2. de eo qui mittitur in possessionem, & Alex. in l. si pacto, quo pœnam. col. 1. & versic. limita tamen C. de pactis. & faciunt dicta per Socin. in consi. 4. sup. col. penult. vol. 3. & Hippolitus de Marsiliis in l. si. nu. 39. C. de probat. & in l. de vnoquoque, num. 67. & in singulari 3. incip. tu scis. & in l. 1. §. si. col. 5. versic. & facit etiam ff. de quaest. & hanc opinionem sequitur Dec. in consi. 696. nu. 3. in par. 5. per tex. in l. qui potest. ff. de reg. iur. & facit text. in l. necnon ignorante, & inuito ff. de tutor. & curat. datis ab his, & in l. 4. §. 1. ff. de fideicommiss. libertat. Roman. in consi. 369. incipien. circa primum. in §. dub. in versic. huius est ratio. Alex. in consi. 2. incip. visis codicillis. col. 6. lib. 1. & Albert. Brun. in consi. 1. nu. 70. & in consi. 19. nu. 5. in vol. consiliorum feudalium, & Io. de Sancto Iulia. in consi. 1. nu. 10. eod. volum. consiliorum feudalium, & Io. Andr. in ca. 2. de noui operis nunciat. & in addit. ad Specu. in titu. de sententiis, in §. species. versic. habeo de præcepto, circa med. & Anchara. in c. Romana. in verb. reuocent. de appell. lib. 6. & Io. Faber in lib. 2. in fi. C. si per vim vel alio modo, & Imol. in l. si quis mihi bona. §. iustum. ff. de acquir. hered. & Rom. in consi. 212. incip. quoad primum. in princ. in versic. 1. & 2. & in col. 7. & Alex. in consi. 130. incip. difficultas huius negotii. post prin. lib. 1. & Andr. Tiraq. in tract. res inter alios acta, in versic. limita secundò, & multi alii, quos refert & sequitur Ant. Gabriel. in lib. commun. conclusion. in tit. de citati. conclus. prima, limitat. 16.

18. Quarta sententia fuit Hostien. in d. c. extirpandæ. in §. qui verò. vbi inquit, quod quando quis habet beneficium curatum annexum dignitati, seu præbende, & ei non deseruit per Vicarium secundum formam text. in d. §. qui verò. sex menses à tempore vacationis sunt expectandi ad hoc, vt incurrat vacationis beneficij ipso iure: quibus sex mensibus elapsis illico ipso iure vacat beneficium, & potest liberè alteri conferri, quod probat idem Hostien. arg. tex. in c. 2.

de concess. præbend. Hæc tamen sententia Hostien. reprehenditur à Panorm. in repet. dicti. §. qui verò, num. 23. & à Io. de Selua in tracta. de benef. in q. 4. num. 2. quia text. in d. c. 2. nō loquitur de eo, qui habet constituere Vicariū in Ecclesia annexa, sed de collatore. Ideo pœna illius capituli non debet habere locum in casu nostro, quia non debet extendi ad casum diuersum, vt supra dictum est in c. præcedenti, numero 40.

19. Ex præfatis ergo quatuor sententiis diuersis eligenda est prima communis sententia Innocen. q̄ in casu nostro sit necessaria monitio ex ratione ipsius Innoc. & quia præfata sententia \*communis est, & à communi opinione nō est recedendum in iudicando, & consulendo: ut scripti in tractatu, de Clericis, & eorum exceptione, in 2. parte, in amplia. 2. 1. num. 5. cum sequen. & quia in pœnis benignior interpretatio fieri debet.

20. Est quamuis Panorm. sententia, quæ habet, q̄ ipso iure amittitur beneficium propter non residentiam sine monitione, esset amplectenda, deberet moderari, ita q̄ sententia declaratoria prædictæ amissionis beneficij ipso iure esset necessaria: quia quamuis pœna ipso iure imponatur, nihilominus est necessaria præfata declaratoria sententia, vt tenet Bar. per tex. ibidē in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci, & Ioan. And. & alii scriben. per tex. ibi in c. cum secundum leges. in §. confiscationis. de hæretic. lib. 6. & ita voluerunt Io. Andr. Archid. Pet. de Anchara. Dominic. & Philipp. Franc. in c. 2. de prescript. lib. 6. Archid. Ioan. Andr. Anchara. Fran. in c. felicit. §. nullus. de pœnis, lib. 6. & omnes ferè scriben. in c. 1. de homicid. lib. 6. & Card. in clem. 1. in princ. in notab. 14. de pœnis, & Petr. de Anchara. in c. cupientes. §. q̄ si per uiginti. col. vlt. versic. item collige. de elect. lib. 6. vbi ad hoc dicit singularem tex. in d. §. confiscationis. & in consi. 133. incipien. satis inaduertēter, col. 1. versic. Ego etiam, & in con. 189. incipien. tribus. col. 1. versic. secundò moueor. & Dominic. in consi. 42. incip. in nomine & c. quia reuocatur, col. 1. & Fely. in c. Rodolphus. col. 24. versic. sed declaratoria sententia, de rescrip. & in c. cum non ab homine. col. 4. versic. vtrum autem data, de re iud. & in c. 2. in princ. de spōsal. & in consi. 35. incip. quidam habens vnum filium. col. vlt. & multos, qui hanc sententiam tenent, refert & sequitur Alex. in l. si quis maior. col. pen. ibi ipso iure. & ibi etiam ceteri recentiores. C. de trans. & ita tenendum est contra aliquos, quos refert Andr. Tiraq. in l. si unquam. in verb. reuertatur, num. 398. C. de re uocan. donat. & ita resoluti in tractatu de cleric. & eorum exempt. limit. 4. num. 7.

21. In prædicta sententia declaratoria necessaria

riò citandus est clericus, qui priuatus est beneficio ipso iure, quia in hac sententia declaratoria eius citatio, de cuius præiudicio agitur, necessaria est: ut voluit gl. in clem. præfati. in verbo confiterit. de pœnis, quam sequitur Roman. in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. Panorm. & alii scribē. in c. peruenit. il primo, de appell. Bar. in l. ab executore. in princ. ff. de appell. & Bald. in l. ea quæ. C. communia vtriusque iudicij, & Aret. in c. 1. col. 8. versic. vtrum autē quando pœna. de iudicij, & in consi. 166. incip. sic. cut Io. dixit. col. 9. & Alex. in addit. ad Bart. in l. Imperator. ff. de iure fisci, & Fely. in c. Rodolphus. col. antepen. ver. sed iustior est: cum citatur pars. de rescrip. & Soc. inter consi. Francisci Curtii senioris in consi. 2. o. incip. Domine labia mea aperies. in 4. dubio, vbi inquit, de hoc esse text. expressum in c. parrochianos. vbi not. Panorm. de sententia excom. & facit text. in d. clem. dum ibi dicitur, si confiterit, quia parte non vocata constare non potest, ut in l. vlt. ff. si per vim, vel alio modo, & vidēdus est Andr. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo reuertatur, num. 404. & quæ adduxi in d. tractatu de clericis & eorum exempt. in 3. par. in limitat. 2. nu. 5. cum multis seq. ubi latè dixi de hac. q. & ad ibi dicta me remitto.

22. Sed contra præfata obstant multum ea, quæ dixi supra in c. 4. nu. 6. & nu. 7. ubi dictū fuit, q̄ beneficia promoti in Episcopum vacant ipso iure, nec requiritur aliqua sententia declaratoria præfate vacationis ipso iure, & q̄ præfata beneficia liberè possunt conferri aliis illiis vacantibus, nec requiritur aliqua citatio illius, q̄ promotus fuit in Episcopum. Ex quo videbatur dicendum, q̄ similiter in casu nostro, quando beneficium uacat ipso iure propter non residentiam, non requiritur sententia declaratoria, nec citatio ipsius possessoris. Sed respondēdū est, q̄ aliud est in casu nostro, qui est diuersus à præfato casu, quando quis est promotus in Episcopum. Et ratio diuersitatis ea est, quia quando quis promouetur in Episcopum, & acquiescit, ex iurisdictione censetur renuciare uerè omnibus beneficiis, quæ habebat ante promotionem, ut probat text. in c. cum in cunctis. in §. cum uerò. de elect. & ideo non requiritur citatio. At uerò in casu nostro, quando quis amitteret beneficium ipso iure propter non residentiam, id amitteret in pœnam propter non residentiam, & huiusmodi pœna est declaranda per sententiam ex non residentia citato ipso beneficiario, quia potest esse, q̄ habeat iustā excusationem, ad hoc ut pœnam præfata, ipso iure impositam fugiat, & ideo iure optimo necessaria prædicta sententia declaratoria est, & citatio ipsius beneficiarii, ut constando de prædicta non residentia, possit fieri declaratio quod

quod beneficium ex iuris dispositione in pœnam fuit ipso iure amissum.

- 23 Nam iudex qui declarat in casu hoc, nihil de nouo disponit, sed quid sit actum in præteritum ostendit: ut inquit Bal. in l. cum testamento, in fine. C. de manumissis testamento, & Philipp. Dec. in l. edita. nu. 47. C. de edendo, & probat tex. in l. hæredes palam. in §. sed & si notam. ff. de testam. & idem probat tex. in l. a deo. §. cum quis. ff. de acquir. rerum dominio & in l. asse toto. ff. de hæred. in stit. & in l. vnus ex familia. §. si de falcidia. ff. de leg. 2. & in cle. 1. in princ. de iurepatro. & probatur etiam in proœmio lib. 6. in prin. & in clem. exiuit. vers. locum autem. de verborum signifi. gl. in c. per tuas. in verb. de nouo. de donat. & glo. in c. 1. in verb. & filio. de summa Trinit. lib. 6. & ibi Dominic. col. pen. vers. nota istam gloss. Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de testamento, in §. nunc videndum. col. pen. ver. hoc etiam nota. & Domic. in proœmio lib. 6. in prin. in ver. & nota optimum tex. & Card. in c. fi. col. 2. vers. si verò disponit. de constitut. Imol. in clem. 1. col. 8. in vers. gloss. cecidisse. de sequest. post. & fruct. Barbat. in consi. 28. col. 9. vers. ecce aut. vol. 1. & in consi. 7. col. 1. vers. 3. facit. vol. 3. & in consi. 87. col. 9. vers. & hoc satis aperte. eo. vol. Fely. in c. super quæstio. col. 1. de off. dele. & in c. qualiter & quando. il primo. colum. 14. vers. & pro ista fallentia. de accusat. & in c. nõ potest. col. 2. vers. facti. glo. singularis. de re iudic. Philipp. Dec. in l. edita. num. 47. C. de edendo, & in l. 1. col. 1. C. de impub. & aliis. & in c. fin. col. 6. vers. & aduertendum. de constitut. & in c. pastoralis. §. verum. in not. 3. de appell. & Purpurat. in l. 1. num. 39. ff. si cert. petat. tandem hanc regulam, quod declarans nihil de nouo agit, assignat Ant. Gabriel. in lib. 6. com. conclus. in conclus. 3. per totam, ubi ampliat, & limitat multipliciter hanc conclusionem.

Tenendo igitur communem sententiam supra relatam, quod nõ debeat priuari beneficiarius beneficio curato ipso iure propter non residentiam, nisi præcedat monitio supradicta, restat 24 alia difficultas non minor, vtrum in hoc casu requiratur trina monitio, vel sufficiat vnica tantum monitio. Et breuiter hanc quæstionem mouet Io. de Selua in tract. de beneficio, in 4. par. in q. 5. per totam quæstionem. Sed clarius procedendo præsupposito quod agitur de priuatione, quæ fit ab ipso iure propter non residentiam in beneficio curato, præmissa præfata monitione, dicendum est, quod in hoc casu vnica tantum monitio est necessaria, & non requiritur trina monitio: quia in extraiudicialibus sufficit vnica monitio, & non requiritur trina, sed in casu nostro agitur de monitione extraiudiciali: quæ ipse iudex (pro ut iam dictum est) non priuar

beneficiarium beneficio curato propter nõ residentiam, sed ius ipsum. Ergo vnica tantum requiritur monitio & non trina. quod autem in extraiudicialibus sufficiat vnica monitio, tenet Ant. in c. ex literis. de constitut. & ibi Imol. & post eos Panorm. num. 8. & alii scriben. vt probat tex. cum glo. in c. si Episcopus 17. distinc. & in clem. 1. de hæret. & Inno. in c. ad petitionem. de accusat. & gloss. in clem. 1. in uerbo factam. in fi. de decim. & ibi Io. de Imol. col. 10. & Io. And. in c. ego. N. de iureiurando, super verbo vocatus. & ibi Ant. de Buttr. & Panorm. & gloss. similis in c. cupientes in §. quod si per 20. in verb. proposita. de elect. lib. 6. & ibi Dominic. in colum. pen. in vers. & nota eam glo. & Innoc. in c. cum nobis olim. in gloss. iucip. fed nunquid eo ipso. de elect. & Buttr. in c. tua nos. de testam. & Bart. in l. qui Romæ. §. cohæredes. & §. Seia. ff. de verb. oblig. Roma. in l. si ex lege. in prin. eod. tit. & in consi. 427. incip. omnipotentis. per glo. ordinariam in l. si tempora. C. de si de instrum. & in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. ff. de oper. nou. nunciat. Bal. in l. qui crimē colum. 8. vers. 8. queritur. C. qui accusare nõ possunt, & in l. nam ita Diuus. in 4. col. ff. de adopt. Imol. in l. ex consensu. §. si in antepenu. col. ff. de appell. & in l. si finita. §. si plures. in 8. col. ff. de damn. infect. & Bal. in l. ad peremptorium. ff. de iud. & in aucten. item nulla Communitas. post prin. C. de Episcopis & cleric. & in l. si col. 1. §. in vers. 4. quæro. C. de edicto diui Adriani tollendo. Tandem hanc regulam ampliat vno modo & limitat nouem modis Fely. in d. c. ex literis. de constit. num. 8. & ampliat etiam & limitat Scipio Ianuarius in tractatu regul. in reg. 21.

- 25 Si autem quis debet priuari beneficio simplici, quod requirit residentiam, tunc temporis necessaria est trina monitio seu citatio, & non sufficit vnica. Et est ratio, quia in monitione seu citatione, quæ fit, ut quis priuetur per sententiam, debet esse trina, & propter vnica non priuatur, ita tenet Angel. in aucten. de hæred. & falcidia. §. si quis autem non implens. vers. & ex his infero, per illum tex. & in auctentico, de ecclesiasticis titulis. §. si autem. per illum tex. & Fel. in c. ex literis, num. 8. & Bart. in l. si finita §. Iulianus. ff. de damno infecto, & Innoc. & scriben. similiter in c. ad petitionem. de accusat. & scriben. similiter in c. consuluit. de offic. de leg. maxime Philipp. Dec. ibidem in tota lectura, & ita sentiunt scribentes in c. ex textu de cleric. non residen. ubi plene agitur, quomodo debeat quis citari, quando est absens, & declarat similiter Benedict. Capra in tractatu regularu, in reg. 91. num. 28. cum seq.

- 26 Dubium tamen est, vtrum quando beneficiarius, qui non residet in simplicibus residentiam

requirantibus, est præsens, debeat citari per trinam citationem, vel sufficit vna peremptoria pro omnibus. Et quia in hoc casu agitur ad pœnam amissionis opponendam, est varietas opin. inter scriben. nam Io. Andr. in additionibus ad Specul. in tit. de clericis non residentibus tenet, quod non sufficit vna citatio peremptoria, & idem tenet glossa in clem. 1. in verb. 3. de vit. & honestate clericorum, & Bald. in c. 1. de milite vasallo qui contumax. Contrariam tamen opinionem, imo quod in hoc casu sufficiat vna peremptoria citatio pro omnibus, tenet Matheus de Afflic. in decil. 289. num. 7. dicēs hanc esse communem sententiam, & idem tenet Michael Grass. in lib. 2. commu. opin. in c. 5. in q. 7.

- 27 Præfata tamen conclusio superius relata, quæ habet, quod beneficium curatum est incompatibile cum beneficio simplici residentiam requirente, declaratur primò, vt non procedat, quando in dicto beneficio curato, seu simplici residentiam requirente potest quis deseruire per Vicarium perpetuum, tunc enim nulla est incompatibilitas, prout supra dixi in c. 13. nu. 58. in declaratione 18.
- 28 Sed dubitatur quando potest quis deseruire per Vicarium perpetuum in beneficio. Et breuiter dicendum est, quod multos casus adducit Benedict. Capra in tract. regul. & fallen. in regu. 62. per totam regulam, & Io. de Selua in tract. de beneficio in 4. par. in q. 6. per totam quæstio. & Panorm. in c. extirpandæ. in §. qui verò. de præben. & aliquos adduxi supra in c. 17. nu. 28. qui ferè omnes casus comprehenduntur sub tribus casibus. primus est ratione vtilitatis Ecclesie, secundus est ratione necessitatis, tertius est, quando à iure hoc est expressum, prout considerauit Petr. Rebuff. in practica beneficiorum, in tit. dispensatio de non residendo, numero 70. cum duobus seq.
- 29 Secundò declaratur præfata conclusio, quãdo beneficium præfatum non est actu curatum sed habitu tantum, & nullam de præfenti requirit residentiam, quia huiusmodi beneficiu poterit obtineri cum dicto simplici residentiam requirente, argumento eorum, quæ supra dixi in c. 13. num. 53. Tandem alias declarationes poterit colligere ex adductis in dicto c. 13. & in capit. 17.
- 30 Et tunc quia præfatum beneficium curatum est incompatible cum alio beneficio simplici residentiam requirente dubitatur, vtrum alterum præfatorum beneficiorum ipso iure vacet, per obtentionem alterius, nempe curatum per obtentionem simplicis residentiam requirentis, vel e conuerso, quam quæstionem mouet Pan. in c. extirpandæ. in §. qui verò. de præben. numero 47. Tandem dicendum est, quod ipso iure non

inducitur vacatio in hoc casu, sed debet fieri per sententiam, argumento eorum, quæ supra late disputauim. in c. 17. nu. 39. & ad ibi dicta me remitto. Videndum tamen est, quid circa hoc disponat Concil. Trident. sess. 24. cap. 17. de reformatione.

## S V M M A R I V M.

- 1 Duo beneficia simplicia residentiam non requirunt sunt incompatibilia, si eorum alterum est sufficiens ad congruam sustentationem beneficiarij, ubi assignantur rationes, & quid in pensionibus, nu. 7.
- 2 Habere prædicta beneficia nihil aliud est, quam genus negationis, & turpis lucri commodum ex cupiditate procedens.
- 3 Non est intentionis Papæ providere de beneficio ei, qui habet sufficiens beneficium.
- 4 Peccat, qui beneficium sufficiens sine causa dimittit pro alio pinguori.
- 5 Habere prædictam incompatibilitatem est contrarium omni rationi, etiam diuina, nu. 7.
- 6 Qui occupat plura beneficia sufficientia dimittit cultum diuinum.
- 8 Consuetudo non potest inducere: vt incompatibilitas prædicta cesserit, etiam temporis immemorabilis, nu. 9.
- 10 Quod venit ex ratione legis, venit ex lege & non per extensionem nu. 11. 12.
- 13 Papa vtrum possit dispensare circa prædictam incompatibilitatem, num. 14. cum seq.
- 18 Causa iusta præsumitur in dispensatione Papæ nu. 20. 21.
- 21 Quod beneficium dicatur sufficiens ad congruam sustentationem.
- 23 In iudicando beneficium sufficienti debet considerari nobilitas, nu. 24. cum multis seq. ubi multa de nobilitate.
- 35 In hac sufficientia iudicanda est habenda consideratio ad dignitatem persone.
- 36 Et in hac sufficientia est habenda ratio omnium, quibus eget beneficiarius, nu. 35.
- 38 In hac sufficientia debet considerari, quod beneficium sufficiat beneficiario & suis.
- 39 Qui dicantur sui in prædicto casu, late declaratur num. 49. cum seq.
- 42 In hac sufficientia, vtrum debeat haberi respectus ad bona patrimonialia clerici.
- 43 Clericus habens sufficiens patrimonium, vtrum possit id conseruare & salua conscientia in proprios vsus conuertere redditus beneficij, numero 45.
- 44 Opinio fauens cause piæ vtrum attendenda contra aliam communem, nu. 45.
- 46 Opinio consuetudine approbata, vtrum sit attendenda contra aliam communem.
- 47 Consuetudo vtrum excuset à pœna, & nu. 48.



*De incompatibilitate duorum, seu plurium beneficiorum simplicium etiam residentiam non requirentium, quorum vnus est sufficiens ad congruam sustentationem.*

Cap. XIX.



**V**TRA prefatas incompatibiliter, est etiam alia incompatibilitas nempe quando obtinetur duo seu plura beneficia, & eorum vnus est sufficiens ad congruam sustentationem, & ita obtinens prefata beneficia est in peccato mortali: vt notat gl. in c. dudum. il secundo, de elec. in finalibus verbis ibi. Sed credo, qd si primum beneficium sit sufficiens, qd se eundem non possit habere, nisi dispensatiue, & idem tenet eadem glossa ibidem in verbo retinere, ibi nota qd qui habet plura beneficia, quorum alterum per se sufficeret, non potest sine mortali peccato retinere, quam gl. sequitur ibi dem Panor. num. 36. & hanc sententiam sequitur Bertachinus in repertorio in verbo beneficium. post num. 90. in versu. beneficia plura, & fuit sententia Goffredi doctoris antiqui: vt recitat Io. Andr. in c. quia nonnulli. de cleric. nō resid. vbi inquit, qd plures praebedas, non pot quis simul habere, dummodo vna per se sufficiat, alias etiam de iure communi potest quis habere: vt in c. conquarente. de cleric. non resid. & hanc sententiam voluit etiam gl. in c. gratia. de rescriptis, lib. 6. & Hostien. in c. super inordinata. de praebedis, vbi inquit, qd pluralitas est inhibita, licet cesset ratio residentiae, arg. tex. in c. cum non ignores. de praebedis. & hanc sententiam sequitur referens Hostien. gloss. Benedict. Capra in tractat. regul. & fallen. in reg. 90. nu. 138. & late hanc sententiam defendit Abb. Panor. in c. extirpanda. in §. qui verò. de praebedis. nu. 34. & eam sequitur Syluester in summa in verbo beneficium 4. nu. 1. & hanc sententiam tenent omnes scribentes infra allegan. in 2. par. in prima compatibilitate, qui tenet indistincte, qd non licet habere plura beneficia simplicia, etiam si residentiam non requirant. & hanc sententiam in virtute sentit Dominicus de Soto lib. 3. de iustitia & iure, in q. 6. articulo 3. conclus. 3. in cas. 1. & Cardin. Floren. in clem. gratia. de rescriptis. & Nauarrus in Apologia de redditibus q. 1. monitorio 76. num. 2. & ita tenendū, quāuis Inno. teneat contrarium, quem refert Benedict. Capra vbi supra nu. 96. & quamuis seruetur communiter contrarium, vt inquit Bene-

dict. vbi supra, & vide omnino quae infra dicenda sunt nu. 46. cum seq.

Cuius conclusionis multae rationes poterūt adduci, sed breuiter referendae erunt, quae magis ad rem faciunt. Prima ratio est quia habere plura beneficia, quando vnus de per se est sufficiens ad congruam sustentationem, nihil aliud est in rei veritate, quam genus quoddam negotiationis, & turpis lucri commodum ex cupiditatis radice procedens. quod clarè probat nobis text. in c. quia nonnulli. de cleric. nō resid. in princip. ibi. Quia nonnulli modū avaritiae non ponentes dignitates diuersas & plures Ecclesias &c. & probat tex. in c. cum iā dudum. de praebedis. ibi. ambitionis & avaritiae vitium, cui nondum finem imponens contra definitionis nostrae tenorem &c. & idem probat in c. de multa. de praebedis. ibi. Quia verò pp. presumptiones & quorundam cupiditates &c. & idem in c. r. 21. q. r. vbi dicitur, clericus ab infanti tempore non connumeretur duabus Ecclesiis: negotiationis enim hoc est, & turpis lucri proprium commodum, & ab Ecclesiis consuetudine penitus alienum, & idem probatur in c. quia in tantum, de praebedis. cuius verba sunt. Quia in tantum quorundam processit ambitio, vt non duas vel tres, sed plures Ecclesias perhibeantur habere, & idem probatur in extrauag. execrabilis Io. XXII. in tit. de praebedis, cuius verba sunt. Execrabilis quorundam tam religiosorum quam secularium ambitio, quae semper plus ambiens, eo magis fit infatigabilis, quo sibi amplius indulgent &c. & nouissimè hoc docet sacrum Tridentinum Concilium sess. 24. de reformatione c. 17. cuius verba sunt. Cū ecclesiasticus ordo peruertatur, quādo vnus plarium officia obtinet clericorum, sanctè sacris canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Ecclesiis conscribi. verū quoniam multum improba cupiditatis affectu seiplos nō Deū decipientes &c. Cum ergo habere plura beneficia, qd vnus de per se est sufficiens, procedat à radice cupiditatis & avaritiae, nullo modo negari potest, qd hoc sit peccatum, & qd beneficia prefata sint incompatibilia.

Alia est ratio assignari potest, videlicet qd habentes plura beneficia, vendicant sibi stipendia plurimorum, nec est intentionis Papae: ut competenter pulsus de beneficio obtineat aliud beneficium, & sic occupet locū clericorum pauperū instituendorū in illis beneficiis; vt aperte dicit tex. in c. ad aures. & in c. postulasti. de rescriptis, & in c. cum teneamur. de praebedis. qd clarè probat, si consideremus, qd quāuis olim rpe Apostolorum oia bona congregationi fidelium collata venderent, & pretiū distribuerent inter egētes: Postmodū tñ videntes summi Pontifices, plus utilitatis posse conferri, si bona nō venderentur, quia

quia de ipsorum fructibus & redditibus poterat elegantius subueniri tam praesentibus quā futuris, statuerunt, quod bona conseruaretur Ecclesiis, & sic non possēt vllus indigens reperiri, vt plenius habetur in c. videntes. 12. q. 1. & ideo quādo vnus habet plura beneficia, quorum alterum est sufficiens ad congruam sustentationem, est contra mentem prouidentis, & omnium iurium in hac materia disponentium nam habenti dare, nihil aliud est, quām perdere, & qui habētes ex beneficio vnde viuat, aliud beneficium assequuntur, non alimenta, sed potius peccata suscipiunt: vt inquit tex. in c. palto ralis. & in c. clericus. 1. q. 2. Vnde sicut nō licebat, qd bona ab Ecclesia primitiua in communi possidebantur, & vendebantur, plus accipere, quā vniciuiq; erat necessarium, alios pauperes & egenos defraudando, ita & similiter post factam erectionem beneficiorum accipere plura beneficia, quando vnus est sufficiens nō licet: nam beneficiorum erectio idem operatur, quod olim operabatur diuisio: vt resoluit Franc. Sarmiento in tract. de redditibus Ecclesiasticis, in 4. parte, capitulo primo, numero tertio & quarto.

Ter tia ratio prefata cōclusionis assignatur: quia, vt secūdū Apostolum, qui libet debet esse contentus ea vocatione, qua vocatus est à principio, & non in alia Ecclesia collocari, & hinc est, quod sicut non omnino excusatur à peccato is, qui honestum victum in terris salubribus habens, sine alia necessitate aut vtilitate publica studet beneficium relinquere eo solo, quod minoris sit redditus, & capere aliud eo solo, quod sit maioris redditus: vt videtur sentire Diuus Thomas in secunda secundae q. 188. & videtur probari in capit. rationes. & in capit. scias. quae agunt de Episcopis, & in capit. non oportet. & in cap. peruenit. quae agunt de aliis minoribus: 7. q. 1. quibus aperte recipitur: vt neque auaritia, neque presumptione, neque voluntatis, pprie causa huiusmodi fiat mutationes, sed solum necessitate aut vtilitate non quidem propriae crumena seu bursae, ut eadem decreta aperte significant, & multa adducens ita tenet Martinus Nauarrus in dicta Apologia de redditibus, in dicta quaest. prima in monitorio 76. nume. tertio, & sentit Dominicus de Soto in lib. tertio, de iustitia & iure, in quaest. sexta, in articulo 2. in col. 13. ita similiter excusari non potest à peccato is, qui habet beneficium sufficiens ad congruam sustentationem, si aliud vult obtinere simul.

Quarta ratio est: quia, vt habere plura beneficia, quando vnus est sufficiens, contrarium est omni rationi: vt clarè probatur in c. ad hanc. de praebedis, cuius verba sunt, illud est rationi contractum, vt vnus clericus in vna vel di-

uersis Ecclesiis plures dignitates, vel personatus obtineat: cum singula officia assiduitatem exigant personarum, & in cap. ratio nulla. de praebedis, cuius verba sunt. Ratio nulla permittit, vt quod pro communi vtilitate datum esse cognoscitur, propriis cuiuslibet vibus applicetur, & hinc est, quod inquit Diuus Bernardus citatus à Diuo Thoma in quodlibeto nono, in articulo 15. qui non vnus, sed plures est in beneficiis, non vnus, sed plures erit in suppliciis, & idem Bernardus ad Theobaldum Comitem in Epistola 269. cuius verba sunt. Honores & dignitates Ecclesiasticas non ignoro deberi iis, qui dignè eas secundū Deum administrare velint & possint, porro eas acquiri paruulo vestro, melius etiam vestris precibus, nec vobis iustum, nec mihi tutum noveritis: neque cuiquam adulto plures habere in diuersis Ecclesiis licet, nisi dispensatoriē qui dem ob magnam Ecclesiarum necessitatem, vel personarum vtilitatem, & hoc sentit Chryostomus citatus à Diuo Thoma in quodlibeto nono, articulo 15. vbi inquit, quod tenebrae erubuerunt, lumen erubescat, quod figurè non fuit concessum &c. figurè autem non fuit concessum, quod inter leuitas, qui capiebat in Bethleem, caperet in Hierusalem. quomodo cum perfectiores esse debemus, qui caput Tyro modo capit in Damasco, & hoc etiam tenet idem Diuus Thomas in dicto quodlibeto nono, in articulo 15.

Quinta ratio est: quia, vt quando quis occupat plura beneficia, quorum vnus est sufficiens, sine dubio diminuit diuinum cultum: nam possunt esse in praefatis beneficiis multi beneficiarii, qui horas canonicas singulis diebus recitent, & diuinas preces Deo pro fidelibus offerant, & ex hac sola causa manifestè cōuincitur iniquitas eius, qui obtinet plura beneficia, quando alterum est sufficiens, neque mentionem facio de seruitio seu residentia debita in beneficiis: quia haec conclusio debet intelligi, vt inferius declarabitur, etiam si beneficia prefata nullam de statuto, consuetudine, vel priuilegio requirant residentiam. Nam si residentiam requirerent, iam esset alia & secunda incompatibilitas, & sic essent duae incompatibilitates, prima ea ratione, quod alterum praefatorum beneficiorum est per se sufficiens ad congruam sustentationem 2. quod beneficia requirunt residentiam, ut supra dictum est in cap. 17.

Ex quibus omnibus rationibus manifestè colligitur, qd habere plura beneficia simplicia, quando vnus est sufficiens ad congruam sustentationem, non solum repugnat iuri humano positiuo, sed etiam iuri diuino ac naturali. Nā si ex auaritia vitio, pcedit pluralitas praedicta



& talis beneficiarius plurimorum stipendia occupat, & facit contra mentem concedentis beneficia, & si hac pluralitas est oī rōni contraria negari nō pōt, qn sit iuri diuino & naturali cōtraria, & ita qd sit contraria iuri naturali & diuino, tenet Panor. quem refert & sequitur Dominicus de Soto lib. 1. de iustitia & iure. q. 7. in art. 3. propē si, & ita sine dubio tenendum est. Ex quibus omnibus dicendum est, qd sicut sunt in compatibilia plura beneficia sufficientia, ita similiter ex eisdem rationibus sunt incompatibiles plures pensiones, quando altera earum est sufficiens ad congruam sustentationem, maxime hodie, nam pensionarius tenetur recitare horas Canonicas: vt infra in c. 20. num. 18.

Ex qua conclusione, ac rationibus aliqua inferuntur scitu digna. Primo inferuntur qd cōsuetudo nō potest operari, quod quis obtineat sine peccato prefata beneficia, & hanc sententiam latissime defendit Abb. Panor. in c. extirpandæ. in §. qui verō, nu. 3. & 10. Bertachinus in verbo benef. in versi. beneficiorum sufficientia præsupposita. Et ratio est manifesta, quia cū prefata consuetudo sit contraria iuri naturali ut colligitur ex rationibus superioribus adductis, nullo modo pōt excusare ipsos beneficiarios obtinentes prefatam pluralitatem, nam iura naturalia immutabilia sunt: vt probatur in §. sed naturalia quidem iura. cum multis similibus, insit. de iure naturali, gentium & ciuili. Et præterea prefata consuetudo: cum sit contra tot iura & rationes, potius dicitur corruptela, & inde non est obseruanda: ut in c. cum venerabilis, de cōsuetudine. nam diuturnitas temporis sine veritate & ratione est vetustas erroris: vt in c. veritate. §. distinct. & quanto diuturnior tanto culpa grauior est: ut in c. flagitia. 3. 2. q. 7. & in c. vltimo. de consuetudine. Præterea prædicta consuetudo est sine ratione: nam procedit ex ambitione, & manifestum continet animarum periculum, vt in c. quia in tantum. de præben. Ergo prefata cōsuetudo est impræscribibilis, & non obseruanda, vt probatur in c. ff. de consuet. & in ca. non satis. & in c. cum in Ecclesia. de symonia. & est optimus tex. in c. 1. de consuetud. lib. 6. vbi reprobat consuetudo circa pluralitatem dignitatum, personarū, vel officiorum circa dispensationem sedis Apostolicæ ex eo, qd illa cōsuetudo, vt ibi dicitur, de ambitionis radice procedit, & præterea prædicta consuetudo est præiudicialis Ecclesiis: vt negari non pōt, & magnum infert grauamen, quo casu sine dubio nō est obseruanda, vt in c. 1. de consuetud. & videndus est Panor. in c. dudum il. 2. de elect. num. 36. vbi declarat hanc illationem, quō debet intelligi & procedere, & ita tenedū est, quamuis Florianus in c. cū iadudum, quem refert & sequitur Capra in reg.

90. num. 140. contrarium tenet.

Secundō inferuntur ex prædictis, quod etiam consuetudo in hoc casu esset temporis immemorabilis, nihilominus non excusaret beneficiarium à peccato, quod clarè patet, quia præscriptio seu consuetudo immemorabilis, quæ est irrationabilis, minimè excusat à peccato, & non est obseruanda: ut tener gloss. 1. per illum text. in c. primo, de consuetud. lib. 6. vbi notat Philipp. Francus in primo, & secundo notabili, & Cardin. in clem. in plerisque, in tertio no. in versi. quod si licentiarum. de elect. Panor. in consi. 7. col. penul. ver. quod tamen ego limito vol. 2. & idem Abb. Panor. in cap. si. col. 9. versicu. 6. requiritur. de consuetud. & Fely. in c. cum ex officio. col. 6. versu. 2. dico, de præscri. & Roch. in c. si. col. 50. versu. 5. aduerte. & col. 178. versu. considera tamen. & col. 183. in versi. si tamen constaret. de consuetud. & Zasius in consi. 5. nu. 72. vol. 1. Paris. in c. cum nobis, nu. 6. de præscript. & Ruyn. in consi. 155. col. 3. versu. quinimo etiam, & in consi. 156. col. pen. versu. sic. quæ, & consuetudo. vol. 4. & in consi. 116. num. 13. vol. 4. & Paris. in consi. 27. nu. 50. cū multis seq. vol. 1. pro qua sententia facit expressus tex. in c. 1. de consuetud. lib. 6. ubi reprobat consuetudo circa pluralitatem dignitatum, personatum, vel officiorum circa dispensationem sedis Apostolicæ ex eo solo, qd dicta consuetudo, ut ibi dicitur, de ambitionis radice procedit, sed consuetudo, de qua loquimur, est huiusmodi: nam ex ambitionis radice procedit.

Ergo manifestè damnatur huiusmodi consuetudo in prefato c. 1. ex ratione ipsius: nam quod venit ex ratione legis, ex ipsa lege & non ex extensione uenit, ut uoluerunt Cyn. & Petr. in l. iura non in singulas. ff. de legib. & idem Petr. & Cyn. in l. quod uerō, eodem titu. & ibi quoque Bald. qui dicit id frequenter allegari in practica quod ubi est eadem ratio, non dicitur extensio sed proprius intellectus: vt in l. nominis & rei §. uerbum ex legibus. ff. de verb. sign. & ita secundum prædictos sicut genus comprehendit species, vt in l. semper generalibus. ff. de regul. iur. sic generalis ratio diuersas species casuum emergentium comprehendit, & idem tenet idem Bald. in aucten. post fratres, fratrumque filios. C. de leg. har. vbi dicit, qd ratio debet attendi tanquam uirtus intrinseca legis, & tanquam genus præiudicans de suis singulis speciebus, & in l. data opera. col. 5. versu. quedam est. C. qui accusare non possunt. Vbi dicit, qd illud tacitè uideretur inesse, in quo eadem ratio reperitur etiam in materia pœnali, per text. in l. his solis. ibi. talis tacitè cautum. C. de reuocand. donat. in l. vltima. C. de indicta uiduitate. inquit, qd ubi est eadē rō, ibi non dī similitudo, sed eadē lex. l. illud. C. de sacros.

Eccle.

Ecclesiis, & similiter idem Bald. in aucten. quas actiones. col. 2. C. eodem titu. inquit, qd tacitè cautum intelligitur, quando eadem ratio reperitur, per text. in d. l. his solis. & idē dicit idem Bald. in cons. 43. 6. incip. Domina Ioanna, paulò ante finem lib. 3. & in c. quia. V. ad fin. de iudiciis, ubi dicit singularem text. in d. l. his solis. & idem Bald. in l. per diuersas. col. 1. C. mandat. vbi per illum text. in dicta l. his solis. inquit, non uideri omisum, quod eadem ratione concluditur, & in repetit. l. de quibus. col. 12. ver. item nota, qd non dicitur. ff. de legib. vbi dicit, quod cum multa habent eandem rationem, licet de vno fiat mentio, uideretur fieri exemplariter, & non restrictiue, quia ratio legis dicitur mens illius secundum Dynum in c. vlt. ad fin. de reg. iur. lib. 6. & Cyn. in l. non dubium. in l. 1. q. C. de legib. & ibi clarius Bar. col. 3. & Bal. col. 4. per text. in l. cum mulier. vbi ē Bart. in principio, & Alex. in §. not. & alii scriben. ff. solut. matri. idem Bald. in l. 1. col. pen. in prin. co. tit. vbi dicit, de hoc esse meliorem text. totius iuris in l. scire oportet. §. aliud. versu. sed si maxime, in illis uerbis, mens legislatoris ff. de excus. rut. vbi & hoc notat ipse Bald. cum aliis multis concordantiis congeitis à Tiraq. in commentariis consuetud. Francia in tit. 9. §. 27. ver. nequid mirum. & ita dicendum est, qd cum eadem ratio dicitur in c. 1. de consuetud. lib. 6. sit et in casu nostro, comprehendit eum.

Imo qd quamuis esset maior ratio in casu illius text. quā in casu nostro. Nihilominus eius dispositio est seruanda ex eo, qd ratio principalis, ac præcipua illius text. fundatur in eo, qd illa cōsuetudo de ambitionis radice procedit, quæ quidem ratio æquè obtinet in casu nostro, & ideo ad eum trahitur, etiam si maior esset ratio in illo casu, qui expressus fuit in d. c. 1. nepe in pluralitate dignitatum, personatum, vel officiorū: vt in simili uideamus in l. 1. C. de his qui ante apertas tabulas, vbi dispositio illius legis loquentis in successione testati trahitur ad casum intestati: vt dicitur gl. & scriben. ibidem licet in causa testati sit maior ac validior ratio quā in causa intestati, quamuis eadem lex sit exorbitans: vt notauit Corn. in consi. 197. incip. non alienam. col. 8. ver. & quod ab identitate. lib. 3. & est etiam bonus text. in l. 1. §. 1. iuncto. §. ex his. ff. de verb. oblig. vbi l. qua statuitur, eum qui omne promissit non liberari, soluendo partem, trahitur ob paritatem rationis ad hæredes promissoris, quamuis fortior sit ratio in ipso promissore, quā in hæredibus: ut qui alia tenetur tantum pro portionibus hæreditariis, cum promissor in solidum teneatur id, quod subuliter expendit ibidem Socin. & post eum Andr. Alciat. lib. 1. de uerb. signifi. col. 3. & in l. nominis. §. uerbum ex legib. in ver.

fic. sententia. ff. eod. lib. quod præsertim obtinet in fauorabilibus, ut dicit idem Andr. Alciat. lib. 2. de uerb. signifi. col. 10. per text. in capitulo ultimo, de symonia.

Quibus stantibus periculosa uideretur consuetudo aliquarum Ecclesiarum Hispaniæ, in quibus dignitas, personatus, seu officium possunt simul obtineri cū canonicatu, seu portione, si dignitas, personatus, seu officium, & eorū præbenda per se est sufficiens ad congruam sustentationem, & canonicatus, seu portio similiter per se est sufficiens ad congruam sustentationem. Hęc tamen consuetudo possent defendi in aliquibus casibus. Primus casus est, quando dignitas, officium, seu personatus per se non est sufficiens ad congruam sustentationem, nec similiter canonicatus, seu portio est per se sufficiens ad congruam sustentationem: tunc enim prædicta consuetudinis ratione poterunt simul obtineri. Secundus casus est, quando uel ipsa dignitas, personatus, seu officium per se non est sufficiens ad congruam sustentationem, canonicatus autem, uel portio est per se sufficiens, uel econuerso: tunc similiter prefata consuetudinis ratione poterunt simul obtineri. Tertius casus est, quando prefata consuetudo habet, quod obtineat ab aliquo beneficiario nobili, & literato, seu ignobili literato, quia tales iure optimo, ut inferius dicendum erit, maiori bus beneficiis sunt honorandi, propter eorum eminentiam & benemerita: quia in his casibus, & in aliis similibus cessant rationes superius adductæ.

Tertiō inferuntur ex prædictis, quod Romanus Pontifex non potest dispensare cum beneficiario: ut habeat prædicta plura beneficia simplicia, quando alterum per se est sufficiens, si dispensatio est in fauorē ipsius beneficiarii. & hanc sententiam sequi uideretur Pano. in d. c. dudum. il secundo, nu. 3. & idem Pan. in c. cum adeo, nu. 6. de rescrip. pro hac et sententia est Hosti. Io. And. & diuus Thomas, quos refert & sequitur Syluester in uerb. beneficium. 4. & Dñic. de Soto in lib. 1. de iust. & iur. q. 7. art. 3. propē si. Vt et tenere hanc sententiam, eius uerba sunt. Quæ dum in pluralitate benefi. dispensat, & dum in fans aut puer curam pmittitur gerere aiatū, & laycus monachus in Abbate pscit, & soleniter pfectus, vt Panor. infert ad laxiorē ordinem illum, qui præsertim tm̄ habet ordinis nomen reuocat, uerendum est non esse & ualidū apud Deum. quocirca tam qui huiusmodi dispensationes alii procurant, quam ipsi, qui petunt, grauius delinquant. Prima rō p̄fatorū est: quia huiusmodi retētio est contra ius naturale, ut supra dictum est, contra quod clarum est, Pontificem nostrum Romanum dispensare non posse: ut plenè tractauit in tractat. de cleric. & eorum exemptione.

ne in 2. parte, am pliatione 32. nu. 45. & 46. Secunda ratio est, quam assignat Panorm. quia Papa non potest sine peccato alienare bona Ecclesie sine legitima causa, vt notauit Archid. in c. non liceat 12. q. 2. quia solus Christus est verus Dominus eorumdem, & nemo alius, & nemini facta est à Christo facultas aliter alienandi ea, iuxta textum in c. nonnulli. de reb. Ecclesie non alien. & in c. non liceat Papæ 12. q. 2. & ita tenet Martin. Nauar. in apologia de redditibus in q. 1. in monitorio 24. nu. 6. ex quibus videtur defendi posse hanc tertiam illationem, de qua etiam agendum erit in 2. par. c. 12. num. 38.

14. Contrariam tamen sententiam, imo q. in hoc casu licite possit Romanus Pontifex dispensare: ut quis habeat duo beneficia simplicia, & si alterum sit per se sufficiens ad congruam sustentationem, tenet singularis gl. in verb. in titulum in c. dudum. il. 2. de elect. in finalibus, verbis. Ibi, sed credo, q. si primum beneficium sit sufficiens, qd. secundum non possit hñe, nisi dispense fatiue, hanc sententiam tenet Inn. in c. cum ad monasterium, nu. 3. de statu monac. assignat rationem. Inn. ibidem: quia beneficia instituta sunt de iure positivo, & non de iure diuino: ut late dictum fuit supra in præfatione, nu. 5. cum cõfinitia ibidem relata, in his aut, quæ inducta sunt de iure positivo tm, sola voluntas Pontificis nostri Romani sufficit pro causa ad dispensationem ut dicit ipse Inno: vbi supra, cuius doctrinã sequitur Speculator in tit. de leg. in §. nunc breuiter. ad finem in ver. 15. de voto & voti redemptione, & Card. in repet. c. perpendimus. col. 8. de sentent. ex com. Anan. & Panor. in c. fraternitatis. de scismaticis, Fel. in c. 1. in 4. fallen. de constit. ubi Anr. de Butrio in vltima columna inquit, q. ipsa liberalitas est pro causa dispensationis Papæ contra ius posituum, & sequitur ibi Io. de Imol. in col. 13. in versu. potest autem absque causa, & Præpositus in c. per venerabilem. in 1. col. qui filii sint legitimi, per tex. in c. cum nostris. de concess. præben. in versu. ex indulgentia speciali, uel alia causa iusta, & ita taliter dispensatus per Papam erit tutus quoad Deum: vt inquit Pely. in c. ad audientiam. il. 2. nu. 4. de rescript. Tandem q. Papa possit dispensare in his, quæ sunt iuris humani sine causa, dicitur communẽ sententiam Cur. Iunior in cõf. 73. quem refert & sequitur Io. Baptista à Villalobos in tractat. com. opin. in litera D. nu. 74. & hanc sententiam sequitur Philip. Dec. in c. q. in Ecclesiis, nu. 29. de constit. & ibi Panorm. nu. 17. facit etiam; quia in his beneficiis Papa habet plenitudinem potestatis, & ad libitum disponere potest, vt supra dictum fuit in c. 13. num. 38.

15. Tertiã opinio circa hanc illationem est, q. is, qui ex dispensatione Romani Pontificis cõ-

tra ius humanum aliquid fuit assequutus non est tutus quoad Deum, si absque rationabili causa fuit secum dispensatum, & hæc fuit sententia Bernardi in c. non est. de voto. cuius rationem adducit Diuus Thomas in 1. secundæ in q. 97. vbi inquit, q. nec ipse Princeps tutus erit, qui sine iusta causa, ius, quod subditis oibus cõcõc est vnius gratia violat, frangit. n. illam æqualitatem, quæ vera iustitia erga oes seruari debet. Princeps ergo sine causa has indulgentias dispensationes peccat fortassis, & frequentissimẽ mortaliter, qui sub peccati mortalis pœna tenetur subditis iustitiam adhibere. Is verò, qui à Principe hæc dispensationem petit sine causa, venialiter peccat: non. n. tutus erit quoad Deum auctore Bernardo in epistola 271. ad Theobaldum Comitẽ, & mortaliter peccabit, quippe qui reilllicitã petat à Principe, & ei sit coadiutor in peccato mortali ex his, quæ tradit Gaet. in 2. 2. q. 78. articulo quarto. sed is qui vitur peccato ipsius Romani Pontificis, & sic dispensatione ab ipso sine causa simpliciter, mortaliter non peccat, nisi sequuto graui scandalo vel damno alterius, qd. pbat Dominic. de Soto in lib. 1. de iustitia & iure q. 7. art. 3. Denique in hoc conueniunt p̄dicti, dispensationẽ à Romano Pontifice concessam contra ius sine causa, et si sit contra ius posituum atq. tutam non esse: male. n. agit, qui dispensatione sine causa sibi concessã vitur: vt inquit Gaet. in 1. 2. in q. 66. in art. 5. & gl. in d. c. non est. de voto & voti redemptione: quia talis dispensatio dissipatio potius credenda est auctore Bernardo in lib. 3. de consideratione ad Eugenium, & no. Io. And. Abb. & ceteri scriben. in c. quia in tm. de præben. & Abb. in c. de multa. de præben. nu. 20. & idem Abb. in c. cum adeo. de rescrip. & hanc sententiam dixit esse communẽ Didac. de Couar. in lib. 4. de sponsal. in 2. parte c. 6. §. 9. nu. 8. & Emanuel Suarez in thesauro receptorum sententiarum in litera D. nu. 81.

16. Resolutiue tamen dicendum est, q. t̄ quamuis (ut supra dictum est) beneficia fuerint instituta de iure positivo, & in eis Romanus Pontifex habeat plenitudinem potestatis, & ita super eo disponendo videatur dispensare circa ea quæ sunt iuris humani & positiui, tamen in casu nostro, quando quis vult obtinere plura beneficia, quorum vnũ sufficit ad congruam sustentationem, videtur facere contra rationẽ naturalem, ut ex supra adductis patet. Vnde saluo meliori iudicio, sub correctione sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ, videretur dicendum, quòd in hoc casu Romanus Pontifex non possit dispensare circa prædicta beneficia sine causa. Quia quando Romanus Pontifex vult dispensare contra legem fundatam ratione naturali, non potest sine causa, & dispensatio sine

sine causa non ualet: ut tenet Ioannes Baptista à Villalobos dicens hanc esse communem opinionem in litera D. numero 75. & Emanuel Suarez in libro receptorum sententiarum in litera D. num. 82. & ita cessant difficultates prædictæ. nam si hæc dispensatio est solũ modo contra ius posituum, causa requiritur, vt supra dictum est, si t̄ autem est contra rationem naturalem, seu descendente ex iure diuino, potest summus Pontifex ex causa dispensare contra ius diuinum seu naturale: ut tenet Panorm. in c. non est. de voto & voti redemptione, & Philip. Dec. in c. quæ in ecclesiis, nu. 25. de constit. & in cõf. 102. incip. in præfenti. col. 2. & Ferdinandus de Loazes in cõf. lio super matrimonio Regum Angliæ in 2. dubio principali in 2. fundamento pro parte affirmatiua, Ioan. And. & Panorm. in c. proposuit. de concess. præben. & gl. in verb. exempta, & ibi scriben. in c. à nobis. de decimis, Bart. in proemio digestorum in 6. col. & in l. omnes populi & in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. & in l. si. C. si contra ius uel utilitatem publicam. & in l. prima. ff. de constit. Princip. & Bal. in auct. ad hæc. C. de vsuris, & Alexand. in cõf. 249. incip. pro inuestigatione. col. 3. vol. 2. & in cõf. 183. incip. per p̄dictis verbis. col. fin. uol. 5. & Fel. in c. postulasti. col. 15. versu. Tertius casus. de rescrip. & in c. humilis, de maioriã & obedientia. Tandem hanc dixit communem sententiam Ferdinandus Vasquius in lib. 1. cõtrouersiarum illustrium cap. 25. & præfata dispensatio, quæ fit cum causa causa ius diuinum seu naturale, non est proprie dispensatio, sed est quædam interpretatio, ut optime considerauit Didacus de Couaruias in lib. 4. de sponsalibus, in 2. parte. in c. 6. §. 9. nu. 4. & declarauit in tractatu de clericis & eorum exemptione, in 2. parte, ampliatione 32. nu. 5. & 6.

18. Quibus addendum est t̄ quando Romanus Pontifex dispensat cum aliquo circa præfata beneficia pluralitatem, causam iustã præsumi, ex doctrina Bar. post Cy. in l. si. C. si contra ius vel utilitatem publicam, Fel. num. 60. & Philipp. Dec. nu. 29. in c. quæ in ecclesiis. de constit. Hyppolit. de Marsiliis in singulari 8. Ias. in cõf. 105. in 1. vol. nu. 4. Fortunius Garfias in l. Gallus. §. & quid si tantum ff. de liber. & posthum. col. 38. & plures alii scriben. ita tenent, quos refert & sequitur Ferdinand. Loazes in tract. de matrimonio, in 4. dubio, nu. 13. pro quibus optime est text. in c. si quid culpatur. 23. q. 2. & in c. in cõf. de renunciatione, & gloss. in c. ad aures, de temporibus ordinationum, & in capitulo secundo, de maioriã & obedientia.

19. Quod non est mirum t̄ nam regulariter præsumendum est pro decreto iudicis, quod sit in

terpositum ex iustis & rationabilibus causis: ut probatur in l. Herennius. §. Caia. ff. de iudicio. & in l. ab ea parte. in 2. responso. ff. de probat. & in l. manumisso per liberos. ff. de manumissis uindicta, & Speculator in tit. de empr. & uenditio. in §. nunc dicendum. versu. & breuiter. Bald. in l. iurigenium. §. quod ferẽ. col. 1. in fin. in versu. fed nunquid in iudicis. ff. de pactis, & in l. 2. §. si. cum vltima q. ff. si ex noxali causa agatur, & Bal. in l. si præses. col. 1. in fin. in versu. quæro, an præsumatur. & in l. si. in versu. nunquid in dubio. C. de prædiis minorum & in l. cum hi. §. si prætor. versu. item plus dicit. de transac. & Alex. in l. sciendum. col. 6. versu. item fallit dicta regula. de verbo. oblig. Purpurat. in l. pacta nouissima. col. penul. versu. & ea quæ Ias. hic C. de pactis, Philipp. Dec. in c. quoniam contra falsam, num. 42. de probat. & Ias. in rubrica C. qui admitti, col. 2. uer. & tunc ego habeo. & Andr. Alciat. in tractatu præsumptionum, in 3. reg. præsump. 10. in prin. & ita resoluit hanc regulam adducens cum ampliationibus & limitationibus Anton. Gabriel. in lib. 2. comm. conclus. in tit. de sententiis, conclus. 5. per totam.

20. Si t̄ ergo pro decreto à quouis iudice interposito præsumitur, à fortiori debet præsumi pro Romano Pontifice, qui est summus omnium iudicum totius mundi, & cuius attestatio plena fides est adhibenda, si ipse dixerit ex iustis causis præfata dispensationem processisse, per text. in clem. 1. de probatio. adeo quòd in hoc casu cõtrarium probari non poterit: vt inquit tex. in d. clem. de probatio. & ibi gloss. in verb. fecisse narramus, & ibi Anchara. colum. prima Hippolit. in l. prima. §. si quis dicitur. col. penultima. ff. de quæstion. hanc sententiã dicit esse communem alia adducens Anton. Gabr. in lib. 1. comm. conclus. in tit. de probat. in conclus. 2.

21. Quartò ex præfatis infertur, quòd t̄ etiam si prædicta duo beneficia, quorum alterum per se est sufficiens ad congruam sustentationem, nullam requirant residentiam, nihilominus censentur incompatibilia ex eo, quòd alterum eorum per se est sufficiens ad congruam sustentationem, & in hoc casu procedit conclusio supra dicta in principio huius capituli, & in eius rationes.

Dubium tamen maximum circa præfata versatur, quod necessarium erit ad intelligentiã præfatorum, nempe t̄ quòd beneficium dicatur sufficiens ad congruam sustentationem clericis. In qua quæstio. Dominic. de Soto relatus per Martinum Nauarro in apologia libri de redditibus quæstioe secunda, monitorio 18. inquit; quòd non potest recte estimari quanto egeat beneficiarius pro sua honesta

sentatione, & quod ea quæ per iustitiam debent, non sunt relinquenda iudicio prudentum qui pnt esse variis, imo debent determinari clare, pro quo facit tex. in l. leges. C. de legib. & in l. constitutiones C. de iuris & facti ignorantia. Sed cōtrariū sēit Diuus Thomas in 2. 2. q. 185. in artic. 7. & in qdlibeto 6. dicens, qd bñ pōt extimari, quāto egeat beneficiarius p sua honesta sustentatione, licet non punctualiter, tñ paulo plus vel minus. & tenet et lo Maior in 4. sententiarum, in dist. 2. 4. in q. 18. Breuiter tñ dicit dū est, qd arbitrio iudicis relinquit, qd dicatur beneficiū sufficiens ad congruā sustentationē, nā iudicis arbitrio illa relinquatur, qd certa sub regula cōprehendi non pnt: vt inquit Bald. & Iaco. Beluif. & Thomas Parpallia in l. 1. nu. 45. ff. sol. matrim. Philip. Dec. in c. sedes. de rescri. nu. 7. & idē Dec. c. si pro debilitate. in fi. de off. deleg. & Abb. & ibi scribē. in c. de causis. de of. deleg. pro qua snia est tex. in l. 1. in fi. ff. de iure deliberandi, & ibi not. Bal. & alii scribentes. & ita sine dubio iudicis arbitrio relinquit, qd beneficiū dicatur sufficiens cōsiderata rerū, & plonarū varietate, ita Gemin. conf. 3. col. pe. ver. de habentib. Ripa in c. ad aures. nu. 2. in fi. de rescrip. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuocā. donat. verb. oia vel partem eius. nu. 3. & Iaco. Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. q. lib. 2. cōtutia. 3. casu 2. 16.

23 In hoc tñ arbitrio est habenda ratio personæ ipsius beneficiati. Nam nobilis, & clarissimus parentibus, maior & pinguiori eget beneficio, qd pater: quia in dispensatione multitudinis beneficiorum nobilitati defertur: vt pbat in c. de multa, & ibi scriben. de prebendis. vbi est tex. probas, qd nobiles sunt maioribus beneficiis honorandi, & et probatur in extrauaganti execrabilis. §. nos itaque, lo. XXII. de prebē. & ibi glo. in verbo generis claritatem. & glo. in c. cum adeo. & ibi Bal. Panor. & latē Fel. & Philipp. Dec. de rescrip. qui dicunt, qd ad consideranda beneficii sufficientiam, est habenda rō nobilitatis per dictum c. de multa, & ita voluit gl. in c. conq. uerente. in verbo sufficientia. de cleric. non residen. & Inn. idem voluit in c. dudū. il. 2. ad finem de elec. in uer. item si Papa, & qd sola nobilitas sine literatura ad hoc sufficiat, voluit Io. And. i. c. cū in cunctis. col. 1. in uerb. quibusdam, & ibi quosq; Panorm. nor. 4. de electio. & Cassan. in cathologo gloria mundi, in 8. parte, in consideratione 39. in uer. hinc est, qd solius nobilitatis, & in specie, qd in consideranda congrua sustentatione sit habenda ratio nobilitatis, probat tex. in c. non cogantur 41. dist. & ita voluit Bald. in l. 2. in prin. C. qd cum eo per tex. in l. sed & si quid in edificauerit. §. sufficienter. ff. de usufruct. & in l. cum unus. §. alimētis. ff. de alimētis, & cibaribus legatis, & idē

Bald. in rub. C. qui bonis cedere possunt, Ang. & Imol. in l. Nennienus. §. ultimo. ff. de re iud. Iaco. de Arenis, Raphael, & Alex. in l. si inarius in id. ff. solut. matrimo. per tex. in l. nepos Proculo. & ibi glo. in uerb. dignitate. ff. de uerb. signifi. & in l. tutor secundum dignitatem. ff. de administr. tutor. Dyn. Angel. Aret. & Ias. in §. item si de dote. institut. de actionib. Frac. Aret. in consi. 17. incip. consideratis diligentissimē. col. pen. & Panor. in c. cum adeo. de resc. vbi expressē dicit, nobilitatis esse habendam rationem, dum inspicitur, utrum beneficiū sit sufficiens necne, & ita voluit gl. ibidem in uerb. sufficientem, per tex. in d. c. non cogatur & glo. in c. conq. uerente. in uerb. sufficientia. de cleric. non residen. & ita resoluit Andr. Tiraq. in tract. de nobilitate, in c. 2. o. num. mihi. 142. & glo. similiter in c. constitutis. in uerb. impotentiam. de appell. & ibi Philipp. Frac. post alios doct. in §. col. & facit pro hac sententia: nam qualitas alimentorum ex personæ conditione debetur, ut notat Pan. in c. cū oēs, num. 9. de constit. vbi multa adducit, & est text. elegans in l. cum alimenta. ff. de alimentis & cibaribus legatis, per quem tex. dicit Alex. in rub. sol. matrim. col. 6. uer. si, successiuē quæsiuit Bar. qd appellatione alimentorum ueniunt et uestes piosæ, si conueniunt dignitati, & conditioni personæ, & tenet Menoch. in tract. de arbit. iud. q. in lib. 2. in centur. 2. in casu 159. nu. 5.

24 Et facit etiam: quia alimenta constituenda sunt secundum dignitatem personæ: ut pbat tex. in l. 1. §. mulier, & in l. habitatio. §. tertius. ff. de uentre in possessionem mittendo, cū aliis multis iuribus adductis per gl. in d. §. mulier, & ita tenet glo. in c. nobis. in uerb. modestē, & ibi quoque Ant. col. 3. uer. quæro tenetur, de iure repat. ex quibus deducit cōclusio, alimenta esse patrono pstantia secundū ipsius qualitatem, & gl. in c. Epus. in uerb. uictu. i. o. q. 2. cuius sniæ auctoritate Roccus de Cur. in trac. de iure repat. in uerb. & utile. in 3. q. 1. q. principalis, dicit, ampliora alimenta esse pstantia patrono nobili, qd ignobili, qd & uoluit Pau. de Citad. i. eo. trac. in 6. par. in q. 7. arti. 4. & Casar Lamber. in eo. trac. in 3. arti. 3. q. principali in lib. 3. & in 12. articulo eiusdem qōnis, col. 2. qd et uoluit Sp. culator in titulo, qui filii sui legitimi, in §. 1. col. ult. uer. si. in summa, & Bal. in c. ad aures. de rescrip. & Panor. in c. cum omnes, & ibi Fely. col. 2. o. in glo. penul. de constitut. Panor. in c. statuimus. de maiortate & obedientia, & in c. cum instantia. col. ult. de censib. & facit glo. in d. extrauagan. execrabilis. in uerb. qd mendicat, ubi inquit, qd mendicitas est cōsideranda iuxta qualitatem personarum, quid enim (inquit) si homo illustri genere habeat uictū suum, sed iuxta dignitatem suam cætera non habeat, sed

secun-

Secundum se mendicare dicitur, per multa iura ibidem allegata.

25 Facit etiam: quia largius cum usufructu agendum est pro dignitate eius, cui relicta est fundus: vt clarissimē pbat tex. in l. plenum. §. pter habitationē, uer. & ex ius. ff. de usu & habit. ex quo scienter adnotauit And. Baril. in constit. Sicilia, incipien. minoribus, & ibi post eū Mathews de Afflict. in 4. q. rōne nobilitatis uerius interpretatur, qd relicta est vsus alicuius rei nobili, quā si plebeio esset relicta: nō speratās ex dignitate legatarii auergeri debet legatarum, per tex. in l. sed & si susceperit. §. sed & si proponat. vbi glo. nor. ff. de iudicis, & in l. si seruus plurium §. vl. ff. de leg. 1. & bene facit tex. in l. si legatus. in fi. ff. de iud. vbi augetur uilitas propter dignitatem & doctinam, Bal. in l. filiusfamilias, per illum tex. ff. de donatio. dicitur: dū quid conceditur nobili, intelligi pinguis esse concessum per illum tex. in d. §. sed & si pponat. dicit Ang. ibi, qd si testator paruū suum patrimonium iussit distribuere inter pauperes Christi, non poterit inter nobiles distribuere, licet pauperes sint: cum modicum donauerit, de nobilibus sensus non uidetur.

26 Præterea facit nam id censetur in piam causam datum siue relicta, qd nobili datum est, vel relicta, qui factus honorum habet, non tamen vt uicere possit, aut filias matrimonio collocare ex suæ nobilitatis ratione: vt notabiliter & expressis uerbis Bal. uoluit in l. si quis ad declinandum. col. 2. uer. circa tertium per tex. ibi C. de episcopis & clericis, cuius de trina legē commendans Cepola in tract. de Imperatore milit. in 2. i. priuilegio nobilitatis, & Benedict. Capra in consi. 54. incip. punctus, quidā Angelus. col. pen. uer. unde restat, vt deueniatur, lal. in l. si constante. col. 2. 3. uer. item si aliquis nobilis. nu. 151. ff. solut. mat. Philip. Dec. in cōf. 120. cuius superscriptio incipit, presbyter. col. 1. & lo. Lupus de Palatio Rub. in repet. rubricę de donat. inter uir. & uxorē, in §. 1. col. 4. uer. & inde est. & iterum in 1. repetitione capitoli p uer. §. 12. col. 2. uer. ad cuius confirmationē, & in §. 2. col. 2. uer. si bene facit ad hoc, & Andr. Alciat. in l. quos nos hostes. §. locuples. ff. de uerb. sign. bene facit, qd generalius dicit de eadem re loquens Bar. in repet. l. 1. in 2. q. 2. quæstionis principalis, nu. 16. & ibi quoque Bal. & in repet. col. 1. o. uer. si super 5. q. C. de sacrosanctis eccles. & Barba. in consi. 58. incip. cle. Dei. col. pen. lib. 1. & Diuus Thomas à Bartolo. supra citatus in 4. par. in q. 3. articulo 7. & est text. in c. consideranda ibi. uer. uer. & ingenuos pdir natales. §. 6. dist. ex quo facile liquet, huiusmodi nobiles in distribuendis elemosynis etiā ceteris, antepone. & hinc dicit Bal. Nouellus in tract. de dote, in 5. par. in col. 4. in fi.

q̄ exequutores dati ad distribuē. in causas pias pnt erogare p dotibus puellarū nobiliū, q̄ licet aliquid habeant: vt possit tñ nubere, non tñ satis p earum nobilitate, qd dictū p notabili segur lo. Lupus in repet. dicti capituli p ueltras. §. 1. col. 2. uer. idē dicendū. de donat. inter uirum & uxorē, quia nobilis mulier maiore dote indiget quā ignobilis, si pari nubit, vt uide re licet: ex Bal. in l. quaro. ff. de iure dot.

27 Facit ad p̄fata: quia nobiles debent p̄fatori bus uestis & ornamentis indui, q̄ ignobiles: vt uoluit Albericus in l. 2. C. q̄ res uendi non pnt, exclamans aduersus populares diuites, q̄ se & uxorē in uestibus aquant nobilibus, p eum tex. & alios, quos ibi citat, qd uoluit et gl. in extrauag. execrabilis. in uerb. q̄ medicār. in uer. inter cætera. de p̄bē. lo. XXII. p multa q̄ et ibi dē adducit, & Lucas de Pēna in l. mulieres. col. pe. uer. 2. 8. C. de dignit. lib. 12. & ex hoc fit, qd si nobilis uili ueste ob inopiā indutus, uerē dicitur est p̄ditus, domo egredi, vt suis rebus sup̄ esset, restituet in integrū: vt iuste impeditus ad uersus ipis lapsus: vt uoluit Nicol. Neapoli. in l. in eadē. ff. ex quibus causis maiores, p cū tex. in illis uerbis, q̄ ita alligati sūt: vt sine decore in publico apparere nō possint, & idē sequit post scribē. ibid. Gerardus à Petra sancta in singula. §. 2. incip. q̄ sūt cōtra. & ita uoluit And. Tiraq. in tract. de nobilitate, in c. 2. nu. 48. & circa hanc rē multa adducit And. Tiraq. in co. trac. i. c. 37. nu. 160. ex quibus oibus clarē patet, nobilitatis habendam esse rationem in indicando beneficiū sufficienti ad congruam sustentationem.

28 Contra hanc tñ conclusionē tex. uerget in c. venerabilis. de prebē. vbi pbat, qd ignobiles nō sunt repellendi à beneficiis, & dignitatibus, nō obstatē cōuetudine, vel statuto in cōtrariū: inquit, nō generis sed uirtutū nobilitas, uerēq; honestas gratū Deo faciunt, & idoneā seruitore: ad cuius regimē non multos secundū carnē, nobiles, & potentes eligi, sed ignobiles ac pauperes, eo qd non est plonarū acceptio apud ipsū, & iō inquit gl. ibidē in uer. non multos, quā sequunt ceteri scribentes solos ex Apostolis nobiles fuisse Paulū, & Bartholomæū, ceteros aut ignobiles, & Diuus Chryostomus i. fi. lib. 2. de sacerdotio nō obscure declarat, in electione sacerdotii & Epas non esse inspiciedū generis, splendorē: nā & Christus qdē piscatoris, tabernaculorum q; textedorū artifices ad hōi Principatū aduocauit, & rursus in lib. 1. eiusdē operis aperte ostēdit, nō esse in Epas ordinē quēpiā cooptādū ex eo, qd sit claro genere natus, & facit et in cōtrariū diui Pauli doct̄na in epistola 1. ad Corinth. in c. 1. ibi. Videte uocationē uestrā fratres: quia non multi sapientes secundū carnē, non multi potentes, non multi nobiles, sed q̄ stulta sūt mūdī elegit Deus: vt cōfundat sapiētes,

tes, & infirma mundi elegit Deus: vt confundat fortia, & ignobilia mudi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt: vt ea quæ sunt destrueret: vt non gloriatur omnis caro in cõpõctu eius, quibus verbis videtur aperte ostendi, nullam esse rationem habendam nobilitatis in rebus spiritualibus, & similiter dñ in c. nos. 40. dist. ibi. nos, qui præsumus, non locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus, & in hanc sententiam refert gl. in c. quoniam vetus. in verb. inuidia. 24. q. 1. q. cum duo tractarent de electione, & vnus allegaret nobilitatem alterius, alius respondit, Piscatori Petro, fabri filio successorem quærimus non Augusto, & dicit etiam Bald. in l. in dando. ff. de tutoribus & curatoribus datis, qd sola nobilitas non supplet literaturam, & colligitur ex Diuo Augusto in Euangelio diui Ioanis in tractat. 7. in c. 1. f. etiam, quod scribit Petr. de Ancharano in consi. 221. incip. ad exclusionem. circa medium.

29 Hæc tamē contra prædicta minimè obstat non enim dicunt, nobilitatem non esse considerandam, sed dicunt potius virtutem, mores, literaturam esse consideranda: vt resoluit multa adducens And. Tiraq. in d. tractat. de nobilitate. in c. 20. nu. 17. Magis tamen contra prædicta obstat sanctum Concilium Tridentinum in sess. 25. c. 1. de reformatione ibi. qua pp exemplo patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi non solum iubet: vt Episcopi modesta suppellectili & mensa ac frugali victu contenti sint verum etiã in reliquo vitæ genere ac tota eius domo caueat, ne quid appareat, quod à sancto hoc instituto sit alienum, quodque non simplicitate, Dei zelum, ac vanitatum contemptu præferat. quæ verò de Episcopis dicta sunt, eadem non solum in quibuscumque beneficia ecclesiastica tam secularia quam regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione obseruari, sed & ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit. ex quo decreto vñ præceptum, qd Episcopi & alii clerici etiam Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ modesta suppellectili ac expensa, & victu frugali contenti esse debent, atque ita non esse habendam considerationem, vel dignitatis, vel nobilitatis, vel prærogatiuæ personæ: tamen si bene intelligatur prædictum decretum supra dictis non obstat: quia solummodo prohibet excessum & superfluitatem in prædictis personis, non tamē negat, quod sit habenda consideratio dignitatis & eminentiæ ac nobilitatis Episcoporum, ac Cardinalium & aliorum, qui dignitatem habent, & qd hoc voluerit præfatum Concilium, clarè probatur in illis verbis, qui pro gradus sui conditione obseruari, ex quibus verbis clarè colligitur, attendendam esse qualitatem, conditionem, dignita-

tem Cardinalis, Episcopi, & aliorum clericorum in victu, vestitu ac expensa, & in reliquis.

31 Manet ergo ex prædictis certum, qd in iudicando beneficium sufficiens, est habenda consideratio ad nobilitatem beneficiarii. Quod quidem non solum ex iure positivo prouenit, sed etiam ex sacris literis aperte colligitur, habendam esse considerationem ad hanc nobilitatem, in quibus literis sacris, & sic iure diuino nobilitas multum commendatur, laudique & honori adscribitur, & contra ignobilitas vituperio & contemptui: vt facile constat ex eo quod scribitur Numerorū c. 1. ibi. nobilissimi Principes multitudinis &c. & cap. 22. ibi, rursum ille multo plures & nobiliores, quam antea miserat, misit, & c. 25. mulier Madianitis filia sui Principis nobilissimi Madianitarum, & Deuter. c. 1. de tribub. vestris viros sapientes, & nobiles. Et probatur similiter in libro primo Regum c. 2. ibi. Nunc autem dicit Dominus, abijt hoc à me, sed quicumq; honorificauerit me, gloriabo eum, qui autem contempnunt me erunt ignobiles, quibus verbis nihil aliud significatur, quam eos fore nobiles, qui Deum honorauerint, & contra ignobiles, qui illum contempserint, & in eiusdem libri cap. 9. inter præconia Samuelis Prophætæ nobilitas commendatur, ibi. Ecce vir Dei est in Ciuitate hac vir nobilis, omne quod loquitur sine ambiguitate venit, & 2. Regū cap. 23. de Abisai dicitur. Ipse est, qui leuauit hastam suam contra trecentos, quos interfecit nominatus in tribus, & inter tres nobilior, & paulò post dicitur, qui erat inter triginta nobiliores, & Job. c. 14. ibi, siue nobiles fuerit, siue filij eius, siue ignobiles &c. & cap. 30. ibi. filij stultorum & ignobilium, & psalmo 149. ibi. Nobiles eorum in manicis ferreis, & prouerbiorum cap. 22. ibi. Nec stabitan te nobiles, & in c. 21. vbi commendatur vir mulieris fortis ex titulo nobilitatis. Nobilis in portis vir eius, quando federit cum Senatoribus terræ, & Ecclesiastici cap. 10. ibi. Beata terra, cuius nobilis Rex est, & sapientiæ c. 4. in princ. O quam pulchra est casta generatio cum claritate, immortalis est enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota est, & apud homines illa enim verba, cum claritate, & illa, nota est, significant nobilitatem: vt latè inquit Tiraq. in tractatu de nobilitate, in c. 2. & etiam probatur in eodem libro sapient. in c. 8. ibi. Generositatem illius glorificat contubernium habes Dei, & Esayæ cap. 3. tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem, quibus verbis ostenditur clarè inuerso ordine nobili ignobilem connumerari: vt seni puerum, & in c. 5. Esayæ ibi. Nobiles eius interiorunt famæ, & c. 34. eiusdem Esayæ ibi. nobiles nõ erunt ibi, & Hieremiæ c. 39. ibi. & oēs nobiles Iuda occidit

Rex

Rex Babilonis, & Ezechielis ca. 22. ibi. triumphantur de te fordida nobilis grandis interitu &c. & c. 26. ibi, & statua tuae nobiles in terra corruent, & in lib. 1. Machabæorum, in c. 1. ibi. vocauit pueros suos nobiles, qui secum nutriti erant, & in c. 2. tempulum eius sicut homo ignobilis. Iterumque in c. 3. & reliquit Lysan hominem nobilem de genere Regali super negotia Regia, & in lib. 2. Machabæorum, in c. 6. ibi. Eleazar cogitans ætatis ac senectutis suæ eminentiam, & ingenio nobilitatis canicem, & in ca. 7. ibi. misit Rex Nicanorem virum ex Principibus suis nobilioribus, & non solum in veteri testamento habetur respectus ad nobilitatem, sed etiam in nouo testamento, vt probatur Marci c. 15. ibi. venit Ioseph ab Arimathia nobilis Decario, & Luca c. 19. ibi. homo quidam nobilis abiit in Regionem longinquam accipere sibi regnum, & in epistola prima ad Corinthios ca. 13. ibi. Videte enim vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus: vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, vt nõ gloriatur omnis caro. & in ca. 4. ibi. nos infirmi, vos autem fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles, & in cap. 15. ibi. seminatur in ignobilitate, surgit in gloria, & in epistola secunda ad Corinthios. c. 6. ibi. in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, & in c. 11. ibi. secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte, & similiter probatur ex actis Apostolorum in ca. 17. vbi de his qui Thesalonice ad Pauli prædicationem conuersi sunt ad Christum, erat de gentibus multitudo magna, & mulieres nobiles non pauca, & paulò post. hi autem erant nobiliores eorū, qui sunt Thesalonice. Denique Christus ipse redemptor noster ex nobili progenie Regia secundum carnem originem trahere dignatus est, vt patet ex c. 1. Diui Matthæi.

32 Et nõ solum in huiusmodi beneficialibus attendi debet nobilitas ipsius beneficiarii, quæ prouenit ex parte patris, sed etiam attendi debet nobilitas, quæ descendit ex parte matris, ita quod nobilis dicitur in hac materia is, qui ex parte matris nobilis est, licet non sit nobilis ex parte patris, & ita fuit decim per Rotam, vt inquit Cassan. in cathalogo gloriae mundi, in 8. par. in consideratione 39. pro qua sententia facit tex. in c. noui. de iudicijs, & quod ibi notant Hostien. Io. Andr. & Panorm. & facit glo. iuncto tex. in auth. de incestis nupt. §. 1. in verbo generi. & ibi Angel. col. 3. & de ista materia quando nobilitas ex parte patris, aut matris

attendatur, tractant scriben. in c. Raynutius. de testam. & amplè de hoc agit Guiliel. Benedict. in sua repe. eiusdem tex. in verb. Raynutius. Et est ratio, quia mulieres sunt etiam nobiles, sicut & viri, & probatur ex actis Apostolorum. c. 17. ibi. & mulieres nobiles non pauca, etiam per text. in ca. 1. de sponsalibus, & est text. in l. mulieres. C. de dignitatibus. lib. 12. & probatur in c. dilecti. de arbitris, vbi dicuntur mulieres præcellentes, & comparantur similiter excellentis dignitate viris, per tex. in l. optimam. §. cum itaque. C. de contrah. stipula. & grauibus comparantur personis, vt inquit Cassan. in d. cathalogo gloriae mundi. in secunda par. in consilio 37. & sicut ad personam egregias propter eorū dignitatem mittitur ad iuramentum præstandum, vt in l. ad personas egregias. ff. de iureiur. sic pariter ad mulieres, vt ibi exemplificat glo. & qd in huiusmodi beneficialibus genus maternum consideretur, patet, quia (vt dicit Io. Andr. in c. fi. de filijs presbyterorū) non valet dispensatio facta per Papam cum nato ex coniugato nobili, & solita nobili, nisi de nobilitate materna fuerit facta mentio, vt plenè tractat Fel. in c. postulasti. col. 4. de rescrip. quia nobilitas aggranat delictum, & ita tenet Cassan. vbi supra in 8. par. in consideratione 39. in finalibus verbis.

33 Sed contra prædicta facit quia nati ex ignobili patre, & matre nobili sunt ignobiles, vt voluerunt glo. Andr. Isern. & Matth. de Affi. in consil. Siciliae. incip. diuine Iustitiæ, & Bal. in l. vlti. C. de seru. fugiti. vbi Iustus rei duas assignat rationes. prima est, quod mater quoad dignitatem cedit viro, per tex. in d. l. mulieres, ergo & partus eius, & cum pater sit ignobilis, mater quoque ex ipsius matrimonio fuit effecta ignobilis, ergo & filij similiter.

34 Quod autem mater nobilis fuerit effecta ignobilis per matrimonij contractum cum ignobili, voluit Bart. in l. 1. col. 5. vers. videndum est. & col. 7. vers. examinemus ista verba. & ibi Plat. col. 2. C. de dignitatibus, Paul. Castren. in l. vlti. C. de verb. obl. & Ant. Rosellus in tracta. de potestate Imperatoris & Papæ, in vlti. q. in ver. hanc dignitatem. & Corn. in consi. 55. inci. pro decif. col. 4. in lib. 1. & in consi. 26. inci. videtur dicendum. col. vlti. lib. 4. & Guid. Papa decif. 196. incip. nobilis. circa med. & in decif. 349. incip. in hac Curia, & in decif. 380. incip. sed quis de muliere, & Ioan. Raynerius in tracta. nobilitatis, in 6. q. principali, & Jacob. à S. Georgio in l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omn. iudi. & ita resoluit alia adducens Andre. Tiraq. in tract. de nobilitate in c. 18. num. 16. cum seq. secunda ratio est, quoniam nobilitas est quædam dignitas à patribus deriuata, quæ denominatur à potentiori causa, est autem potentior forma, quam in generatione omnium con-



consensu vir præbet, quam materia è muliere tradita, cum forma sit agens & materia patiens, sitque omne agens nobilissimum patiente, & ita quod si filij patris ignobilis & matris nobilissimum sint ignobiles, tenet Bal. in l. 2. C. de iur. emphyteutico, & in l. liberos. per illum tex. ff. de senat. & Floria. in l. qui testamentum. in ff. de probat. & Cepola in tracta. de Imperatore milit. deligen. in materia nobilitatis in oppositione 22, & late Barba. in consil. 57. incip. præclare scribitur. col. 4. & col. 10. & seq. lib. 2. & Fely. in c. super eo. in 2. col. de testib. & in c. nouit. col. 1. & ibi etiam Philip. Deci. in notab. 6. de iudic. & las. in l. 1. in prin. col. 5. vers. 2. not. ff. de verb. oblig. & Ant. Corse. in repe. text. in c. grandi. col. 13. de supplen. neglig. præla. lib. 6. & Io. Lupus in repe. rubricæ de dona. inter vir. & vxor. §. 1. nu. 42. & Guiliel. Benedic. in repe. text. in cap. Raynu. in prin. nu. 3. de testam. & Fran. Purpura. in l. imperium. col. 3. vers. limbo. 3. ff. de iur. rif. om. iudi. & Aleiar. in l. familiaris §. feminarum. ff. de verb. sign. Tandem hanc sententiam sequitur multa adducens Andr. Tiraq. in d. tracta. de nobilit. in c. 18. nu. 20. cum multis seq. vbi late de hoc agit. Breuiter tamen pro solutione præfatæ difficultatis dicendum est, quod in materia beneficii nobilitas consideratur de iure canonico, etiã si promoueat ex parte matris, in alijs autem non consideratur, vt tenet Ang. quem refert & sequitur Cassan. in cathalogoglotie mundi, in 8. par. in consideratione 39, & tenent scribi. supra adducti. nu. 32.

Præterea (ad propositum nostrum redeamus) in 35. in 7. iudicando beneficio sufficienti ad cognitionem sustentationem, est etiam habenda consideratio ad dignitatem ipsius beneficiarij, nempe si fuerit Cardinalis, qui quidem maiori beneficio de necessitate eget, quam alius quiuis in alia dignitate constitutus propter eminentiam sue dignitatis, quæ quidem excellit omnes alias de mundo, & quia rationes supra adductæ in nobilitate magis militat in hoc casu, quia Cardinalis eligitur ex familia nobili & præclara, & quando contingat eligi ex ignobili familia ipsa dignitas nobilitat maximè Cardinalis, quia solus ordo clericalis nobilitat clericum, vt resoluunt Cassan. in cathalogoglorie mundi, in 8. parte. in considerat. 26. & hinc est, quod sacerdotium, cuius annuus redditus est ducetorum coronatorum, in respectu qualitate Cardinalis dicitur tenuis, & ideo in Concilio Lateranen. celebrato anno secundo Pontificatus Leonis X. prouisum est, ne Cardinalibus conferantur, vel commendentur beneficia, quorum redditus non excedunt summam ducentorum coronatorum, quæ sanè constitutio ea ratione edita creditur, quod præfata beneficia considerata qualitate Cardinalis parua reputantur, & ideo pauperibus

bus sunt concedenda, quemadmodum scribitur Cassad. in decis. 2. de præben. & Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum, in tit. de rescriptis, in forma communi, nu. 2. 1. & ita resoluunt Iacob. Menoch. in trac. de arbi. iudi. quest. in lib. 2. in centur. 3. in casu 216.

36. Vltimus in dicta sufficientia beneficij consideranda est & habenda ratio omnium, quibus beneficiarius eget pro victu, & vestitu, medicina & habitatione similiter, quia quamuis appellacione alimentorum non veniat habitatio, neque vestiarius in materia præiudiciali seu odiosa, vt probatur in l. cum hi. §. qui transigit. ff. de transact. & ibi no. scriben. tamen in fauorabilibus appellacione alimentorum habitatio etiam continetur & vestiarius, vt in l. legat. ff. de alimen. & cibarij. lega. & Alex. in cõsi. 178. in col. vlti. lib. 5. & Io. de Anas. consil. 37. & Practi. Papien. in forma libelli pro legato rei singularis, in glo. 1. num. 65. & Socy. sen. in cõsi. 61. in fi. in lib. 2. Roland. in cõsi. 2. 2. num. 1. in libro 1. & Iac. Menoc. in trac. de arbi. iudi. quest. lib. 2. in centur. secunda. in casu 170. nu. 28. cum multis seq. vbi post præfatos scriben. scribit inter alimenta connumerari vestes, pelles, lectus, culcitram, calceatium, aquam venalem, præceptorum salaria, & similia.

37. Et persona ipsius beneficiarij aucta, augeri etiam debent alimenta, nam videmus in persona pupilli, quod alimenta debent augeri, vt ipsa pupilli persona augetur, vt inquit Gozad. in cõsi. 95. num. 4. post alios à se relatos, & probat tex. in l. cum vnus. §. vlt. ff. de alimen. & cibarij. lega. & consideranda est etiam consuetudo familiaris, vt inquit Paris. in cõsi. 98. in fi. 2. lib. post Picum in l. Titia §. Titia cum nuberet. nu. 156. ff. de legat. 2. & Iaco. Menoc. in d. lib. 2. de arbi. iudi. quest. in casu 169. in centur. 2.

38. Et etiam in consideranda beneficij sufficientia debet haberi ratio ad hoc, quod prædictum beneficium sufficiat ipsi beneficiario, & suis similiter, vt probatur in c. studeat. 50. distinc. & ita tenet gl. in verb. sufficientem. in c. cum ad eo. de rescr. & ibi Pan. nu. 5. post alios scriben. & sui dicuntur in hoc casu illi, quos quis secum habere debet necessariò, vt declarat ibidem Abb. in d. nu. 6. dicens quod si est doctor, vel nobilis, vel habens dignitatem ecclesiasticam non debet esse solus, nec sine ministris, & idem dicit Petr. Duenas in tracta. regul. in regu. 7. in vers. vltra quas limitationes & sui præterea in hoc casu dicuntur pater, materque & sorores, vt ex mente gl. Abb. & Petr. Duen. colligitur, respectu patris & matris dubium nullum est, quia eis iure naturæ filius tenetur alimenta præstare.

39. Similiter si sui dicuntur in hoc casu filij legitimi ipsius clerici, quia eis iure naturæ tenetur pater alimenta præstare, vt in l. 1. §. ius

naturæ

naturæ. ff. de iustit. & in. & in c. ius naturæ. 1. distinc. & ita resoluunt multa in proposito adducens Francisc. Viui. in lib. com. opin. in verb. alimenta.

40. Imo, quod fortius est, sui in hoc proposito dicuntur filij spurij ipsius clerici beneficiarij, vt in hoc proposito sentit Panor. in c. 1. de cohabit. clericorum & mulierum, nu. 4. & ratio est manifesta, quia de æquitate canonica filius spurius est alimentandus, vt probat tex. in cap. cum haberet, de eo qui ducit in matrimonium, quam polluit per adulterium, & ibi not. Abb. col. 1. ver. vlti. tenebis, & ita consulerunt Marian. Socy. & Tho. de Torre. vt refert Caccial. licet ipse nihil firmet, in l. si qua illustre. col. penult. in vers. erit etiam mihi animus. C. ad officianum, & in l. frater à fratre. nu. 98. & seq. in q. 19. ff. de condic. inde. & magis in specie ita tenet Imo. in l. ex facto in §. si quis rogatus. il. j. numero 7. ff. ad Trebellianum, ubi loquitur in filijs spurijs, & in omnibus filijs nepharijs, & incestuosus, & idem tenet Nicolaus de Vbaldis in tractatu successioneum ab intestato, nu. 32. vers. regulariter autem & Deci. in cõsi. 61. 1. in colum. prima, in fi. & Palatius Rubios in repeti. c. per vestras. fo. 47. colum. 3. vers. istud communiter tenetur. de don. inter vir. & vxor. & Soci. in cõsi. 161. colum. 1. vers. quinimo, quod est fortius, & voluit Cassan. in consuetu. Burgun. fo. 298. col. 4. vers. & intellige & Deci. in c. in præsentia. num. 39. in vers. 3. conclusio de probat. & Additionator Bal. in auth. ex complexu in verb. sacerdos. C. de incest. nupt. & tandem alimenta liberis ex incestu & damnato coitu debentur, attenda æquitate iuris canonici, vt inquit Are. in prin. inquitur. de iur. naturali, gentium & ciuili, vbi dicit, hanc esse communem sententiam, & sylua nuptialis idem dicit in lib. 3. nu. 25. & similiter Didacus de Couarr. in lib. 4. de sponfal. in 2. par. in c. 6. num. 6. in vers. ceterum. & Emanuel Suarez in thesauro receptorum sententiarum, in verb. alimenta. num. 166.

41. Vltimo loco si sui etiã dicuntur in hoc proposito vxores filiorum ipsius beneficiarij, & nepotes etiam ipsius, quia & his tenetur alimenta præstare, vt inquit glos. in l. si quis à liberis. §. non tantum. ff. de lib. agnoscen. & per text. in l. si filia. §. 1. ff. fami. ercisi. & probatur argu. tex. in l. dedit dotem. ff. de collat. bono. ibi. quippe officium aui erga nepotem ex officio patris erga filium pender, & ita voluit Bar. & alij scribi. in l. 1. ff. solut. matri. Bald. in auth. res quæ. C. communia de legatis, & in l. pater. ff. de cuius. Idem Bald. & Salyc. in l. si. C. de dotis promiss. & idem Sal. in l. si filius. ff. ad Macedonianum, quod procedit secundum præcitatos doctores, quando filius non habet, vnde docet filia sua.

42. Dubitatur tamen circa præfata, vt in 7. in hac sufficientia beneficij consideranda sit, & habenda ratio ad bona patrimonialia seu quasi, quæ alijs habet clericus extra redditus beneficij, ita quod si redditus dicti beneficij sufficienter simul cum redditibus dictorum bonorum ad cognitionem sustentationem, dicatur beneficium sufficienti. Quam questionem non inuenio tractatam ab aliquo ex scribentibus in iure nostro. Et videtur dicendum, quod in sufficientia iudicanda nulla ratio haberi debet ad fructus seu redditus bonorum patrimonialium seu quasi ipsius clerici, & est ratio manifesta, quia beneficiarius ecclesiasticum beneficium & patrimonium habens potest in proprijs vsus beneficij redditus expendere, & licet propria bona conseruare, vt elascator Innoc. in c. Episcopus. de præben. quem ibi sequitur Panor. & idem Panor. in disput. incip. Titius clericus. in 4. dubio. & in c. 1. de pigno. & Cardin. colum. fi. in c. postulasti. de rescr. & ibi Pano. & etiam Fely. num. 6. & tenet Socy. in cõsi. 91. in volum. 3. & hanc sententiam tenet Gaet. in 2. secundæ. q. 185. in articulo 7. in responsione ad 3. argumentum, & eam vult deducere ex verbis diu. Thomæ, & hanc sententiam dicit esse communem Fely. in d. c. postulasti. & ibi etiam Barba. col. pen. & Philipp. Deci. in d. c. Episcopus, & Didacus de Couarr. in c. 1. de testam. nu. 2. qui omnes dicunt, hanc esse communem sententiam, & eam sequitur Domin. de Soto in lib. 10. de iusti. & in. in quæst. 4. in artic. 2. & Martin. Navarro in Apologia in lib. de redditibus ecclesiasticis, in 1. par. in c. 1. num. 1. vbi dicit, hanc esse communem sententiam, & eam similiter sequitur Franc. Sarmiento in tracta. de redditibus ecclesiasticis in 1. parte. in c. 1. num. 28. & ratio præfata communis sententiæ est, quod pars reddituum bonorum ecclesiasticorum, quæ sufficienter sit ministris, per canones antiquos constituitur, vt in c. ecclesias. 13. q. 6. 1. & tex. & ibi notat Abb. in ca. de his. de ecclesijs edifican. & Diuus Thomas in 2. 2. in q. 185. in articulo 7. in responsione ad secundum. & Io. Maior in 4. sententiarum, distinc. 24. in q. 27. & q. 20. & idem etiam tenet Bologninus & Anan. in cõsi. 97. & Didac. de Couarr. in c. cum in officijs. de testa. nume. 2. & in vers. 3. ex eadem ratione. & ideo beneficiarius seruiens altari & ecclesiæ dignè hanc mercedem & fructus percipit, qui à canonibus aut prælatis sibi distribuuntur, vt probatur in c. penult. 1. questio. 2. in Concilio Agathensi in cap. 27. & in c. cum secundum. de præben. ex quo clarè sequitur, quod potest beneficiarius hæc stipendia sanctis laboribus debita, & in præmium concessa, in alimenta, vsuque necessarios ipsius conuertere. & ita resolutè tenendum videtur, quamuis Barbatia col.

pen.



pen. in d. c. postulasti. & Philipp. Deci. vbi supra ab hac opinione communi discendat, quibus duo suffragantur. primum est, quod ex diuo Hieronimo ad Damas. Gratianus retulit in c. clericos. 2. q. 2. ibi. Clericos autem illos conuenit ecclesie stipendijs sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla suffragantur bona, qui autem bonis parentum & opibus suis sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committunt. & idem repetitur ex Diuo Hieronimo in regu. monac. in c. de paupertate. Secundum est, quod ex Prospero adducitur in c. illi autem. 1. 2. q. 6. 1. Prosper scribit. Illi autem, qui tam infirmi sunt, ut suis rebus renunciare non possunt, si ea, quae accepturi erant, dispensatori relinquunt, nihil habentibus conferenda, sine peccato possident sua, quia & ipsi quodammodo sua relinquunt; quando proprijs contenti rebus, nihil eorum, quae labori, vel ordini suo deberi arbitrantur, accipiunt. Et ita his duobus fundamentis praefata communis sententia improbat, quibus satisfacere erit necessarium, ne tot beneficiariorum animus in periculum consciamus. Vnde respondendo ad primum fundamentum Diui Hieronimi dicendum est, quod auctoritas illa consilium potius, quam praecipuum & necessitatem imponit. Vel aliter & secundum potest intelligi in hunc modum, quod illa bona, quae ex redditibus ecclesiasticis pauperum alimentis veteri instituto destinabantur, non debent distribui in alendis clericis, qui ex bonis parentum, vel ad propinquis victum, & vestitum, aliaque sibi necessaria commodè consequi possunt, non tamen loquitur de his bonis, quae in obsequij & laboris mercedem dignè presbyteris debentur, ac ceteris clericis. Iustus etenim eorum labor pro operis mercenarijs haec stipendia petit. Vnde fit, ut apud Diuum Hieronimum stipendia accipiantur pro decimis, oblationibus, & alijs rebus, quae a Christianis viris in ecclesiam conferuntur, non autem pro mercede, quae ab ecclesia clerico ministranti & seruienti in cultu diuino exhibenda est. Vel tertio responderetur, quod auctoritas illa Diui Hieronimi verè sibi vendicat locum, data maxima & extrema in pauperibus inopia, ut intellexit Diuus Thomas in 2. 2. in q. 185. in articulo. 7. quo casu clerici peccarent in abusu non subuenientes pauperibus ex illis bonis. Ad secundum fundamentum Prosperi respondendum est, quod auctoritas illa referenda est ad illud tempus, quo incipiebat florescere catholica Ecclesia & Apostolicis consilijs propensissima erga Deum religione utebatur, spreto mundani fastus cupiditatibus, quo clericorum vita mundissima in communi agebatur sine proprijs possessione, sicut Diuus Hieronimus ad Nepotianum piens-

tissimè admonet idem in epistola ad Pautmachium de morte vxoris, & Gratianus in ca. pastoralis. 1. q. 2. ita respondet Didac. de Couarr. in d. c. 1. de testa. nu. 2.

43 Quae resolutiones Didaci de Couarruias quamuis sint congruenter, tamè adhuc ex praefatis duobus fundamentis scrupulus in fauorem sententiae Barbatij & Philippi. Deci. manet, & vterius pro ea facit, quia auctoritas alicuius sancti contra communem opinionem semper est attendenda, ut affirmat Ioan. de Neuzia. in sylua nuptialij, in libro 5. in 2. limi. num. 66. quem referunt & sequuntur Lancellotus Conradus in lib. de Praetoribus. in §. 2. in titu. de sententijs, nu. 25. in §. limit. & Paulus Lancellotus in sua disputatione, an & quando attendenda sit communis opinio. limit. 2. & alij scribentes passim hanc amplectuntur sententiam. Pro qua facit, nam vbi habemus ius clarum, non debemus praesumptionibus inniti, ut inquit tex. in l. si pater. §. quoties. cum vulg. ff. de manum. vindicta. At verò communis opinio non est sed vera praesumitur, dicta autem sanctorum tanquam lex verè & certè attendenda sunt, ut in c. sunt nonnulli. circa med. 1. 6. q. 1. c. 2. circa fi. de clerico non baptizato, & Panor. in c. cum sint. nu. 20. in not. 1. de decimis, & scribentes omnes in l. 1. ff. si cert. peta. & haec est communis sententia, ut affirmat ibi Cagnolus nu. 163. & Rober. Maranta de ordine iudiciorum, in 3. par. nu. 78. cum seq. & multa adducit Euerar. in locis legalibus in loco ab auctoritate, pag. 3. in ver. hinc etiam est, quod validum, quod maxime procedit, quando doctrina sancti loquitur in materia spirituali, vel cernente peccatum, ut in casu nostro secundum mentem praefatorum scribentium, maxime Anto. de Butr. in c. at si clerici, de iudicijs, & Nicolaus Milius in verbo doctores decretorum, num. 28. circa principium, & Ioan. de Neuzianis vbi supra num. 69. post princip. in ver. ideo in materia legali, cum similib. & magis in specie Pet. de Anch. in sua quest. inci. antiquis & modernis temporibus. quem referunt & sequuntur multi relati a Ioan. de Neuzianis in d. num. 69. circa med. ibi, quod quando canoniste, & Euerar. in d. loco ab auctoritate, circa med. versu. sed circa istud cadit pulchrum, & ita ex hoc tertio fundamento videbatur amplectenda sententia Barbat. & Philippi. Deci. contra communem sententiam ex auctoritate diui Hieronimi doctoris sanctissimi, hoc tamen tertium fundamentum non omnino videtur concludere, si vera est solutio, quam Didac. de Couarr. assignat ad auctoritatem illam diui Hieronimi, ita vt non comprehendat auctoritas illa casum, de quo agimus, ac deinde hoc tertium fundamentum non intret. Et potest etiam ad hoc tertium

tertium fundamentum aliter responderi, quod est intelligendum, quando sententia est roborata auctoritate veteris vel noui testamenti, seu autem quando non, ut declarant scribentes praefati, & sequuntur communiter doctores in d. l. 1. ff. si cer. peta. & Maranta vbi supra, & alij adducti per Euerar. vbi supra.

Potest etiam aliud & quartum fundamentum pro opinione Barba. & Philippi. Deci. contra communem sententiam considerari, nempe quod opinio contra communem sententiam est amplectenda tunc temporis, quando fauet causae pia, ut tenent scriben. scilicet Hostiè. in c. 2. & ibi Abb. nu. 3. & alij de cognitione spirituali, & Andr. Barba. in consil. 6. inci. scriptum est praclare. colum. 1. nu. 2. lib. 1. & in consil. 40. col. 4. num. 11. lib. 3. & Abb. in c. fi. col. 1. num. 3. de re iudi. Ant. Corse. in suis singularibus, in verbo opinio, in singulari, inci. vbi doc. & Felyn. in c. 1. col. pen. nu. 54. in 3. limit. & ibi Franc. Coscius in vlt. q. in 3. limit. sub nu. 25. & Marcus Mantua, nu. 14. de constituto. & Vinc. Hercula. in l. cum prolati. col. fi. in limit. 2. nu. 22. ff. de re iudi. l. in l. 1. col. 3. num. 8. & ibi late Marianus iunior num. 71. cum seq. ff. sol. matri. & Purpuratus in l. si idem. §. si vna actio. colum. fi. num. 13. ff. de iuris. omni. iudi. Neuzian. in sylua nup. lib. 5. limi. 9. num. 73. Euerar. in suis locis legalibus, in loco a contrario sensu, in fi. in ver. quandoque tamen singularis opinio. & Lancell. Conrad. in lib. de Praetoribus. §. 2. in tit. de senten. nu. 24. in 3. limita. & Felyn. in rub. de sponsalib. nu. 6. in priuilegio 9. ex quorum dictis apparet, hanc esse communem sententiam, pro qua facit tex. in l. si pars. ff. de ineffic. testa. & facit etiam, quia vbi agitur de causis fauorabilibus, receditur a regulis iuris, nam aliàs nullus esset fauor. Facit praeterea, nam quoadmodum ex duabus sententijs contrarijs a duobus iudicibus ordinarijs latis sustinetur sententia pro eo, qui habet causam fauorabilem, ut probatur in c. vlti. de re iudic. & ibi scriben. ita similiter in casu nostro ex duabus opinionibus diuersis amplectenda est illa, quae fauet pie causae. Sed sic est, quod opinio Barba. & Philippi. Deci. fauet pie causae. ergo tenenda est contra communem sententiam, quod autem faueat pie causae clare patet, quia legatum relictum pauperibus censetur relictum pie causae, quia pauperes sunt pia causa, ut inquit Speculator in titu. de instrumen. editione. §. nunc verò aliqua. ver. & scies. & Bal. in auth. similiter, & ibi Roman. in repe. colum. 1. & ipse Bal. in l. illud. colum. 4. & ibi Pau. Castren. C. de sac. san. eccle. & in hoc omnes conueniunt, & optima ratione, nam bona pauperum aequiparantur bonis ecclesiarum, ut late Panor. in c. nihil. de praescrip. & Fely. in c. de quarta. colum. 4. eod. titu.

imo bona ecclesiarum sunt pauperum, ut in c. aurum indigne 1. 2. q. 2. in c. vlti. & ibi glo. 1. 6. q. 8. & pauperes isti sunt thesaurus Christi, ut asserit diuus Laurètius, & legitur in eius vita, & circa praefata videndus est Andr. Tiraquell. in tractatu de priuileg. causae pie, in praefatione, in versu. item relicta pauperibus, ex cuius relatione apparet esse communem sententiam, quod pauperes sunt causa pia, & ita ex hoc quarto fundamento videtur amplectenda opinio praedicta Andreae Barbatiae & Philippi. Deci. contra communem sententiam. Tamen quamuis hoc fundamentum videatur concludens, est aduertendum, quod multi scribentes contrariam sententiam tenent, nempe quod opinio quae fauet causae pie non est tenenda contra communem sententiam, inter quos est Andreas Barbat. sibi contrarius in consil. 3. inci. stat dubitatio, vtrum dicta professio. col. penul. nu. 9. versu. non obstat, quod in dubio. libro 1. quem ad hoc refert, & sequitur Catell. Cotta in memorabilibus, in 4. vbi bo nuptiarum causa: circa med. versu. & vltra eos bene. & Philip. Deci. in c. 1. in 1. lectura, nu. 28. & ibi Aug. Berou. nu. 27. 1. de constituto. & Additionator ad Dec. ibidem in verb. matrimonio. & Pan. sibi etiam contrarius hoc videtur sentire in c. fi. de re iudi. & Alcia. in tracta. praesumptionum, in regu. 1. in praesum. 40. nu. 2. & late disputando hanc sententiam sequitur Io. Corra. in l. qui liberos. prope fin. nu. 121. cum seq. ff. de ritu nupt. vbi dicit, quod ita seruat in praxi, & Cagnol. in l. libertas. nu. 2. ff. de reg. iur. & Io. Paulus Lancellotus in dicta disputatione, in limit. 3. cum concord. qui scriben. praefati loquuntur in causa matrimoniali, quae quidem fauorabilis est, ut probat tex. & ibi scriben. in c. vlti. de re iudi. & hanc sententiam in causa etiam testamenti, quae fauorabilis est, ut probatur in d. c. vlti. tenet Andr. Alcia. in lib. 7. paradoxorum, cap. 7. post medium, & Marianus iunior in l. 1. num. 74. ff. solu. matri. & in consil. 179. inci. aliquantisper subsistebam. col. penul. versu. nec placet. num. 5. lib. 2. quem refert & sequitur Thobias in l. 1. in limit. §. ff. si cer. pet. cum concordant. hanc etiam sententiam in pia causa in specie tenet Aug. Berous in d. c. 1. nu. 27. 1. de constituto. & in dote, quae etiam est causa pia, ita tenet Io. de Imo. in l. 1. col. pen. circa med. num. 20. in fi. in versu. in eadem gl. in fi. & ibi Marian. iunior nu. 73. ff. solu. mat. & Andr. Alcia. in dicta praesum. 40. nu. 2. & alij scriben. quod autem dicitur causa pia, probat tex. in l. c. uis. §. si mulier. ibi. pietatis causa, & ibi no. Bal. Ang. & Florian. ff. de condic. indebi. & multa in fauorem adducit Andr. Tiraquell. in d. tracta. de priuileg. causae pie, in praefata, in versu. item cum dos, & alia menta aequiparentur, & in libertate similiter, quae

quæ causa est favorabilis, vt probatur in d. ca. vlti. de re iudi. ita tenet Andre. Alcia. in d. nu. 2. & tandem in aliis similibus causis in genere tenent omnes supra relati. Pro qua sententia primò facit, quia non debemus tantum indulgere causis favorabilibus, vt cæteris iniuriarum faciamus, vt probatur in c. ex tenore. cum simili. de foro compe. sed si ommitteretur in hoc casu communis sententia, fieret iniuria habenti pro se communem opinionem, quæ quidem est tanquam lex seruanda, vt late tractauit in tracta. de cler. & eorum exemp. in 2. parte, in ampliat. 1. nu. 5. cum seq. Secundò, quia fauores, & priuilegia in præiudicium tertij nõ sunt amplianda, sed restringenda, vt in l. quod verò cõtra. & ibi doc. ff. de legib. cum late traditis per Fely. in cap. causam quæ. per tot. de rescript. at verò iste fauor, quòd opinio, quæ fauet causæ piæ, sit attendenda contra communem sententiam, non reperitur in iure expressus, ergo & c. Tertiò pro hac sententia facit text. in §. vnum siquidem. in ver. mulier, in auct. de restitutio. & ea quæ par. iunctis traditis per Alciatum in d. præsumpt. 40. nu. 2. Quarto & vltimò, quia nos habemus regulam, communem opinionem esse seruandam, vt dictum fuit supra proximè. Vnde donec contrarium probetur, ab ea recedere non debemus, vt in l. 2. ff. si quis in ius vocatus nõ ierit, cum similibus. Tandem pro hac sententia facit, quòd hæc secunda opinio, quæ habet opinionem communem esse attendendam contra aliam, quæ fauet causæ piæ, est vsu recepta, vt inquit Ioan. Corafius vbi supra, quo casu præualet, vt inferius videndum erit num. vlt. Neque obstant fundamenta in contrarium adducta. Nam pro responsione distinguendum est, quòd aut sumus in dubio, nempe quia non apparet, quæ opinio sit verior, & tunc illa opinio, quæ fauet æquitati & causæ piæ tenenda est, & ita procedunt fundamenta contraria, vt dixi in tractatu de clericis & eorum exemptione, in 1. par. in ampliat. 11. nu. 4. aut verò non sumus in prædicto dubio, sed in alio, nempe quando communis opinio est contra aliã opinionem, quæ fauet causæ piæ, quæ nõ est communis & in hoc casu sine dubio tenenda est communis opinio, vt scripsi in dicto tract. in 2. par. in ampliat. 21. nu. 6.

45 Ex quibus apparet ¶ dictam communem sententiam, quæ habet, clericum posse conseruare proprium patrimonium, & eius fructus, ac expedere in proprios vsus fructus & redditus beneficij sui, adeo dubiam esse, vt pars contraria possit optimo iure defendi, & in rei veritate scire hoc posse conducere, suaderem, quòd clericus, qui sufficiens habet patrimonium, beneficium non accipiat ad hoc, vt eius fructus & redditus expendat in proprios vsus, & con-

seruet fructus bonorum patrimonialium, & temporalium, sed id beneficium omittat pauperi, vel fructus in causas piæ distribuat. Sed quia certo certius scio hoc meum consilium non prodesse, teneo communem sententiam supra relatum, animaduertens quòd quado pauperes cõtinent in maxima inopia, clericus salua conscientia non potest expedere præfatos fructus, & redditus beneficij in proprios vsus, sed tenetur eos pauperibus erogare, vt aduertit Didac. de Couarru. in c. 1. de testa. nu. 2. prope fin. ex doctri. Diui Thomæ in 2. 2. quæst. 185. artic. 7. ad tertium argumentum, atqui ita dicendũ erit cum dicta communis sententia, quòd in consideranda beneficij sufficiencia non est habenda ratio bonorum patrimonialium ipsius beneficiarij.

Finaliter (vt ad principium huius capituli redeamus) tenenda est hæc firma cõclusio, quòd duo beneficia simplicia residentiam nõ requirunt, quorum alterum sufficiens est ad congruam sustentationem, sunt incompatibilia, prout plusquam manifestum est ex supra adductis num. 1. cum multis seq. & quamuis Inn. quem refert & sequitur Benedic. Capra in tract. regula. in regu. 96. nume. 96. contrarium teneat, tamen non est recedendum à prædicta sententia propter solam auctoritatem Inno. pro qua tamen Inno. auctoritate facit, quòd eius opinio communiter de facto seruatur, prout affirmat idem Benedic. Capra in d. nume. 96. & videmus præ oculis passim plures beneficiarios nõ nobiles, nec literatos plura obtinere beneficia simplicia, quorum alterum non solum sibi, sed toti familiæ & parentelæ est sufficiens.

46 Et ¶ quando opinio, quæ est contra communem sententiam, est consuetudine approbata est attendenda, & non cõmunis sententia, prout voluerunt Paris. de Pur. in tracta. de iudic. in verbo iudicare, in c. 13. in prin. nu. 7. & Math. Matef. in tract. de electione verioris opinionis, num. 1. quem refert & sequitur Andr. Alciat. in tract. præsumpt. in reg. 2. præsumpt. 30. num. 3. & Additionator Abb. in c. 1. sub num. 15. in fi. in addit. incip. limita finaliter, de constit. & Philip. Deci. in c. at si clerici. col. 16. nume. 25. circa fi. in versu. & ista cõclusio videtur etiam. & Claud. Seifel. in l. post dotem. col. pe. num. 26. versu. nam ista regula. ff. solu. matr. & Neuiza. in sylvia nuptia. lib. 5. limita. 1. nu. 64. vbi alios plures allegat, & Grat. in consil. 111. incip. casus talis est. col. pen. num. 51. lib. 2. & Additionator Deci. in d. c. 1. de constit. nu. 3. in verb. aduertent. Lancellot. Conrad. in lib. de Prætoribus. §. 2. in titu. de senten. sub nu. 24. in 7. limita. Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum, in verb. opinio. & Bolog. in l. 1. nume. 43. in 2. limi. ff. si cer. pet. & Io. Paulus

lus Lancellottus in sua disputatione circa communem opinionem in prima limitat. tandem hæc est receptissima opinio, vt per se patet, & testatur Neuiz. vbi supra num. 64. & Emanuel Suarez vbi supra, & Remigius in tract. de charitatio subsidio, in qò. An ecclesia vel clerici sint immunes, in regu. 240. & facit etiam, quia 47 ¶ consuetudo excusat à pœna, vt inquit glo. 1. in fi. in c. cum venerabilis. & ibi Abb. & ceteri scriben. de consuetud. cum multis, quos refert & sequitur Ias. in l. de quibus. colum. 2. nume. 8. & præterea facit, quia si vinco vincentem te, multo magis vinco te, vt in l. de accessionibus. ff. de diuersis & tẽporalibus prescriptionibus. sed consuetudo tollit legem scriptam: vt in l. de quibus. in fin. ff. de legib. & ibi affirmat Bar. & reliqui scrib. lex autem tollit communem sententiam, vt per se est notum, & defendit Anto. Maria Coratius in libro 2. de communi opinione in tit. 9. in casu 25. ergo à fortiori cõsuetudo debet tollere communem opinionem. Nihilominus tenendum est contra Innoc. prout supra dictum est in principio huius capituli, nec hoc fundamentum obstabit, quòd eius sententia est in vsu communiter recepta, quia tunc temporis opinio, quæ approbata est consuetudine, & attendenda contra communem opinionem, quando consuetudo esset rationalis non aliã, prout dicit text. & declarat scriben. in c. vltimo. de consuetudine. Secus autem quando consuetudo esset iniqua & iniusta, prout est in casu nostro, & q. consuetudo, de qua agimus, sit iniusta, iniqua & irrationabilis, & potius sit dicenda corruptela, patet ex supra adductis, nu. 8. cum seq. in hoc cap.

48 Neque obstat, quòd ¶ consuetudo excusat à pœna temporalis, non autem à pœna diuina & æterna, & hoc est dicere in foro exteriori non autem in foro interiori, vt inquit Roman. in consil. 466. incip. videbatur prima fronte. & voluit etiam Anto. Florentinus in secunda parte tertie parti tit. 3. cap. 1. & idem Roma. in singulari 19. & glo. in c. deniq. 4. distin. & sequitur Panor. in c. vlti. in fi. de constit. per tex. in c. scisma. 24. q. 2. & in c. flagitia. 3. q. 7. & in c. non satis. de simonia, & ita resoluit multa adducens Andr. Tiraq. in tract. de pœna. tempe. in c. 42. nu. 4. cum seq.

## S V M M A R I V M.

- 1 Duo beneficia sub eodem testò sunt incompatibilia, vbi ampliatur.
- 2 Non potest dispensare Episcopus, vt sub eo dem testò obtineantur duo beneficia.
- 3 Non valet consuetudo, vt quis habeat duas dignitates, seu canonicatus, vel alia ecclesiastica beneficia in eadem ecclesia.

- 4 Dispensatus ad duo beneficia non censetur dispensatus, vt ea habeat in eadem ecclesia. Ratio ponitur nu. 5. 6. ampliatur nu. 13. 23. 24.
- 7 Et quid quando dispensatio fuit facta motu proprio.
- 8 Multi effectus huius clausule, motu proprio narrantur ab hoc nu. cum seq.
- 16 Beneficij appellatione non venit curatum.
- 18 In eadem ecclesia vtrum possit quis obtinere plures pensiones.
- 19 Postquam beneficium est grauatum vna pensio ne, non potest alia grauari.
- 20 Et quid si pensio fuit assignata motu proprio.
- 22 Vtrum sit incompatible habere beneficium, & pensionem in eadem ecclesia.
- 25 Limitatur princip alius conclusio huius capituli.
- 26 Primum beneficium an vacet ipso iure per obtentionem secundi in eadem ecclesia.
- 27 Quando dicantur beneficia sub eodem testò.

## De incompatibilitate duorum beneficiorum sub eodem testò.

## Cap. XX.



ST alia etiam in iure nostro incompatibilitas. Scilicet ¶ qu quis vult obtinere duo beneficia simplicia in eadẽ ecclesia, hoc enim est incompatibile, vt clarè probat text. in ca. de multa. de præb. ibi. Adentes, vt in eadem ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiam si curam non habeant animarum, & ita notant ibidem Inn. Anchara. Ant. & Panor. num. 4. & alij scriben. & similiter probat hanc conclusionem text. in c. literas. de concess. præben. & ibi no. gl. in verb. ex consuetudine, & Panor. num. 2. & 4. ac alij scrib. & idem probat text. in clemen. vltima. de præbend. ibid. primaque præbenda hoc ipso vacabit, quòd secundam cum Archidiaconatu præfato pacificè fuerit assequutus, & ibi no. glo. in verbo narrauit, & alij scribentes, & hanc sententiam tenet Ioan. Staphil. de literis gratiæ et iustitiæ, in titu. de gratijs & expectatijs in 3. forma, quasi per totam, & Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de dispensatione ratione ætatis, in §. incompatibilia, & in §. & si sunt sub eodem testò, & idem Petr. Rebuff. in concordat. in ti. de collationibus, in §. volumus. in verb. in cathedralibus, & idem in rubri. de mandatis Apostolicis, in §. 1. in verb. ita tamen. assignant prædicti scribentes rationem dicentes, quòd iura magis abhorrent habere duo beneficia in eadẽ ecclesia, quàm in diuersis ecclesijs, & hanc rationem principaliter assignauit glo. in verb. vacuit.

uit. in d. clemen. vlt. de præben. imo plus dicit ibidem glo. nempe quod plus abhorrent iura habere duas præbendas in vna ecclesia, quam aliàs habere duo curata, quia habere duas præbendas in eadem ecclesia etiam iure annexionis non licet, vt in d. clemen. vlti. de præben. & licet habere duo beneficia curata per viâ vnionis, vt supradictum est in c. 13. non tamen præfati scriben. assignant veram rationem, quare iura canonica plus abhorreant pluralitatē beneficiorum, & præbendarum in eadem ecclesia, quam iu diuersis, & præter generales rationes in superioribus capitulis assignatas duę rationes videri meo considerari possunt. Prima est residentia, quam de iure communi habent beneficia, vt supra dictum est in c. 17. vbi enim duo beneficia seu præbendę vni assignantur, illico ecclesia defraudatur necessario ministerio vnus beneficiarij. Neque obstat, si contra hanc rationem dicatur, quod eadem ratio est, quando quis obtinet plura beneficia in diuersis ecclesijs, quia ad hoc respondetur, quod non est eadem ratio, sed longè diuersa, quia quamuis quis habeat plura beneficia, & non possit in eisdem eodem tempore residere, tamen diuersis temporibus potest quoadque in vno & quęque in alio residere, & ita in hoc casu ecclesię non defraudantur imperpetuum seruitio beneficiarij, sed ad tempus solummodo, quod seculus est, quando in eadem ecclesia conferuntur plures præbendę, seu dignitates vni, quia inconueniens est perpetuum durante vita ipsius beneficiarij, nam in eadem ecclesia non potest esse nisi tanquam vnus beneficiarius. Secunda ratio præfata conclusionis est, ad vitandum inuidiam, rixas, & contentiones, quę verisimiliter oriri possint in hoc casu, quando quis habeat duo beneficia, aut duas præbendas in eadem ecclesia, & ad hæc vitanda optima ratione considerantur & præceperunt esse incompatibilia duo beneficia, seu duę præbendę in eadem ecclesia.

Quę incompatibilitas adeo odiosa est in iure, quod ¶ Episcopus non potest dispensare cū beneficiario, vt in eadem ecclesia habeat duos canonicatus, vel duas præbendas, vel dignitates, seu personatus, vel officia, vel alia ecclesiastica beneficia, ita tenet glo. in verb. vacabit. in dicta clemen. vlti. de præben. & tenuit Inn. & Ioan. Andr. in c. literas. de concess. præbend. & hanc sententiam tenet ibidem Abb. num. 2. & 3. & ibi Ioã. de Imo. & Panor. in c. cum iam dudum. num. 9. de præben. & hanc sententiam tenet gl. in verb. noscatur. in c. literas. de concess. præben. & hanc sententiam sequitur Petr. Rebuff. in concordat. in rubri. de mandatis Apostolicis, in §. 1. in verb. ita tamen. in versu. Præterea Episcopus non potest dispensare. tandem

hanc sententiam dicit esse communem Petr. Duenas in tracta. regul. in regu. 71. ampliat. §. ex quo colligitur optima ampliatio ad prædictam conclusionem.

Secundò ampliatur prædicta conclusio, ¶ non valet consuetudo, vt quis habeat duos canonicatus, dignitates, personatus, officia, seu alia ecclesiastica beneficia in eadem ecclesia, ita tenet glo. in verbo ex consuetudine, in d. c. lite ras. de concess. præb. quæ sequuntur ibidem scrib. & pro ea est expressus text. in d. c. literas, ibi. sed Præpositus allegabat eõtra, quod erat ex consuetudine generali, quod vnus in eadem ecclesia plures haberet præbendas, iunctis illis verbis ibi. Cum igitur si ita est præbenda illa, & si non de facto, de iure tamen vacare noscatur, mādamus, quatenus dictum Præpositum, vt illam sine difficultate resignet appellatione remota cogatis, quam cum de facto vacauerit, clerico memorato cõferre curetis, & ita tenet Petr. Rebuff. in d. verb. ita tamen. in versu. præterea Episcopus. & tenet similiter Petr. Duen. in d. tract. regul. & fallen. in regu. 71. in §. ampliat. & hæc sententia communis est, prout supra dixi, in c. 11. num. 4. quam conclusionem declara, prout ibidem declarauit, & declara Petrus Duenas in dicta ampliatioe, & ita tenet Cæsar Lambert. in tracta. de iure patr. lib. 2. in r. par. arti. 1. §. in 6. q. princip.

Ampliatur tertio præfata conclusio, adeo ¶ dispensatus ad duo beneficia nequaquam censetur dispensatus, vt illa habeat in eadem ecclesia, etiam si sint simplicia, nisi hoc dictum fuerit in dispensatione, ita tenet Petr. de Ancha. in c. permittimus. de ætate & qualitate, & Cardi. in c. de multa. in verb. hoc idem. de præben. Anchar. & alij scriben. in c. 1. de consuetud. libro 6. & tenet Panor. in d. c. de multa. de præben. nume. 4. & Fely. in c. in nostra. illatione 8. de rescrip. & idem Fely. in ca. postulasti. col. 2. nu. 9. in versu. regula est. de rescrip. vbi plenè prosequitur, & Iaf. in l. fin. nu. 37. cum sequ. ff. de constit. Princip. & hanc sententiam tenet Ioan. Andr. in d. c. de multa. de præben. & Philipp. Fran. in d. c. 1. de consuetud. lib. 6. & Io. Sta phil. in tracta. de literis gratiæ & iustitiæ, in tit. de gratijs expectatiuis, in forma 3. nume. 8. & Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de dispensa. ratione ætatis in §. etiam si sunt sub eodem tecto. & idem Petr. Rebuff. in concordat. in rub. de collationibus, in §. volumus. in verb. in cathedralibus, & in rubrica de mandatis Apostolicis, in §. 1. in verb. ita tamen. in versu. & hoc est introductum, & Egid. Bellamera in d. cap. de multa. & Bald. in consil. 53. inter consilia Cardinalis, & hæc est sententia communis, vt affirmat Panor. in d. c. de multa. num. 4. & est ratio, quia in huiusmodi dispens. non fit exten-

lio

no etiam ad casum minorem, vt dicunt Fely. & Iaf. vbi supra.

Et ratio etiam huius ampliatioe est, quia ¶ quando plura obstant impedimẽta, difficilius concedi solent dispensationes & rescripta: vt inquit Philipp. Deci. in consil. 602. num. 19. & in c. ad aures. in colum. vlti. & ibi Franc. de Ripa nume. 37. de rescrip. & Alex. in consil. 193. nume. 10. lib. 2. & Iacob. Menoch. de arbi. iud. quæst. in lib. 2. in centur. 3. in casu 203. nu. 13. qui scribentes dicunt, hoc procedere, etiam si in dispensatione sit apposta clausula, non obstant. quibuscunq;.

Facit præterea, quia ¶ dispensationes strictissimam habent interpretationem, maximè super beneficiorum pluralitate canonibus inimici, vt inquit Iacob. Menoch. in libro 2. de arbi. iud. quæst. in centur. 3. casu 201. nu. 157. Est tamen dubium non minimum, quid dicendum erit, quando ¶ quis fuit dispensatus motu proprio, vt plura haberet beneficia, vtrū in hoc casu censetur dispensatus, vt possit plura beneficia habere in eadem ecclesia. quæ questionem non inuenio tactam ab aliquo ex scrib. Pro parte affirmatiua facit primò, quia clausula motu proprio, habet vim clausulæ non obstante, vt inquit Bald. in l. omnes. & ibi etiam Ange. C. de quadrienn. præscript. & Ioan. Andr. in cap. 1. colum. penult. versu. quinta opinio. de excess. prælato. lib. 6. & Bartol. Soci. in consil. 117. in fin. in volumine tertio. & Claud. in l. si quis iniquum. col. 2. ver. §. habet vim. ff. quod quisque iuris, non tamen ibi plenè firmat, & tenet Curt. senior in consil. 66. numero 65. & Ruin. in consil. 21. colum. sexta. volum. 5. Contrariam tamen sententiam, imò quod clausula, motu proprio, non habeat vim clausulæ non obstante, tenet Dominic. in c. 1. col. fina. versu. sed non est sic. de filijs presbyterorum, libro 6. & Abb. Panor. in c. nonnulli. colum. 5. versu. circa quintum. vbi Fely. colum. 1. §. versu. fallit tertio, de rescrip. & Petr. Rebuff. in concordat. in rubrica de forma mandati Apostolici, in 15. effectus, & Ruin. sibi contrarius in consil. 109. nume. 5. volu. 3. vbi hanc dicit esse \* communem sententiam, & hanc sententiam dicit magis cõmunem Anto. Gabr. in lib. 6. com. conclusi. in conclus. 2. nu. 59.

Ratione autem huius contrarietatis dicunt ¶ aliqui, ¶ quod clausula, motu proprio, si est cõiuncta cum clausula generalis non obstante, habet vim clausulæ derogatoriæ, vt inquit Paul. de Cast. in consilio 357. numero quinto. in volumi. primo. & Calder. in consil. 16. in fi. & Milli. in verbo gratia motu proprio, & Francisc. in cap. primo. colum. tertia. versu. sed si impetratio rescripti, vbi Dominic. colum. quarta. versu. quinta opinio. de exceptio. libro sexto. &

idem Dominic. in cap. ei cui. colum. 4. versu. cum ergo per has clausulas, & in versu. 2. verò casu, de præb. lib. 6. & Probus in additione ad Ioan. Monac. in c. si motu proprio. colum. 1. de præben. lib. 6. & Fely. in c. constitutus. col. 4. versu. limita. de rescrip. & Gomez. in c. 1. num. 198. de constit. lib. 6. & Castad. in decis. 4. nume. 3. de concess. præb. & Franc. de Rip. lib. 2. responsorum, in responso. 6. col. fi. in ver. sed iste non est casus noster, & Glaud. in l. si quis iniquum. col. 1. ver. 4. operatur. ff. quod quisque iuris, & Deci. in l. certum. col. 2. ff. si cert. pera. & Corn. in consil. 67. col. fi. ver. accedat etiam. volu. 3. & Roman. in consil. 327. col. penult. ver. 2. respondeo. & Petr. Rebuff. in concordat. in rubri. de forma mandati Apostolici, in effectu, 19. & 23. & Ruin. in consil. 163. nume. 21. vol. 5. Contrarium tamè, imò quod prædicta clausula, motu proprio, coniuncta cum clausula generali non obstante, non habeat vim derogatoriæ, tenet Dominic. sibi etiam contrarius, in ca. 1. col. pen. post Imo. ibidem, & ibi Philipp. Franc. col. 2. de filijs presbyterorum, libro 6. & ibi Dominic. in c. quamuis. col. 1. & sequen. & ibi Franc. colum. 1. ver. qui tamen de rescrip. lib. 6. & Aeneas de Falco. in tract. reseruationum, folio 26. & Ruin. sibi contrarius in consil. 226. colum. prima. cum sequen. volum. 1. Ideo concordia lumitur ex dictis Dominico, & Francisc. in dicto cap. primo. de filijs presbyterorum, libro 6. & in locis proxime allegatis, qui dicunt, quod per dictas clausulas simul iunctas derogatur statuti ecclesię, non autem derogatur iuri communi, & ita voluit Philipp. Franc. in ca. ei cui. colum. 2. versu. quid autem si cum clausula, de præben. lib. 6. vbi licet dicat Imol. Dominic. ibi contrarium sentire, non est verum hoc, quia Dominic. expressè sentit hanc concordiam. ex quibus colligitur satis, quod hoc primum fundamentum non vrget pro parte affirmatiua prædictæ quæstio. & præterea etiã si esset verum hoc fundamentum, nihil faceret pro parte affirmatiua, vt clarè colligitur ex supra adductis nu. 5.

Secundò facit pro parte affirmatiua, quia ¶ clausula, motu proprio, reddit gratiam fauorabilem, vt inquit Ioann. Andre. in capitu. cum in cunctis. columna tertia. versu. secus si Princeps. vbi Hostien. colum. sexta. versu. est principalium, de electio. & Aret. in capitu. causam quę. colum. secunda, & sequen. ibidem Fely. colum. tertia. versu. quarto nota. & colum. penulti. versu. secundò operatur. de testibus. Anchara. in consilio 138. versu. postremò. & Cardina. in clemen. prima. not. primo. de rerum permutatione, & Fely. in capitu. causam quę. columna secunda. versu. idem. limita. de rescrip. Egidii in decisione 746. co-

H lum.

lum. fina. Milius in verb. gratia motu proprio, & Philipp. Deci. in consil. 347. nume. 5. & in l. 3. numero 4. ff. quod quisque iuris, & Rebuff. in concord. sub rubri. de forma mandati Apostolici, in primo effectu; quod etiam procedit in dispensationibus, ut inquit Anto. de But. in c. cum in cunctis. colum. 4. versicu. nota hic. & ibi Abb. 9. in feriora. colum. fina. versu. nota primò hoc dictum, de electione, & Per. Rebuff. in d. rubri. de forma mandati Apostolici, in 4. effectu. sed similiter hoc etiam secundum fundamentum pro parte affirmatiua minimè concludit, quia licet præfata clausula, motu proprio, reddat gratiam fauorabilem, hoc tamen est verum in fauoribus à iure expressis, non tamen in casu nostro, in quo huiusmodi fauor nō est à iure expressus, & dispensatio prædicta non est amplianda, ut supradictum est num. 5. & 6.

10 Tertiò pro hac parte affirmatiua facit, quia prædicta clausula, motu proprio, ampliatur gratiam, ut inquit Lap. in allegat. 7. in fi. in versu. imò operatur aliud. num. 8. & Dominic. in consil. 104. colum. 2. versu. item pro eo facit. & Fely. in c. ad aures. col. 7. versu. 5. casus, de rescript. & Gomef. in cap. 1. nume. 299. de consil. libro 6. vbi tenet, quòd etiam extendatur ultra præsumptam mentem concederis. Contrariam tamen sententiam tenet glo. in clem. 2. in verbo dilectus, de præben. & Domin. in c. si pluribus. in 7. nota. de præben. libro 6. & Card. in clem. 1. §. ceterum. in quæst. 7. de concess. præben. & in consil. 96. col. fin. versu. & est ratio. & Rota in decis. 445. in antiq. & Fely. in c. causam quæ. 2. col. 2. ver. ad idem vide, de testib. & Petr. Rebuff. in concordat. in rubrica de forma mandati Apostolici, in vltimo effectu, in versu. 12. not. ampliatur. & Ruin. in consil. 226. numero 111. volumi. secundo. Pro concordia harum diuersarum sententiarum dicendum est primò, quòd clausula, motu proprio, non ampliatur gratiam, quando est contra præsumptam mentem concedentis, ita Card. in consilio 96. colum. fina. & Fely. in cap. causam quæ. 2. colum. 2. de testib. & propterea dicitur, quòd ista clausula ampliatur in ijs, quæ sunt expressa, non autem in ijs, quæ non sunt expressa, ut inquit Dominic. in capitulo. si pluribus, in tertio notabili. vbi Francif. colum. prima. versu. vel potest dici. 3. de præben. libro sexto. & Fely. in capitulo. ad aures. colum. septima. versu. sext. casus de rescript. & Petr. Rebuff. in concordat. in rubrica de forma mandati Apostolici, in vltimo effectu, versu. duodecimò no. ampliatur. & Ruin. in consilio 226. numero vndecimo. volumi. secundo. Vel secundo modo concordari possunt opinionēs, quia clausula, motu proprio, ampliatur gratiam in ijs, quæ non sunt contra ius commune. scilicet verò in ijs, quæ

sunt contra ius commune, ut inquit Philipp. Franc. in dicto capitulo. si pluribus. colum. prima. versu. secundo. potest dici. de præben. libro sexto. Tertia concordia sumitur, nam motus proprius ampliatur gratiam in casibus à iure expressis, non autem in alijs, ut inquit Philipp. Franc. in d. ca. si pluribus. versu. vel dic quartò, colum. 1. de præben. lib. 6. Ex quibus clarè colligitur, quòd hoc tertium fundamentum nihil facit pro parte affirmatiua.

11 Quartò pro hac sententia facit, quia prædicta clausula motu proprio, operatur, quòd concedens præsumatur vti plenitudine potestatis, ut affirmat Anto. de But. in c. constitutus. col. 2. versu. non obstat, quòd notat. de rescri. & Fely. in c. causam quæ. 2. colum. 3. ver. 4. notat. de testib. & Philipp. Deci. in l. 3. colum. 1. versu. paria sunt. ff. quod quisque iuris, & Petr. Rebuff. in concordat. in loco supra citato in 3. effectu. sed si bene attendatur, hoc similiter fundamentum minimè obstat, quia quamuis Princeps præsumatur mediante dicta clausula vti plenitudine potestatis, hoc verum est in materia, in qua dispensat expressè, non autem in materia, in qua non expressè dispensat, & ita non operatur prædicta clausula aliquid in casu nostro, quia dispensando Papa ad pluralitatem beneficiorum non censetur dispensare ad eandem pluralitatem obtinendam in eadem ecclesia, quia iste est casus diuersus, & qui requirit aliam dispensationem.

12 Quintò pro hac parte affirmatiua facit, quia prædicta clausula, motu proprio, vim habet specialis expressionis, ut inquit Angeo. in l. sed & si quis. §. quæ situm. ff. si quis cautionibus. & Calderinus in consil. 1. in titu. de priuileg. & Pau. de Cast. in consil. 151. aliàs 52. colum. 3. & Roman. in consil. 337. colum. penult. in fin. & Philipp. Deci. in l. certum. nu. 5. ff. si cert. pet. sed hoc similiter argumentum nihil probat pro hac parte affirmatiua, quia præfata doctrina loquitur in casu omnino dissimili, nempe quando Papa in gratia motu proprio facta ponit hanc clausulam derogatoriam, non obstat, quibuscumque verbis derogatorijs, de quibus etiam mentio fieri debuisset de verbo ad verbum, tunc enim sufficienter videtur derogare speciali priuilegio, in quo clausula derogatoria sub hac forma reponitur, quòd illi non sit derogatum, nisi facta mentione specialiter ipsius clausulæ de verbo ad verbum. Hoc enim in casu operatur prædicta clausula motu proprio, non autem in quæst. nostra.

13 Quare pars negatiua in propòsita quæstione tenenda est, nempe prædicta dispensatio ad duo seu plura beneficia nō censetur dispensatus, ut possit ea obtinere in eadem ecclesia, etià si dispensatio facta fuerit motu proprio. Pro qua parte

parte primò facit, quia clausula, motu proprio, nō tollit intentionis defectum, ut inquit Domin. in c. si propter. col. 6. ver. & finaliter. de rescri. lib. 6. & fuit de mète Io. And. in c. si motu proprio. in princ. de præben. lib. 6. & Imo. tenet in c. mandatum. col. pen. versu. & ex prædictis de rescript. & Panor. in cap. quia circa. colum. 1. & ibi Fely. colum. 2. de testib. & Egid. Bellam. in decis. 302. & in decisio. 455. & Fely. in capitulo. ceterum. colum. 6. versu. 7. restrictio. de rescri. & in cap. constitutus. colum. 4. versu. limita. quartò. eod. titu. & Milius in repertorio in verbo gratia si est impetrata, & Ale. consil. 215. vol. 7. & Soc. consil. 115. nu. 2. cū seq. vol. 3. & in c. 720. colum. 6. versu. non obstat. vol. 3. & Cur. sen. in consil. 35. numero 36. cum sequen. & in consilio 150. nume. 154. Martin. de Laud. in tractatu de priuileg. & rescript. conclusi. 62. Vtalis in tracta clausularum, folio 4. colum. 3. versu. clausula, motu proprio. & Ruin. in consilio 123. nume. 19. volum. 3. & Staphil. de literis gratiæ & iustitiæ, fo. 85. & Rebuff. super concordat. in vltimo effectu vbi supra, versu. 8. non tollit. & Paris. in consil. 82. nume. 66. volum. 1. & in consil. 74. nume. 23. volum. 4. & in consil. 79. nume. 22. volum. 4. & in consil. 1. num. 74. & nume. 76. vol. 1. & consil. 4. num. 27. vol. 2. & consil. 41. col. fina. vol. 4. & Boer. in decisio. 286. col. fi. Sed quando Rom. Pontifex dispensat cum aliquo, ut possit habere duo, seu plura beneficia, non dispensat, vbi possit habere in eadem ecclesia, & sic deficit intentio Papæ in hoc casu, ergo prædicta clausula, motu proprio, non tollit hunc defectum intentionis.

14 Secundo facit pro hac parte negatiua, quia præfata clausula, motu proprio, non operatur, etiam contra præsumptam, & verisimilem voluntatem concedentis, ut inquit Cardin. in clem. si Romanus Pontifex. in 2. quæstio. de præben. & Anto. de But. in c. cum nostris. colum. 6. & ibi Abb. numero 19. de concess. præben. & idem Abb. in c. causam quæ. 2. in quæstio. 2. de testib. & Barbat. in c. ad aures. nume. 38. de rescript. & Cardina. in consilio 96. col. prima. & Egid. Bellam. in decisio. 392. & Fely. in c. ad aures. col. 7. versu. quintus casus. de rescri. & Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in 3. par. in quæst. 1. 2. in versu. 5. casus. & Hyeron. Gigas in tracta. de pensio. in quæst. 29. nume. 5. & in quæst. 9. numero 6. & Castad. in decisio. 3. in titu. de pensio. nume. 4. & Ruin. in consil. 98. col. fina. volum. quarto. & Marian. iunior in consil. 77. nu. 104. vol. 1. sed in casu, in quo Papa solummodo dispensauit motu proprio, ut possit quis plura obtinere beneficia, verisimiliter potest intelligi, seu præsumi, quod non voluit dispensare, ut obtineat prædicta beneficia in eadem ecclesia, quia si voluisset, id expressisset. Ergo &c.

15 Tertiò pro hac sententia facit, quia nam gratia facta de beneficio cū clausula motu proprio, est nulla, si beneficium est curatum, & non fit mentio huius qualitatis in dicta gratia, ut probatur in c. cum illis. & ibidem not. scriben. de præben. & ita voluit Abb. in c. ad aures. col. 2. & ibi Franc. de Ripa colum. 9. in versu. quæ ad de de rescrip. & Franc. in c. si motu proprio. in fi. de præb. lib. 6. & Rota in decis. 111. in nouis, & in decis. 445. in antiq. & Alex. in consil. 215. in prin. vol. 7. & Fely. in cap. causam quæ. 2. col. 2. versu. pro quo vide. de testib. & Ioan. de Selua in tracta. de beneficio, in 3. par. in quæst. 1. 2. & Staphil. de literis gratiæ & iustitiæ, fol. 85. & Petr. Rebuff. in concordat. in titu. de form. mandati Apostolici, in vltimo effectu, in versu. 5. non tollit. & Egid. de Bellam. in decis. 512. & ita resoluit Iacob. Menoch. in tracta. de arbit. iudic. quæst. in libro 3. in centur. tertia, in casu 201. num. 64. cum sequen. vbi ponit quatuor limitationes ad hanc conclusionem, & videndus est Anto. Gabr. in libro 6. comm. conclus. in titu. de clausulis, num. 37. cum sequen.

16 Et est ratio, quia prædicta appellatio non venit curatum, nisi de eo in specie fuerit mentio facta, ut probatur in c. cum in illis. vbi Anchar. de præben. libro 6. & in c. pro illorum. eodem tit. & Bellam. decis. 676. quod intelligitur, nisi eadem sit ratio, quoniam & tunc beneficij appellatio curatum cōtinetur, ut docuit Gemin. in cap. si gratiose. de præben. lib. 6. & hinc est, quòd facultas dispensandi cum irregulari super beneficio non intelligitur de beneficio curato, ita docuit Franc. de Rip. in c. ad aures. num. 20. de rescri. post Abb. in c. vlti. de clerici. pugnantibus in duello, & ita tenendum, quamuis Francif. de Ripa aliquantulum dubiter, sed non est dubitandum, quandoquidem gratia facta de dignitate non intelligitur de dignitate curata, ut in clement. prima de præben. Rota in decisio. decimo octaua. de præben. in antiqui. & ita resoluit Iacob. Menoch. vbi supra numero 62. qui hoc extendit, etiam si ipse beneficiarius ex statuto, vel consuetudine non teneretur illi Curie deferuire personaliter, sed concederetur Vicarium sui loco ponere, quia adhuc huius curæ mentio facienda est, ut tenet Card. in consil. 30. & Rota in decisio. 20. de officio Vicarij, in antiqui. & Fely. in cap. in nostra. corollario 10. & in cap. postulasti. in princ. de rescript. & Francif. de Ripa in dicto cap. ad aures. numero vigesimo. si igitur in gratia motu proprio facta de beneficio est necessaria mentio qualitatis ipsius beneficij, scilicet curæ, aliàs gratia nulla est, à summi si videtur dicendum in casu nostro, quòd est facienda mentio qualitatis pluralitatis beneficiorum, nempe quòd sunt in eadem ecclesia, ad



hoc vt censeatur dispensatum, aliter non iuuabit prædicta dispensatio.

Quartò & vltimò pro hac sententia magis 17 specificè facit, quòd clausula, motu proprio, non tollit incompatibilitatem beneficiorum, vt inquit gl. in c. h. de off. deleg. lib. 6. & ibi Domini, col. fi. & gl. in cle. si Romanus Pontifex, in verbo validam, & ibi Bonifacius nume. 30. cum sequen. de præbend. & Rota in decisio. 112. in antiquis, & decis. 445. & Cardi. in cons. 17. colum. 1. & Franc. de Rip. in c. ad aures. colum. 15. de rescrip. & Paris. in cons. 74. col. 3. in volu. 4. sed sic est, quòd quando quis simpliciter dispensatur ad obtinenda plura beneficia, non censeatur dispensatus ad ea obtinenda in eadem ecclesia, quia hæc est alia incompatibilitas, vt supra iam dictum est, ergo per clausulam, motu proprio, non censeatur sublata hæc incompatibilitas secunda.

Ampliat & quartò præfata conclusio, vt 18 ¶ vera sit etiam in pensionibus, quia in vna & eadem ecclesia nemo potest duas obtinere pensiones sine dispensatione, nisi cõsuetudo aliud suadeat, ita tenet Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum, in titulo de dispensatione ratione ætatis, in §. etiam si sint sub eodem tecto. assignat ipse rationem dicens, quòd pensionem concedit Papa loco beneficii, vt probatur in captiuo ad audientiam. secundo, de rescriptis. Pro qua sententia facit, quia sicut tenetur beneficiarius recitare diuinum officium ratione beneficii, ita similiter pensionarius ratione pensionis tenetur recitare diuinum officium, scilicet paruum officium. Beatæ Mariæ Virginis, & hoc sub pœna amissionis prædictæ pensionis, vt declarauit sanctæ memoriæ Pius Quintus Pontifex Maximus per quandam suam extrauagantem, cuius meminit Martinus Nauarro in manuali confessorum in ca. 25. numero 122. pro qua sententia facit etiam doctrina Barbar. in d. c. ad audientiam, vbi inquit, quòd pensio est beneficii ecclesiasticum, adducens ad hoc tria fundamenta. Cõtrariam tamen sententiam, imò quòd plures pensiones non sunt incompatibiles in eadem ecclesia sub eodem tecto, tenet Hyeron. Gigas in tracta. de pensio. in quæst. 32. vbi refert Hyero. Paulum magnum præfici curiæ Romanæ, qui in suo libello intitulo, Prouinciale omnium ecclesiarum, hanc sententiam tenet. Pro qua primò facit, quia pensio non est ecclesiasticum beneficium, prout dixi supra in præfatione, nume. 3. cum communi sententia ibidem relata. 2. facit, quia pensionarius nõ tenetur horas canonicas recitare quotidie, sicut clericus, vt tenet idem Hyer. Paul. quem refert & sequitur Hyer. Gigas in tract. de pensionib. in q. 30. nu. 2. & tenet Dominic. de Soto in lib. 10. de iustit. &

iu. in q. 5. in arti. 3. sed hoc non procedit de iure nouiori attento motu proprio Pij Quinti supra dicto. Tertio, facit pro hac sententia, quia in pensione cõcedenda, pensionarius nõ examinatur, neq; datur forma digni, quia examen & forma dignum habent locum, quòd beneficium conferitur in titulum, & pensio in titulum non cõferitur. ideo in hac, varietate scribitur distingendum erit, quia aut pensio constituitur clerico in titulum sicut beneficium, prout multoties fieri solet, & in hoc casu vera est & procedit prima opinio Petri Rebuff. quòd non potest quis duas pensiones in titulatas in eadem ecclesia habere, aut verò pensio nõ assignatur in titulum beneficii, & tunc temporis vera est & procedit opinio Hyeron. Gig. quòd pensiones plures in eadem ecclesia non sunt incompatibiles. Vel aliter & secundo modo dicendum est, quòd opinio Pet. Rebuff. procedit, quando vna, vtraque pensio est per se sufficiens ad congruam sustentationem, vt supra dixi in c. 19. nu. 7. contraria opinio procedit, quòd altera pensio non est per se sufficiens. Vel aliter & tertio modo possunt reduci ad concordiam præfate diuersæ sententiæ, quia aut loquimur in diuersis pensionibus super diuersis beneficijs nõ assignatis in titulum, & in hoc casu vera est opinio Gigantis. aut verò loquimur in diuersis pensionibus, siue simpliciter, siue in titulum assignatis in eodem beneficio, & tunc temporis huiusmodi pensiones sunt incompatibiles, & procedit opinio Pet. Rebuff.

19 Er est ratio, quia postquam vnũ beneficium est grauatum onere alicuius pensionis, non potest idem beneficium grauari alia pensione, nisi fiat mentio de prima pensione, & dispensatio circa hoc intercedat, nam duæ pensiones sunt incompatibiles in eodẽ beneficio. Pro qua sententia primò facit, quia non est verisimile, quòd Papa scientiam haberet primæ pensionis, concessisset de facili secundam pensionem, cum non presumeretur velle imponere duo onera eidẽ rei, vt in l. Titia cum in testamento. §. qui in vita. ff. de leg. 2. & facit, quòd habetur in l. 2. ff. de don. arguendo de principe ad testatorem, vt aliàs in c. 1. de concess. præb. cum simi. lib. 6. facit pro hac sententia text. in c. madata. cum duobus sequ. de rescri. dum decidit, non esse verisimile, Papam voluisse eundem ordinariũ grauari super prouisione duorum beneficiorum, iunctis notatis ibidem per doctores, & facit, quòd habetur in cap. duobus. in fi. eodem titulo libro sexto. Si igitur procedit in beneficijs, in quibus Papa habet plenitudinem potestatis, vt in præcedentibus fuit dictum, & in quibus concurrunt cum alijs ordinarijs, vt in capit. si à sede, cum similibus, de præbend. eodem libro, fortius id erit in fructibus, qui beneficiario pro eius sustentatione debentur, iuxta nota-

ta in

ta in c. cum secundum. de præben. & in capit. fin. de rescrip. lib. 6. & in c. quia sepe. de elect. lib. 6. facit præterea, quia si Papa eandem ecclesiam seu beneficiũ semel grauatum intellexisset, nolisset aliud onus eidem ecclesie imponere per ea, quæ notantur in c. ad audientiam. 2. & in c. si super literis. & in c. si proponente. de rescript. & ita quòd non valeat prædicta secunda pensio assignata super eodem beneficio si non fiat mentio primæ pensionis, tenet multa adducens Hyeronimus Gigas in tracta. de pensio. in quæst. 29. per totam, vbi extēdit hoc habere locum, etiam si secunda pensio fuerit motu proprio reseruatã, quia prædicta clausula, motu proprio, non tollit subreptionem in præiudicium tertij, vt dicit Antonius de But. in c. causam quæst. 2. & ibi Abb. col. 2. in 2. q. de testib. & idem Ant. de But. in cap. per venerabilem. colum. 16. versu. & hoc credo. qui filij sint legitimi, & Abb. in c. ad aures. nume. 5. de rescript. & in c. 1. colum. 8. versu. argumentum optimum. de iudi. & Dominic. in c. si propter. colum. 8. versu. Ioan. de Lignano. de rescri. lib. 6. & in consilio 104. col. 1. & 2. versu. ita est in proposito. & Cardi. in clemen. 1. in §. ceterum. in 7. quæstio. de concess. præben. & in consilio 136. col. fi. versu. item motus proprius. & in cons. 192. colum. fina. versu. & præcipue. & Rota in decisio. 112. in nou. & in deci. 445. in antiquis, & Bellam. in decis. 392. Bonifa. in clemen. si Romanus, numero 22. de præben. Are. in d. c. causam quæ. 2. colum. 2. & ibi Fely. colum. 2. de testibus, & idem Fely. in c. ceterum. col. 6. versu. restrictio. de rescript. & in capi. nostra. in corolario. 6. in versu. & istis adde. de rescript. & Barbar. in ca. ad aures. numero 38. eod. titu. Vitalis in tractatu clausularum fol. 4. columna quarta, in versu. clausula motu proprio. Ias. in authen. quas actiones. colum. na quarta. C. de sacrosan. eccl. & in l. si quemque. ff. si quis cautionibus, & in l. secunda, col. 1. C. vt lit. pend. & Deci. in l. si quis iniquum. num. 9. ff. quod quisque iuris, & idem Deci. in cons. 407. colum. fina. & in cons. 468. numero secundo. & in cons. 410. numero 23. & in cons. 33. colum. fina. & in consilio 66. colum. fina. & in cons. 689. numero 10. & in consilio 344. numero 25. & Sarnen. in regula, de imptantibus beneficia per obitum Cardinalis. q. prima. in regula de annali. quæst. 1. numero 5. Franci. de Ripa in vigesimo secundo responso. colum. decima. in volumine secundo. Pet. Rebuff. in concordat. in titulo de forma mandati Apostolici, versu. nonò, non tollitur ius tertij. multa adducens, ita resoluit ampliando & limitando Anto. Gabr. in libro sexto. commun. conclus. in titulo de clausulis, conclus. secunda. numero 8. cum sequen.

21 Et facit etiam, quia ¶ Papa per illam clausulam, motu proprio, non censeatur grauari ecclesiam, quam prius alio mandato grauaauerat, vt inquit Anto. de But. in capit. mandatum. colum. penult. versu. ex his patet, & ibi Imol. colum. fina. versu. & ex prædictis, de rescript. & fuit de mente Calde. in c. mandatum supra dicto, & Dominic. in ca. si motu proprio. colum. prima. versu. sed hanc clausulam, & Franci. ibi colum. secunda, versu. & ex ijs dicebat, post Ioan. Andr. ibi in princip. in versu. & attenda hac ratione. & Dominic. in capit. quamuis. colum. 4. versu. sed quid quando aliter. de præben. libro 6. & Petr. de Ancha. in c. duobus. in quinta quæst. & ibi Franc. colum. 3. versu. secundo, quærit. de rescript. lib. 6. & Fely. in capi. accedentes. colum. pen. versu. quarta conclusio. de præscript. & hanc sententiam dicit esse communem Anto. Gabr. in tit. de clausulis, in libro sexto. commun. conclus. nume. 26. contra Anchar. in cons. 138. quem refert & sequitur Petr. Rebuff. super concordat. in titulo de forma mandati Apostolici, in effectu decimo. & idem Ant. Gabriel. conatur assignare concordiam, & faciunt pro hac sententia ea, quæ supra dixi, numero sexto, cum sequenti.

Ampliat & quintò prædicta conclusio ita ¶ vt procedat in pensione & beneficio in eadem ecclesia, nam de iure est incompatibile habere pensionem & beneficium in eadem ecclesia, vt inquit Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum, in tit. de dispensatione ratione ætatis, vbi inquit, quòd ipse cõsultuit, quòd acceptas præbendam in eadem ecclesia, in qua habet pensionem, eidem pensioni renũciare videtur, text. in clem. gratia. de rescript. nisi fuerit dispensatum, vt possit obtinere vtrumque. Breuiter tamen in hac ampliatione dicendum est, prout in ampliatione proximè præcedenti, vt procedat, quando pensio est assignata loco beneficii. Secus autem dicendum est, quando non fuit assignata loco beneficii, tunc enim nullam facit incompatibilitatem, & ita resoluit Quintil. Mandosius in praxi super signaturã gratiæ, in titulo, dispensatio ad beneficia sub eodem tecto.

23 Ampliat & sextò præfata conclusio ¶ vt vera sit, adeo quòd si quis fuerit dispensatus, vt possit sub eodem tecto duo recipere beneficia & retinere, non poterit illa duo obtinere, si alteri beneficio sit annexa capella in eadem ecclesia, in qua duo habet, nisi hoc quoque fuerit expressum in dispensatione, argumento text. in clemen. fina. de præben. ita resoluit Petr. Rebuff. in praxi benefic. in titu. de dispens. ratione ætatis, in versu. etiam si sub eodem tecto in fine.



Ampliat & septimò prædicta conclusio, q̄  
24 ¶ si canonicus & præbendatus in aliqua eccle-  
sia habuerit gratiam expectatiuam à Romano  
Põitice, vt possit habere dignitatem in eadem  
ecclesia, quam duxerit acceptãdam, si acceptet  
dignitatem, cui annexa est præbenda, non po-  
terit obtinere primam præbendam, sed vacat,  
quia sub eodem tecto nemo potest duas obti-  
nere præbendas sine dispensatione expressã, vt  
probat text. in clementi. vltima. de præben. &  
ibi tenet gloss. & scriben. & similiter ita tenet  
Petrus Rebuff. in concordat. in rubrica de man-  
datis Apostolicis. in §. i. in verbo ita tamẽ. post  
medium in versu. item si manderur.

Prædicta tamen conclusio sic ampliata de-  
25 claratur ¶ vt procedat in beneficijs simplicibus  
vniuersimilibus seu conformibus, hæc enim  
pluralitas sub eodem tecto prohibita est, vt  
putat habere duas præbendas, vel duas portiones,  
vel duo beneficia simplicia, seu duo præstimo-  
nia concessa in titulum beneficij; secus autem  
si sint duo beneficia dissimilia, vt puta benefi-  
cium simplex in titulum, & capellam non cu-  
ratam etiam requirentem celebrationem, vel  
canonicatum & capellam in eadem ecclesia:  
quia hæc obtineri possunt, vt inquit Felyn. in  
capit. ex parte. §. nume. 30. & ita tenet Panor-  
mita in consilio. 926. numero 2. in 2. parte su-  
orum consiliorum, in secundo dubio, & ita tenet  
similiter Lap. in allegat. 1. 16. numero quintoi  
& ibi eius Additionator in litera L. & in litera  
N. & Nicolaus Milius in reperi. in verbo benefi-  
cia plura vel præbend. in fine. & Petr. Rebuff.  
in praxi beneficiorum, in titulo de non promo-  
tis in fra annum, numero 76. & in concordat.  
in rubri. de mandatis Apostolicis, in §. primo.  
in verbo ita tamen. prope finem. in versu. nota  
tamen, quod sine dispensatione, & ita trãseunt  
prædicti scribentes, mihi tamen contraria sen-  
tentia verior videtur de iure, imò quod non so-  
lum beneficia duo sint incompatibilia sub eo-  
dem tecto, quando sunt conformia, sed etiam  
quando sunt dissimilia, vt puta vnum curatum  
& vnum simplex, vel aliã dissimilia, vt probat  
text. per text. in capit. literas. de concess. præ-  
ben. & tenet gloss. in capit. dudum. 2. de elec.  
& Innocen. in ca. cum iam dudum. de præben.  
& ita tenet Quintil. Mandos. in signatura gra-  
tiae, in titu. dispensatio ad beneficia sub eodem  
tecto, in versu. ad duo beneficia. Pro qua sen-  
tentia facit, quia dignitas, officium, seu per-  
sonatus est incompatibile cum canonicatu, vt  
latè dictum est supra in capit. vndecimo. & in  
specie tenuit Innocen. in principio, & Ioann.  
Andre. & alij scribentes in d. c. literas. de con-  
cess. præben. & in clement. fina. de præben. &  
text. iuncta gloss. in versu. nisi in capit. primo.  
de consuetud. libro 6. text. in capit. si is cui §.

non sic autem. & ibi Philipp. Franc. in secun-  
do notabili, de præben. libro sexto, & ita te-  
nuit Rota, vt inquit, put. libro tertio, decisio-  
ne 190. arguendo à speciali, nam si de consuetu-  
dine quis simul canonicatus & dignitatem  
retinere potest, ergo secus est de iure commu-  
ni, & propterea dispensatio necessaria est. Quo-  
re ratione huius diuersitatis dicendum erit,  
quod regulariter loquendo quis potest  
habere duo beneficia simplicia in eadem eccle-  
sia, etiam si sint dissimilia, seu dissimilia, quia  
etiam in hoc casu sunt incompatibilia, quæ  
conclusio primò declaratur, vt non procedat,  
quando esset consuetudo in contrarium, nempe  
quod duo beneficia simplicia dissimilia &  
dissimilia possint sub eodem tecto teneri; & in  
hoc casu videtur loqui Panor. in d. consi. 69. in  
dubio 2. neque obstat, quod supra dictum est,  
non valere consuetudinem, vt quis possit habe-  
re duo beneficia in eadem ecclesia; quia hoc  
procedit in beneficijs conformibus, non autem  
in beneficijs dissimilibus; Declaratur secun-  
dò prædicta conclusio, quod beneficiũ  
veniret secundariò in quandam consequentiã  
primi beneficij; vt puta quando quis est rector  
alicuius ecclesie; & percipit redditus capellæ  
in ea sita; quia in eo casu non dicitur duplex  
beneficio; quia capella venit secundariò, argu-  
mento text. in c. super eo. de præben. & ita de-  
clarat Felyn. in d. c. ex parte. nume. 3. & in his  
duobus casibus potest intelligi prima opinio  
scribentium, quæ habet, quod in beneficijs  
simplicibus dissimilibus potest esse quis plu-  
ralis in eadem ecclesia.

26 Dubium tamen est, vtum ¶ primum benefi-  
cium simplex ipso iure vacet per obtentionem  
similis beneficij in eadem ecclesia. Et breuiter  
dicendum est, q̄ quamuis regulariter loquen-  
do primum beneficium simplex ipso iure non  
vacet per obtentionem alterius beneficij; hoc  
tamen fallit, quando obtineretur secundum be-  
neficium simplex sub eodem tecto, ita probat  
text. in cap. literas. in fi. de concess. præb. & ita  
tenet ibidem Cardinalis & Panormit. & hanc  
sententiam tenet similiter Casar Lambertinus  
in tractatu de iure patronatus, libro secundo,  
in prima parte. in 7. questio. principi. in 1. §.  
articulo; nume. 1. cum sequen. & tenet similiter  
Petr. Rebuff. in concordat. in rubrica de man-  
datis Apostolicis, §. i. in verb. ita tamen, in ver-  
su. item quamuis per adeptionem. Pro qua  
sententia est expressus text. in cle. vlti. de præ-  
ben. ibi. primaque præbenda hoc ipso vacat,  
quod secundam cum Archidiaconatu præ-  
dicto pacificè fuerit assequutus, & ibi nota.  
gloss. in verb. hoc ipso, vbi inquit, patet, quod  
in præbendis eiusdem ecclesie ipso iure per  
receptionem secundæ, vacat prima, & videnda  
sunt,

sunt, quæ supra dixi in capit. 12. numero 12.

Vltimo loco pro complemento videndum  
27 erit, quando ¶ dicantur beneficia esse sub eo-  
dem tecto. Et breuiter de iure ciuili hæc verba  
sub eodem tecto, idem significant, quod in ea-  
dem domo, & intra eosdem parietes, vt probat  
text. in l. i. in versu. & magis est vt puniatur ob  
hoc, quod sub eodem tecto fuit, & in ver. licet  
enim cesset, & in versu. eodem autem tecto qua-  
liter recipiatur. & in l. 3. §. si cum omnes, versu.  
surdus quoque, & in l. excipiantur, ibi. qui ta-  
men sub eodem tecto fuissent. ff. ad Senatuscon-  
sultum Syllanianum. Et quamuis in d. l. i. ver-  
eodem autem tecto. ibi. & ait Sextus, videatur  
etiam comprehendendi locus, vnde vox exaudiri  
possit. Responderi potest, quod illa interpreta-  
tio sit impropria, put colligitur ex verbis, quæ  
sequuntur, videlicet quasi sub eodem tecto fue-  
rint. dictio enim, quasi, impropriatatem seu  
fictionem designat, vt in l. si quis. iuncta glo. in  
verticu. quasi. ff. de condic. indeb. & in l. etiam.  
§. fina. iuncta gloss. ff. de peritio. hæreditatis, &  
doctor. in capit. parrochianos. de decimis, &  
Bartol. in l. si verò. ff. soluto matrimo. & Bald.  
in l. in suis. ff. de liber. & postu. vnde ad pro-  
positum nostrum deueniendo, sicut in iure ci-  
uili illa verba, sub eodem tecto, exponuntur,  
idest intra eosdem parietes. ita & iuxta ter-  
minos nostros iuris canonici prædicta verba signi-  
ficant, intra domum Dei eandem, idest, intra  
eamdem ecclesiã, in psalmo 25. & 121. & iux-  
ta text. in capit. omnibus. 24. quest. 1. & in ca-  
pit. decet. de immunitate ecclesiarum, libro 6.  
& ibi declarant scribentes.

## S V M M A R I V M.

- 1 Magna seu nimia pluralitas beneficiorum est incompatibilis, & ampliat multis modis. numero 11.
- 2 Magnitudo generali clausula contenta non est, sed propriam & expressam desiderat.
- 3 Multa qualitates simul iuncta magis operatur, quam pauca.
- 4 Validum est argumentum ab absurdo, seu scandalo vitando.
- 5 Excusatur non obtemperans superioris mandato, quando sequeretur scandalum.
- 6 Scandalum quid sit, & quotuplex. nu. 8. 9.
- 7 Vrilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur.
- 10 Nimiam pluralitatem præstimoniorum in titulum habere est incompatibile.
- 11 Nimia pluralitas pensionum vrum sit incompatibilis.
- 13 Conclusio principalis huius capituli limitatur.
- 14 Quando dicatur nimia seu magna multitudo beneficiorum. num. seq.

15 Quando dicatur magnitudo, iudicis arbitrio relinquitur. nu. 16. 17.

## De incompatibilitate magna multitudinis beneficiorum.

## Cap. XXI.



VAMVIS aliã saltim de  
cõsuetudine liceat habere plu-  
ra beneficia simplicia, quæ re-  
sidentia nõ requirunt, & quo-  
rum alterum non est sufficiens  
ad congruã sustentationem, vt  
infra videndum erit in 2. par. in c. j. tñ ¶ quan-  
do pluralitas præfatorũ beneficiorum esset ma-  
gna, seu nimia, sine dubio est incompatibilis, vt  
probat text. in c. quia in tantum, de præb. cuius  
verba sunt. Quia in tantum quorundã proces-  
sit ambitio, vt non duas vel tres, sed plures ec-  
clesias perhibeant habere, cũ neq; duab. pos-  
sint debita prouisionẽ impẽdere, per fratres &  
coepiscopos nostros hoc emẽdari precipimus,  
& de multitudine præbendarũ canonicis ini-  
mica, quæ dissolutionis materia, & euagationis  
inducit, certũq; continet et̄ periculũ animarũ  
eorũ, qui ecclesijs deseruire valeant, indigentia  
volumus subleuari. q. tex. clarissimis verbis pa-  
hibet nimia pluralitatem beneficiorũ nulla ta-  
cta distinctione, vtrũ beneficia sint curata, vel  
simplicia, requirãt residentia necne, & idẽ pro-  
bat text. in c. dudũ 2. de elec. ibi, suppressit et̄, q̄  
plures parrochiales ecclesias cũ plurib. alijs be-  
neficijs in diuersis ecclesijs obtineret, cũ intent-  
tionis nostrẽ nõ fuerit, secũ in tot beneficijs p̄-  
sertim habentibus curã animarũ dispẽsare, ne-  
que intentionis nostrẽ fuerit, aliquod ei de no-  
uo cõcedere, sed vt p̄ indulgentiã possit habita-  
licite retinere. ex quo tex. manifestè colligitur,  
q̄ ad obtinendã prædictã nimia, seu magnã plu-  
ralitã beneficiorũ, est necessaria Pontificis Ro-  
mani dispensatio, quæ dispensatio, vt ex textu  
colligitur, nõ solet de facili à S. Do. nostro Põ-  
itice Romano concedi. Præterea probatur clare  
p̄dicta cõclusio in San. Concilio Trident. in  
ses. 24. c. 17. cuius verba sunt. Cũ ecclesiasticus  
ordo peruertatur, qñ vnus plurium officia oc-  
cupat clericorũ, sanctè sacris canonib. cautum  
fuit, neminẽ oportere in duab. ecclesijs cõscri-  
bi, verũm qm̄ multi improbare cupiditatis affe-  
ctu seipsos non Deũ decipientes, ea q̄ bene  
constituta sunt, varijs artib. eludere, & plura simul  
beneficia obtinere nõ erubescunt, sancta syno-  
dus debita regẽdis ecclesijs disciplina restitue-  
re cupiens, p̄sentĩ decreto, quod in quibuscũq;  
personis quocumque titulo, et̄ si Cardinalatus  
honore fulgeant, mandat obseruari, statuti, vt

imposterum vnum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem, si ad vitam eius, cui confertur, honeste sustentandum non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrunque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque non modo ad Cathedralis ecclesias, sed etiam ad omnia alia beneficia, tam secularia quam regularia quecumque, etiam commenda cuiuscunque tituli, ac qualitates existant. ex quo textu clarè colligitur, nimiam seu magnam beneficiorum multitudinem à iure esse prohibitam, quia (inquit Concilium) quod quando vnum beneficium non est sufficiens ad congruam sustentationem, aliud tantummodo simplex sufficiens debet concedi, & non dicitur alia sufficientia, & quod loquatur etiam in simplicibus nullam residentiam requirentibus, manifestè probatur ibi. Sed etiam ad alia omnia beneficia, & ibi. cuiuscunque tituli ac qualitates existant. Comprehendit enim omnia beneficia, siue curata, siue simplicia, siue requirent residentiam, siue non requirent, & ita non est locus dubitationi. Tandem quod nimia, seu magna multitudo beneficiorum præfatorum prohibetur à iure, tenet Ioann. Andr. in d. capi. cum iam dudum, in quinta opinione, tenet etiam Imol. quem refert & sequitur Bened. Capra in tractatu regule, & fallent. in regu. 90. nume. 135. & pro hac sententia consuluerunt doctissimi doctores sanctæ Societatis Iesu Professores, Doctor Ledesma, Doctor Pæz, Doctor Parra, Doctor Fernandez, Doctor Leo, & Doctor Roys, eiusdem Societatis Prouinciales, prout proprijs oculis egomet vidi in quodam eorum consilio.

Vltra generales rationes in superioribus capitulis assignatas, & in secunda parte in cap. 1. assignandas, huius conclusionis ratio specialis assignatur, nempe quod magnitudo generalis clausula contenta non est, sed propriam & expressam desiderat, vt inquit glo. in ca. qui ad agendum, de procur. libro 6. & in l. obligatione generali. ff. de pignor. & doctores in l. sed & si quis. §. quæstum. ff. si quis cautionibus, l. as. in rubri. ff. solu. matr. Alexan. in consilio 277. in volum. 2. & Paris. in consi. 96. num. 2. o. vol. 3. Ergo quamuis à iure, vel à consuetudine sit permessa beneficiorum pluralitas, quando beneficia sunt simplicia, & nullam requirunt residentiam, vt infra videndum erit in 2. par. in cap. 1. tamen magna, seu nimia pluralitas prædictorum beneficiorum permessa non censetur ex præfata ratione.

Secundò, quia quod multæ qualitates, seu res simul iunctæ magis operantur, quam pauca, argumento text. in auth. itaque C. communia de success. & bene facit text. in l. si quis viduam. ff.

de quæst. & in l. si adulterium cum incestu. ff. de adult. & faciunt que tradit glo. & scriben. in l. 1. C. de pactis, & l. as. in l. si emancipati. C. de collationibus.

Tertia ratio ad prædictam conclusionem assignatur, quia quod validum est argumentum iure nostro ab absurdo vitado, quo argumento vtuntur tam legum quam canonum conditores, iurisconsulti, & doctores in varijs locis. Imprimis eo vsus est Roman. Pontifex in c. tua. in c. 2. in c. 3. & in c. ex parte. de clerico ægrotante. Vbi clericus nullo modo administrat in beneficio, quamuis sit idoneus & sufficiens, & hoc fit propter scandalum vitandum. eodem argumento vsus est Pontifex Romanus in c. super e. de cognatione spirituali, vbi legitime prohibetur, ne contrahatur matrimonium, & hoc propter scandalum vitandum, esto quod inter ipsos, qui volunt contrahere, nullum interueniat impedimentum. & eodem argumento vitur Imperator in l. fin. C. de auctoritate præfanda, & in l. si. C. per quas personas nobis acquiratur, & in l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. toll. & text. in l. si quis iurandam. & in l. generaliter. C. de rebus, creditis & in §. si. instir. qui & ex quibus causis manumitti possunt. & vitur etiam eodem argumento summus Pontifex in ca. venerabilem. & in ca. in genesi. de electione, & in c. ex ore. & ibi no. Panor. de priuileg. & in c. solita. & ibi etiam Pano. de maior. & obediens. & in c. cum inter. & ibi similiter Panor. de excep. in c. dudum, & c. quemadmodum, & ibi etiam Panorm. perpendit, de iure iurando, & text. in ca. dudum. & ibi no. glof. & Dominic. de præbendis, libro o. sexto.

Et hinc est, quod quod excusatur non obtemperans superiori mandato, quando ex hoc sequitur absurditas, scandalum, vel inconueniens, vt probat optimus text. in c. si quando. de reser. & in c. cum teneamur. de præben. & ita singulariter voluit Cardina. Ioan. de Imo. Fely. & scriben. in d. c. si quando, & idem Fely. in c. 2. cod. tit. de rescrip. & pulchrè agit Cardi. in consil. suo 142. incip. Sanctissimus Dominus noster Bonifacius Papa, & pulchrè Ludouicus Romanus in repet. l. si verò. §. de viro. fallentia. 7. ff. solu. matr. & multa adducens ita tenet Euerar. in suo centiloquio, in loco à plenitudine potestatis, de quo argumento plenissime agit in loco 23. ab absurdo, sed sic est, quod si quis haberet nimiam seu magnam beneficiorum multitudinem, hoc esset sine dubio in maximum scandalum aliorum clericorum, & maximum esset absurdum, vt considerantur præfati doctissimi viri, ergo clarè sequitur, quod præfata nimia, seu magna beneficiorum pluralitas est incompatibilis.

Quod autem nascatur scandalum ex præfata nimia,

6 nimia, seu magna beneficiorum pluralitate clarè sequitur: nam quod scandalum dictio græca est, iuxta latinam translationem nihil aliud est, quod offendiculum, & significat mali quendam occasionem, quæ ruinæ causam det, quasi cadendi occasio, si quid obster eunti, vt probatur in c. diffinimus. 18. q. 2. & explicat Diuus Hieronymus Mathei. c. 15. Quod quidem scandalum bifariam distinguitur, quia aut est datu, aut accipiendum. Scandalum datum est (auctore diuo Hieronymo) dictum, vel factum minus rectum quod ex se alteri occasionem præbet ruinæ, & hoc dicitur scandalum actiuum à Theologis scholasticis, & semper huiusmodi scandalum est peccatum respectu eius, qui scandalizat: cum ipsum opus sit peccatum, vel habens speciem peccati, quia ratione propter proximi charitatem, & hoc ipsum opus habens mali speciem agendum non est, ne proximus pedem ad id impingat & labatur, in hac via spirituali nihil ex se potest disponere, aut occasionem præbere spirituali ruinæ, nisi habeat aliquem defectum relicitudinis: id etenim, quod est perfecte rectu, potius instruit, & munit proximum ad tutum viæ progressum, quam ei præbeat ruinæ occasionem, & ita Tertullianus ait in libro de virginibus velandis. Scandalum non bonæ rei, sed malæ exemplum est ædificandi ad delictu, bonæ res neminem scandalizat: nisi malam mentem, & de hoc scandalo accipiendum est, quod Christus Iesus in Euangelio prædixit Mathei cap. 18. Vbi homini illi, per quem scandalum venit. Est & aliud scandalum, quod dicitur accipiendum, seu passiuum, estque peccatum proueniens ex bono alterius opere, aut saltem ex facto, quod mali speciem non habet. Contingitque proprie scandalum hoc in eo, qui scandalizatur, quod constat ex his, quæ late traduntur per Fel. in c. nihil. de consecratione dist. 2. Dominicus in c. licet. 45. dist. Card. in clem. 1. de officio ordinarii, Hostien. in summa de renunciat. §. penult. verfic. est autem, & Diuus Thomas in 2. 2. q. 43. articulo 1. & 2. & in hoc scandalo passiuo intelligendum est, quod Beda docuit scribens. Vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur, quæ regula est omnino accipienda in eum sensum: vt de triplici veritate eam intelligamus, videlicet vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, nec enim veritas vitæ, nec doctrinæ, nec iustitiæ omittenda est propter vitandum scandalum proximi, lex namque charitatis, quæ dicitur: vt plus te quam proximum ames, eadem præcipit, vt plus in te, quam in proximo peccatum vites, peccaret autem quis omittens veritatem, vel vitæ, vel iustitiæ, vel doctrinæ. Igitur veritas omittenda non est, vt scandalum, & sic peccatum proximi euitemus, ita

quidam interpretantur eam regulam, gloss. & ibidem scriben. in cap. qui scandalizauerit. de reg. iur. Diuus Thomas in d. q. 43. articulo 7. & 8. Alex. de Hales in secunda par. quæst. 189. in membro 7. Adrian. in quodlibeto primo, articulo secundo, & tertio, & Alphonsus de Castro. in lib. primo, de iusta hereticonum punitione in cap. 2. o. & late declarat Didac. de Couar. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. in prima parte, num. 4. in verfic. est & aliud scandalum datum, seu actiuum, cum alijs verficulis subsequentibus.

8 Et præterea pro faciliiori declaratione erit aduertendum, quod quod prædictum scandalum datum, seu actiuum potest dupliciter contingere vno modo si præbens scandalum directè & ex intentione, seductione, inductione, vel exemplo contendit proximum in ruinam conicere, atque illum ad peccatum allicere, quod facinore peccatum est in propria per se specie scandali constitutum: idque virtuti correctionis fraternæ suapte natura contrariu, quæ virtus in hoc exposita est, vt bonum spirituale fratris promoueamus. Et ideo istud scandalum ex intentione specialis peccati specialis ratione fortitur. Altero modo contingit scandalum per accidens, hoc est præter intentionem agentis peccatum, nempe cum quis peccatū, vel opus, quod illius figuram habere potest, alia intentione faciat, quam vt fratrem suum præcipit ita inde ruat, & scandalizetur: tunc enim hic non constituitur speciale scandali peccatum: cum minimè constituat peccati speciem, quod est per accidens, habet tamen negligentia incaute agens generalem ex accidenti scandali rationem iuxta ea, quæ pulchrè docet Diuus Thomas in d. q. 43. in articulo 3. & ita scandalum huiusmodi per accidens contingens peccatum est mortale, si actus, à quo procedit, mortalem culpam habet, vel si quis per grauem negligentiam salutem proximi contemnat, non prætermittens ea, quæ proximo nocere possint, sic & veniale peccatum erit scandalum per accidens, cum actus habeat venialem culpam, vel speciem mali, modo veniali negligentia hic posterior actus ex consideratione quadam fiat, quæ quidem resolute traditur à Diuo Thoma in d. q. 43. articulo 4. & videndus est ibidem Gaetanus in articulo primo, & in summa in verbo scandalum.

Ad propositum igitur nostrum redeundo negari non potest, quod quod is qui nimiam seu magnam multitudinem beneficiorum habet, scandalum det actiuum, licet non ex intentione tamen per accidens: quia alii videntes hanc nimiam, seu magnam beneficiorum pluralitatem, si ignorantes sunt, credunt, vel credere possunt esse licitam. Si autem prudentes occasionem maxi-

maximam detrahendi accipiunt contra obtinentem: quia verisimiliter credunt obtinentē præfatam pluralitatem nullam curam suæ animæ habere, ac plenum esse cupiditate, & non habere animum distribuendi fructus, ac redditus Ecclesiasticos, ita vt iura volunt, & deinde alia multa incommoda eueniunt, quæ arbitrio boni viri considerari poterunt in hac materia scandali: quod quidem scandalum datum & actuum, quamuis sit per accidens, omnino sciendum est: vt ex supra adductis clarè colligitur.

Manet ergo conclusum: quod est incompatible habere nimiam beneficiorum pluralitatem, & si simplicia sunt, & quæ nullam residentiam requirant, quæ conclusio ampliatur primò: vt  
 10 ¶ procedat etiam in præstimoniiis datis in titulum perpetuum beneficij: quia (vt supra in præcedentibus capitulis dictum est) sunt Ecclesiastica beneficia huiusmodi præstimoniam: vt inquit Geminianus in consil. 109. & in c. vltimo, per illum textum, de concess. præbend. lib. 6. & Oldrad. ita tenet in consil. 81. & Philip. Dec. in c. ad aures. de rescript. quorum doctrinam sequitur Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. iud. in lib. 2. in centur. 3. in casu 201. nu. 59. & facit: quia obtinentes huiusmodi præstimoniam, tenentur horas canonicas recitare: vt inquit Dominicus de Soto in lib. 10. de iustitia & iure. q. 5. in articulo 3. Si autem prædicta præstimoniam in sola temporalitate consistunt, & nullum officium, seu seruitium habent annexum in Ecclesia: tunc temporis non veniunt, neque comprehenduntur Ecclesiastici beneficii appellatione: vt dicunt Ioan. And. in cap. vnico, de rerum permutatione, quem sic intellexit Gemin. in consil. 89. & Staphil. in tract. de literis gratiæ & iustitiæ, in tit. de gratiis expectatiuis, in tertia forma, num. 3. qui exemplum attulit in præstimonio, quod clerico studenti datur, vel cum militi datur pugnanti contra infideles, iuxta tex. in l. stipendia. C. de execut. rei iudic. & in l. in condemnatione. ff. de reg. iur. & iuxta doctrinam Hostien. in c. postulasti. de rescript. Oldrad. in consil. 81. & ita declarat Staphil. in d. tract. in tit. de qualitat. & stat. beneficij. Felyn. in c. postulasti. num. 8. in ver. Quarta declaratio. de rescript. & huiusmodi præstimoniam non faciunt incompatibilitatem: cum non comprehendantur beneficii Ecclesiastici appellatione, & in his præstimoniiis intelligenda est doctrina Staphil. vbi supra in tit. de gratiis expectatiuis, in quinta forma, num. tertio, vbi inquit, quod huiusmodi præstimoniam possunt etiam mille teneri absque aliqua dispensatione, quia non possunt dici beneficia Ecclesiastica, non autem intelligenda est prædicta doctrina de præstimoniiis per totum concessis in titulum.

Secundò ampliatur præfata conclusio: vt  
 11 ¶ vera sit, etiam si in prædicta nimia, seu magna multitudine beneficiorum non sit aliquod, seu aliqua beneficia simplicia, quæ per se sufficiant ad congruam sustentationem. nam si essent beneficia, seu beneficium, quod sufficeret ad congruam sustentationem, iam esset alia incompatibilitas, de qua dictum fuit in c. 19. supra. Pro qua ampliatione est expressus tex. in Concilio Tridentino in sess. 24. c. 17. ibi. Statuit, vt imposterum vnum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis cõferatur. Quod quidem si ad vitam eius, cui confertur, honestè sustentandam non sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. ex quo textu clarè colligitur esse vitandam multitudinem beneficiorum etiam non sufficientium: nam disponit Concilium, quod si primum beneficium non sit sufficiens, alterum concedatur, quod sit sufficiens, & sic non permittit, quod concedatur aliud, quod non sit sufficiens, ne detur inconueniens, vt accumulentur plura beneficia.

12 Tertio ¶ ampliatur prædicta conclusio, vt vera sit etiam in nimia seu magna pluralitate pensionum: nam hæc etiam multitudo pensionum prohibita est à iure, prout consulerunt præfati viri doctissimi sancte societatis Iesu professores, quod intelligendum est in duobus casibus. Primus casus erit, quando pensiones, prout supra dictum est in cap. præcedenti, concederetur in titulum beneficij. Secundus casus erit, quando una seu plures prædictarum pensionum esset sufficiens ad congruam sustentationem pensionarii: tunc enim sine dubio hæc nimia, seu magna multitudo pensionum est incompatibilis, prout supra dictum est in c. 19. num. 7. & ex rationibus ibidem adductis. Secus autem dicendum erit, quando præfata magna pensionum multitudo esset necessaria ad congruam sustentationem pensionarii: tunc enim non est incompatibilis: quia longè diuersa ratio est in beneficiis, quam in pensionibus: cum pensiones non requirant de iure aliquod Ecclesiasticum ministerium, sicut requirit beneficium.

Prædicta tamen conclusio sic ampliata declaratur: vt ¶ procedat, quando prædicta nimia seu magna beneficiorum multitudo potest sufficere ad congruam duorum vel plurium beneficiorum sustentationem: tunc enim huiusmodi multitudo magna, seu nimia iure optimo reputatur incompatibilis: quia ad congruam sustentationem vnus non sunt cumulanda adeo plura beneficia, vt resalter scandalum prædictum. Secus autem dicendum est, quando prædicta multitudo aliàs non esset sufficiens ad

ad sustentationem duorum clericorum propter sterilitatem fructuum, seu reddituum, tunc enim quamuis sit nimia prædicta multitudo beneficiorum, non est incompatibilis. quod manifestè ratione conuincitur, nam cum prædicta beneficia non possint congruam sustentationem duobus clericis præstare, necessariò sunt reducenda ad vnum beneficium, vel saltem ad personam vnus clericus, vt congruè possit sustentari, & ita nulla resultat incompatibilitas.

Pro complemento præfatorum restat videndum, quando dicatur nimia, seu magna multitudo beneficiorum, & præsupponendum est, quod multa dicuntur duo, vel tria, vt in l. vltima §. hoc rescriptum, & ibi Bart. ff. ad Syllaniam. Bald. tamen in l. hac consultißima. C. qui testamenta facere possunt, dicit, quod sunt septem & vltra, & videndus est Ioannes de Poccis in l. licet Imperator. ff. de leg. 1. & in §. multis. instituitur. de libertinis, & videndus est Alex. in l. si gemina. ff. arborum furtim casarum, & Bal. in l. antiquitas. C. de usufructu, & idem Alex. in l. si constante. in 6. fol. ff. solut. matri. & tex. in §. fin. instituitur. de iure persona: & in ca. latores. per gloss. & scribentes de clerico excommunicato ministrant. & Franciscus Aret. in l. continuus. §. item qui. ff. de verb. oblig. in prima col. vers. quid autem. & in l. cum quidam. §. quod dicitur. colum. 2. ff. de acquir. hæred. Tandem hæc est vera sententia: quod iudicis arbitrio relinquitur, quando dicatur multitudo, considerando qualitate causæ vel personarum, vt inquit Bal. in cap. cum causam. col. vltima, vers. quæro, quid continetur. cum seq. de testibus per gloss. ibi in verb. effenata, quam dicit singularem Bald. in l. ede. colum. vltima, vers. sequitur in litera. C. locati, & Barbat. in ca. propter sterilitatem. de locato, & in ca. vltimo; colum. 2. de donatio. & in consil. 1. incipien. scripsit sapientia foris. col. secunda, lib. primo, & in consil. 2. incipien. præclare dicit. col. penult. & seq. lib. primo, & in consil. 37. incip. scribitur sapienter. col. 1. §. lib. 2. & in consil. 22. incipien. Deum inuocant, col. 3. lib. tertio, & in consil. 70. incipien. illud in medium. col. vltima, lib. 3. & Philip. Dec. in c. sedes. col. 3. vers. in gl. 3. de rescript. & Stephan. Bertrand. in consilio 236. lib. 2. & Hypolit. de Marsiliis in l. questionis. in tribus primis columnis. ff. de quest. & Io. Lup. in repet. rubrica. de donat. inter virum & uxorem, in §. 2. col. 4. & seq. & Matheus de Afflict. in c. 1. col. 5. ver. cui adde, quod in multis, cum multis seq. ex quibus causis feudum amittat, vnde resolutiue dicendum est, quod cum arbitrio iudicis relinquitur, quando dicatur multitudo, similiter arbitrio iudicis relinquitur, quando dicatur magna multitudo, nam in non determinatis à iure iudicis arbitrium

succedit, vt supra dictum est in capitulo 19. numero 22.

15 Et facit pro hac sententia ¶ quia iudicis arbitrio relinquitur, quando dicatur multitudo vt inquit gloss. in autentica nisi breuiore. C. de sentent. ex breui. recitandis, & gloss. in c. vltimo, de re iudic. lib. 6. Bar. Bal. & Abb. quos retulit Dec. & approbauit in autentica præterea num. 1. §. C. vnde vir, & vxor. & idem Dec. in c. de appell. in fin. de appell. & in cap. sedes, num. 7. de rescript. & in cap. si pro debilitate. in fine de offic. deleg. & Barbat. in consil. 23. col. 3. & in consil. 80. in fin. in lib. 3. & in consil. 45. col. penult. lib. 4. & Lanfr. de Oriano in c. quoniam contra. in verb. petitiones, num. 19. de probat. Soc. sen. in consil. 136. col. penult. lib. 1. & in consil. 266. col. 1. lib. 2. laf. in repet. l. admonendi, num. 222. de iureiurando, & in consil. 129. col. 2. lib. 1. Curt. Junior in l. admonendi, numero 69. supra dicta. Bald. in cap. ex ratione. de appell. Abb. in cap. 1. nu. 7. vers. 3. causa, de dilacionibus. Valascus in l. imperium, nu. 263. & 264. de iurisdictione omnium iudicum, & Io. Lupus de Palacios Rabios in rubrica de donat. inter virum & uxorem. §. 11. num. 11. & Tiraq. in l. si vnquam. in verbo omnia vel partem, num. 31. C. de reuocand. donat. & Natta in clem. sepe. in princ. col. 81. de verb. signifi. & Afflict. in cap. 12. in vers. Item arbitrabitur, an sit breuis, ex quibus causis feudum amittatur, qui omnes dicunt, iudicis arbitrio relinquitur, quando dicatur multitudo. Non est tamen omittendum, quod Benedi. Capra in d. tractat. regul. & fallen. in regu. 90. num. 133. dicit ¶ magnam multitudinem beneficiorum dici, quando quis obtinet decem, vel octo beneficia, quæ sententia vera videtur: nam quauis relinquatur iudicis arbitrio, quando dicatur magna multitudo beneficiorum, nihilominus iudex in hoc casu debet arbitrari, esse magnam multitudinem beneficiorum, quando sunt decem seu octo.

17 Vltimo loco non erit obliuioni tradendum, quod sanctum Concilium Tridentinum sess. 24. dum agit de hac beneficiorum multitudine, prohibet conferri alicui plusquam duo beneficia, nam (inquit) quod si primum beneficium non sit sufficiens, conferatur aliud simplex sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, ex quo censetur prohibere, quod quis habeat tria beneficia, & ideo videtur dicendum attendente Concilio Tridentini, quod magna multitudo dicitur, quando quis obtinet tria seu quatuor beneficia, quod relinquo cogitandum, & tractandum infra in 2. parti in c. 1. num. 24. cum multis seq. Illud aduertens quod qui ante dictum Concilium obtinebat tria, quatuor, seu quinque beneficia simplicia, non

ex hoc censetur obtinere magnam multitudinem beneficiorum contra mentem dicti Concilii Tridentini, quod manifestè colligitur ex verbis ipsius Concilii: quia prouidet circa obtinentes plures Ecclesias parrochiales, aut vnam Cathedralē, & aliam parrochiale: non autem prouidet circa obtinentes prædictam pluralitatem beneficiorum simplicium: vt clarè probatur ex finalibus verbis d. c. 17. ibi. Illi vero, qui in præsentem plures parrochiales Ecclesias, aut vnam Cathedralē, & aliam parrochiale obtinent.

## S V M M A R I V M.

1. Duo beneficia cuiuscunque qualitatis sunt incompatibilia in monaco.
2. Quæ conclusio multis modis ampliatur in numeris sequentibus, & declaratur etiam dissolutionis, & euagationis materia est monachis præ cæteris auferenda.
3. Duæ rationes prædictæ incompatibilitatis assignantur.
4. In religioso etiam sunt incompatibilia duo beneficia.
5. Prædicta incompatibilitas vera est, etiam si beneficia sint simplicia.
6. Clausula in fine apposta refertur ad omnia præcedentia.
7. Duo beneficia quando dependent ab eodem monasterio, vtrum possint obtineri à monacho seu religioso.
8. Quando causa legis cessat actu, non tamen exemplo, non debet cessare legis dispositio.
9. Cessante ratione legis remota, non cessat lex.
10. Quando sunt duæ rationes legis, vna cessante non cessat lex.
11. Ipso iure vacat primum beneficium monachi, seu religiosi per obtentionem secundi.
12. Beneficia quæ dantur monachis, seu religiosi vtrum sint perpetua, vel manualia.

## De incompatibilitate duorum beneficiorum cuiuscunque qualitatis in monacho, seu religioso. Ca. XXII.

**H**ET præter præfatas incompatibilitates alia non minor incompatibilitas, scilicet quando monachus vult habere duo beneficia in titulum: nam hæc duo beneficia sunt incompatibilia in persona monachi, vt probat tex. in c. cum singula officia. de præbendis, lib. 6. cuius verba sunt. Cum singula officia sint singulis committenda personis, & dissolu-

tionis ac euagationis materia sit religiosis præ cæteris auferenda, præsentem prohibemus edicto, ne aliqui monachi, vel religiosi alii pluribus Prioratibus, vel Ecclesiis curam habentibus animarum, etiam si eadem cura non per ipsos, sed per presbyteros ad eorum præsentationem per Episcopos institutos habeat exerceri, absque sedis Apostolicæ auctoritate præesse presumant, quem tex. ad hoc not. ibidem gloss. & scriben. & expressis verbis ita aduertit Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de dispen. cum regularibus facta, nu. 8. cum seq.

Et præter generales rationes in superioribus capitulis adductas duæ speciales rationes assignari possunt in hoc casu. Prima ratio est: quia dissolutionis ac euagationis materia est religiosis præ cæteris auferenda, vt probat tex. in d. c. cum singula. in prin. & similiter tex. in c. si religiosus. in prin. de elect. lib. 6. & in c. quorundam. & in c. indemnitatibus. §. sed cū eas. cod. tit. de elect. lib. 6. & in c. vno. de reg. & in c. 2. ne clerici vel monachi, quia monasterium est monachis quasi carcer: vt in c. placuit. 2. 1. 6. q. 1. & in c. vt famæ. de sent. excom. sed si concederentur duo beneficia monacho, esset dissolutionis & euagationis materia sine dubio: quia posset de vno beneficio ad aliud se transferre. Ergo incompatibile est monacho duo habere beneficia. Secundam rationem assignat Petr. Rebuff. in dicto titulo de dispen. cum regularibus facta, in praxi beneficiorum, num. 10. vbi inquit, quod ratio, quare monachus non potest habere duo beneficia, est: quia si præfata duo beneficia haberet in diuersis monasteriis esset sub diuersa obedientia, & diuersis subiiceretur, quod esset absurdum & monstruosum, quem habere duo capita, vt probatur in c. 1. ne sede vacante, & esset similiter absurdum, & monstruosum, quem duobus Dominis seruire, vt probatur in c. 1. 2. 1. q. 1. & ita transit Petr. Rebuff. vbi supra, de qua ratione latius videndum erit inferius.

Prædicta tamen conclusio, quæ habet effectum incompatibilitatis duo beneficia in persona monachi, ampliatur: vt vera sit etiam in religiosis, quamuis non sint monachi, vt inquit tex. in dicto cap. cum singula, ibi. ne aliqui monachi, vel religiosi alii, & ita notat ibidem Ant. de But. & alii scriben.

Ampliatur secundò prædicta conclusio vt vera sit non solum in duobus beneficiis curatis, cuius cura exerceri debet per ipsosmet beneficiarios, sed etiam si in prædictis duobus beneficiis, vel vno eorum animarum cura exerceri non debeat per beneficiarios, sed per presbyteros ab eisdem præsentatos, & ab Episcopis instituentos: nam etiam hoc casu non possunt licite obtineri prædicta duo beneficia à monacho, seu religioso sine speciali sedis Apostolicæ dispen-

dispensatione: vt probat tex. in d. c. cum singula. ibi. vel Ecclesiis curam habentibus animarum, etiam si eadem cura non per seipos, sed per presbyteros ad eorum præsentationem per Episcopos institutos habeat exerceri, & ita not. ibidem glo. & scriben.

Ampliatur & tertio prædicta conclusio, vt procedat etiam in beneficiis simplicibus, quorum quidem duo obtineri non possunt à monacho, vel religioso: vt clarè probatur per text. in d. c. cum singula. ibi. ne aliqui monachi, vel religiosi alii pluribus prioratibus, iuncta glo. ibidem in verbo prioratus, quæ inquit, quod etiam si huiusmodi prioratus non sint curati: nihilominus non possunt obtineri duo à monacho, vel religioso. Neque obstant verba illius tex. ibi. curam habentibus animarum: nam illa verba, quatenus de cura animarum loquuntur, referuntur ad Ecclesias non autem ad prioratus, quam gloss. sequitur ibidem Io. Monac. Archid. & Ant. de Butrio. & quamuis hæc opinio non careat scrupulo, quia clausula illa, curam habentibus animarum, de qua in d. c. cum singula. cum sit posita in fine post verbum prioratus, & Ecclesias, debet referri & ad prioratus & ad Ecclesias secundum regulam generalem,

quod si clausula in fine apposta ad omnia præcedentia refertur, vt probat tex. in l. talis scriptura. §. si. ff. de leg. 1. & in c. inquisitionis. in fi. de appell. & in l. 3. in §. filius. ff. de liber. & posth. & in l. 1. C. de lib. præteritis, vel exheredatis, & in l. doli verbum. ff. de seruo corrupto, Fely. in c. causam quæ. col. 3. de rescrip. & Aret. in cōf. 2. 1. 5. & Marianus Junior in consil. 2. 3. nu. 5. vol. 3. de qua conclusione latissime agit Anto. Gabr. in lib. 6. com. conclus. in tit. de clausulis conclus. 9. vbi ponit hanc regulam generalem, & eam limitat, & declarat multis modis. Tamen hodie est sine scrupulo prædicta doctrina gloss. attenda clem. vnica, de supplen. neglig. prælat. in finalibus verbis. ibi. ac nihilominus in prioratibus huiusmodi & Ecclesiis illud Bonifacii eiusdem statutum, quod religiosum quemcumque pluribus præesse prohibet prioratibus, vel Ecclesiis, curam animarum habentibus, etiam si cura ipsa non per eum, sed per alium habeat exerceri, locum sibi censuimus vindicare, licet etiam eisdem prioratibus cura non imminet supra dicta, qui tex. in d. clem. clarè probat doctrinam dictæ glossæ, & eius ampliationem, & ideo de ea non erit amplius dubitandum.

Ampliatur & quartò prædicta conclusio, vt vera sit, adeo quod monachus non potest habere capellam, vel pensionem, aut portionem monachalem cum beneficio: quia hoc est etiam incompatibile in monacho, vt inquit Petr. Rebuff. in praxi benef. in d. tit. de dispen. cum re-

gularibus facta, num. 8. pro qua sententia facit quia monachus, seu religiosus paupertatem profiteretur voto solemniter, & ideo non potest præfata habere: quia esset contra prædictum paupertatis uotum.

Præfata tamen conclusionem ita ampliatam declarat Petr. Rebuff. in tit. de dispen. cū regularibus facta, num. 11. vt procedat, quando prædicta duo beneficia dependerent à duobus monasteriis, secus autem quando ab vno tantum monasterio dependerent: quia tunc posset monachus, vel religiosus habere prædicta duo beneficia: quia in hoc casu cessat ratio secundum superius adducta, & monachus esset sub diuersa obedientia, quod esset absurdum, quod pater: nam cum beneficia dependant ab eodem monasterio, monachus non subest nisi vni Prælati, pro qua sententia ipse Petr. Rebuff. allegat gloss. in d. c. cum singula. de præben. quam glo. ego non inuenio, & puto hanc declarationem Petri Rebuffi iure sustineri non posse.

Primo: quia quamuis verum sit, quod cessante ratione legis debeat cessare ipsa lex: ut declarat multa in proposito adducens Andr. Tiraq. in tract. cessante causa, in prima parte, in vers. causa legis, sine ratione cessante: tamen hoc verum est, quando cessare causa legis non solum actu, sed exemplo, ita uidelicet, ut non possit trahi in perniciem exempli, aliàs non cessaret effectus, ita affirmat gloss. in c. Neophitus. in vers. causa ibi, uno modo sic, 61. distinct. per tex. in §. uerum. 63. distinct. & sequitur Arch. & Dominic. in d. c. Neophitus. & facit in argu. tex. in l. si quis aliquid. §. qui abortiuum. ff. de pœnis, & in c. Principatus. 1. q. 1. cum alijs concordantibus ibidem adductis à gloss. sed sic est quod quamuis in hoc casu cessaret ratio legis: non tamen cessat exemplum malum, nempe quod monachus, seu religiosus habeat duo beneficia.

Secundò respondetur, quod quamuis cessante causa, seu ratione legis debeat cessare lex, id verum est in causa propinqua & immediata, non autem in remota siue mediata, ut uoluit gloss. in l. similiter. per eum tex. ff. rerum amotarum, & alia glo. in l. 1. in uerbo filio, in §. oppositione. C. de pactis. Dynus in c. privilegium. in solutione primæ oppositionis, de reg. iur. lib. 6. Baldus in l. filiam. per eum tex. ff. de senat. in scūda lectura, & in l. si cum dotem. in prin. uerfi. 2. inducuntur. ff. solut. matrim. & Panor. in c. ex parte tua. uerfi. secunda solutio, de conuersione coniugatorum, Cepola in consil. super casu homicidii, uerfi. & quod hoc sit uerum, cum multis seq. & in uerfi. & ideo cum sumus, ubi dicit, quod causa proxima est uera & propria causa, remota autē ficta & impropria, & ideo non attendenda. Tandem multa in proposito hoc adducit Andr. Tiraq. in tract. cessante causa, in

in limit. 20. per totam. At uero in casu nostro principalis ratio propter quam prohibetur monachus seu religiosus habere plura beneficia, & quam assignat tex. in d. c. cum singula. de preb. lib. 6. est, quod dissolutio ac euagationis materia sit religionis præ ceteris auferenda, & hæc est causa immediata, quæ quidem non cessat, quamuis prædicta duo beneficia dependeant ab uno eodemque monasterio, ergo.

11 Vel tertio responderetur, quod prædicta regula cessante ratione legis cessare debet, non procedit, quando essent duæ, aut plures cause seu rationes: tunc enim vnâ tantum illarum cessante non cessat effectus, siue dispositio legis: ut probat tex. in l. si non lege Aelia Sentia. ff. de hered. instit. & ibi notant Bar. Bal. & mol. & facit tex. in l. tutor petitus. §. qui tutoribus. ff. de excul. tut. & in l. in prin. ff. si quis à parente manumissus fuit. & in l. 2. §. corporis debilitas. ff. de vac. in unum; & in l. quod ait pretor. §. exercitum: ff. de his qui not. in familia; & in l. affiduis. C. qui potiores in pignore habeant; & in §. affinit. vers. nam si ad huc. instituta de nuptiis, & in §. ultimo. in auctentico, ut de terminatus sit numerus clericorum, & in §. si uero altera. & ibi gloss. in aucten. de nuptiis, & in §. si sed. & si quis. & in §. si uero nullus. So in §. vlt. in vers. ex utroque. in aucten. de instrum. cautela. & fide. & in §. in §. maxime. de re iud. e iudic. iuncto tex. in c. nisi cum præd. §. p. de lectu. eod. ti. in c. quæris. vers. nisi forsan. de ar. & qualitat. & in c. tantum. 21. q. 7. quod loquitur de matrimonio, quod quidem non cessat siue dissoluitur ob solam sterilitate: quia causa prolis non est sola in matrimonio, sed & euitatio libidinis, fides &c. & facit etiam, quod uoluit gloss. in l. liberorum. in §. 1. in verb. collocare. & ibi etiam Iacob. Butr. Bar. Bal. Alber. & Paul. Castren. qui cum §. legit cum principi. ff. de his qui not. in familia, & gl. in l. liberis. in §. 1. in verbo deductis. ff. de capitis diminutione, & gloss. in l. si ventri. §. in bonis. in verb. credere, & ibi etiam Dynus, Bar. Alberi. & Ang. ff. de priuilegiis creditorum, & Bald. in c. & si Christus. in ver. adde quod cessante uia, & ibi quoque Henricus Boic. de iureiuran. idem Bald. in sua marginali, in verbo generalis, & Lap. in alleg. 1. de incip. in Ciuitate Florentiæ. in vers. circa secundum statutum, ibi, neque obstat, & Salic. in aucten. ingressi. in vers. non obstat, quod not. gloss. C. de sacrosanct. Ecclesiis: Cardinalis Florentinus & Imo. in c. ex parte utriusque. ad fi. de clericis coniug. Tandem in fauorem multa adducit Andr. Tiraq. qui omnino uideus est in reg. cessante causa, in limit. 22. per totam.

12 Secundo declaratur prædicta conclusio: ut non procedat, quando vnû beneficium ab alio

dependet, vel ad inuicem sunt beneficia annexa: tunc enim monachus, seu religiosus poterit prædicta duo beneficia obtinere in titulum: ut clare probat tex. in d. c. cum singula. de preb. lib. 6. ibi. nisi forte vnum ex eis ab alio dependeat, vel adinuenient sine annexa, & ita tenent ibidem scribentes omnes, & idem Petrus Rebuffi in praxi benefic. in titu. de dispensatio. cum regularibus facta, numero 11. & ita tenendum est.

Habito pro constanti, quod monachus non possit duo beneficia obtinere, siue curata, siue simplicia, dubitatur. Vtrum per obreptionem secundi beneficii vacet ipso iure primum beneficium; quod obtinet monachus, siue religiosus. Et breuiter dicendum est, quod ipso iure vacat primum beneficium, prout probat tex. in d. c. cum singula. de preb. lib. 6. ibi. statuentes: ut quicumque ipsorum prioratum, vel Ecclesiam talem obtinens aliam receperit, primum, quo sit ipso iure priuatus; statim omnino dimittere tenetur, per eum, ad quem pertinet; liberè alteri conferendum, quod nisi fecerit, ex tunc eo ipso efficiatur ineligibilis, & tanquam ambitiosus ab utroque penitus repellatur. Ex quibus uerbis clare probatur, quod ipso iure vacat prædictum primum beneficium. Imo, quod fortius est, qui utrumque simul retinere contendit, & primum omnino non dimittit, sit ineligibilis, & utroque beneficio debet priuari: ut declarat ibidem gl. Dominic. Anchar. Ant. de Butrio ac alii scribentes.

Pro complemento autem dubitatur, Vtrum hæc beneficia regularia; quæ dantur monachis, siue religiosis sint perpetua: sicut beneficia secularia, vel sint manualia, & ad nutum reuocabilia. Et breuiter est dicendum, quod prædicta beneficia regularia sunt manualia, & ad nutum Abbatis reuocabilia, ut probatur in ca. cû ad monasterium. in ver. nec alicui, de statu monachorum, & in clem. quia regulas. in §. pmissa. de supplenda negligentia prælatorum, neque confirmantur à Roman. Pontifice, in c. portecta. & in c. ad nostram. de confirmatione uilii, vel inutili, nisi aliquando ex certa scientia, & tunc temporis Abbas non posset eam reuocare confirmationem sine causa: ut probatur in c. cum inter. R. seniore, de elect. & not. Inno. in c. nisi essent. de preb. & Federic. in tractu permutationum, in q. 17. Imo quamuis Abbas concedat Priori obedientiarium: ut teneat ad vitam prioratum, vel administrationem sibi cessam, potest nihilominus reuocare: quia non potest Abbas sibi ipsi imponere legem, quin liceat uenire contra dispositionem, neque potest obedientiarium resistere Abbatis mandato, cum uelle & nolle non habeat, ut in c. si religiosus. de elect. lib. 6. & Federic. in consi. 154. & Abb. in

in d. c. cum ad monasterium. & in d. c. monaci. de stat. monac. & Io. And. in reg. non est obligatorium. de reg. iur. lib. 6. in Mercurialibus, & Bal. in aucten. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. quæ omnia quo pacto procedant, & vera sint, declarat Io. de Selua in tractatu de beneficio, in tertia parte q. 68. & 69. ad dicta per eum me remitto.

## S V M M A R I V M.

- 1 Sunt in aliquibus Hispania Ecclesiis statuta, quæ non admittunt ad earum beneficia, nisi de scendentes ex antiquis Christianis.
- 2 Utrum statuta prædicta sint iusta & conseruanda, num. 2. cum seq. ubi usque ad num. 86. adducuntur argumenta pro parte negatiua, & eis satisfit, à num. autem 87. usque in finem adducuntur argumenta pro parte affirmatiua, & eorum impugnationibus satisfit.
- 3 Leges & statuta quæ Ecclesia calamitosa esse noscuntur, sunt iniusta.
- 4 Legum & statutorum mentes sunt attendendæ, num. 12.
- 5 Lex quæ pacem perturbat iniusta est.
- 6 Pro bono pacis detrahatur iuri communi, nu. 7. cum seq.
- 7 Statutum censetur odiosum seu fauorabile ex principali intentione statuentium.
- 8 Qui prius contraxerit paci, & unitati non potest agere contra secundum de pace fracta.
- 9 Qui ex noua causa offendit non dicitur fractor pacis.
- 10 Aliqua de scandalo traduntur, numero 20. cum seq.
- 11 Causa propinqua, & non remota est attendenda semper.
- 12 Quando duo mala sunt necessaria, minus est eligendum.
- 13 Ecclesia catholica debet, & tenetur Euangelii prædicare omni creaturæ.
- 14 Argumentum à uerisimile in iure validum, numero 29.
- 15 Ius querendum non est in bonis nostris, & ideo non habetur de eo tanta ratio, quanta de iure quæsto, num. 31. & 32.
- 16 Quod dicatur uerisimile, relinquatur arbitrio boni uiri.
- 17 Uerisimile dicitur, quod est conforme iuri communi.
- 18 De similibus idem iudicium, & quid dicatur simile, nu. 42.
- 19 Non statuitur verbo allegantis.
- 20 Layci non habent potestatem statuendi circa Ecclesias, & clericos.
- 21 Ad Pontificem Romanum spectat approbare laycorum statuta circa Ecclesias.
- 22 Secundum ius canonicum generis ac nationum discrimina sunt sublata, numero 50. & sequen.
- 23 Non est valida hæc consequentia, hoc statutum seu consuetudo derogat iuri communi, ergo est iniqua.
- 24 Argumentum de toto ad partem an & quando sit validum.
- 25 Inferiores à Pontifice Romano non possunt facere statuta contra ius canonicum.
- 26 Prædicti tamen possunt statendo adiungere ius commune aggravando penam.
- 27 In differentibus seu diuersis de vno ad aliud non fit illatio.
- 28 Filij plerumque parentum uirtutes, & uicia imitantur.
- 29 Personarum acceptio in iustitia distributiua in genere suo peccatum est.
- 30 Inter ciues, qui ex honestis nati sunt paribus, alij præferuntur.
- 31 Decimæ iure diuino & naturali debentur ministris spiritualium.
- 32 Decimæ, & alia bona ecclesiastica attentæ institutione pauperum alendorum onus habent.
- 33 Statuta contra sacram scripturam, & diuinam legem sunt iniqua & nulla.
- 34 Pontifex Romanus potest ius diuinum interpretari.
- 35 Multi doctores damnant statuta prædicta.
- 36 Prædicta statuta, vtrum fuerint reuocata per Concilium Basiliense.
- 37 Redditiu bonorum ecclesiasticorum quo pacto diuidendi.
- 38 In concedendis beneficiis ecclesiasticis non debet haberi ratio originis.
- 39 Cateris tamen paribus præferendi sunt originiales.
- 40 Concilium Basiliense non habet auctoritatem Concilij generalis.
- 41 Deus in veteri testamento prohibuit iudeis commercia, & coniugia aliquarum gentium, nu. 88. cum seq.
- 42 In lege veteri multi sunt prohibiti ingredi Ecclesiam.
- 43 Præcepta legis veteris in tria distinguntur genera.
- 44 Lege derogata non censetur derogata ratio ipsius.
- 45 An omnis irregularitas extingatur per ingressum Religionis Catholice.
- 46 Iure ciuili filij eorum, qui maiestatem humanam læserunt, infamia notantur, & sunt indigni honoribus, & beneficiis, numero 95. cum multis sequen.
- 47 An sit iniqum filium pro delicto patris puniri, num. 105.
- 48 Deus aliquando pœnis temporalibus innocentes punit.
- 49 Potest quis statuto puniri pœna pecuniaria pro alterius



- alterius culpa, nu. 108. cum seq.
- 110 Publicatis bonis filijfamilias non censetur publicata legitima portio ei debita ex bonis parentis.
- 111 Sententia excommunicationis an ferri possit in collegium seu vniuersitatem.
- 112 Interdicti pœna imponitur aliquando sine culpa ciuium.
- 113 Ciuitas, que Episcopum occidit, priuatur dignitate Episcopali.
- 114 Irregularitas aliquando sine culpa contrahitur, & num. 115.
- 115 Bigamus est irregularis, numero 117. cum sequen.
- 120 Omnimoda similitudo non est necessaria ad argumentum à simili.
- 121 Utilitatis publicæ causa Princeps potest inducere pœnam contra non delinquentes.
- 122 Suspicio est maximi effectus, & probatur numero 123.
- 124 Falsi suspicio verum habeatur pro veritate.
- 125 Suspectus de heresi abiurare cogitur errores, de quibus suspectus est.
- 126 Talis presumitur esse filius, qualis pater.
- 127 Consanguinei naturaliter affectionem habent ad consanguineos, eorumq; res.
- 128 Argumentum à communiter accidentibus est vtile.
- 129 Sacris ordinibus initiandi & Ecclesiis præficiendi bonis moribus ornati esse debent.
- 130 Ecclesiam potest quis dotare ex proprijs bonis & vocare, quos voluerit.
- 133 In lege Moysæ Deus præcepit ministros temple esse debere ex certa tribu.
- 134 Papa non potest errare in fide.
- 135 Quod statuta prædicta sint iusta, tenent aliqui doctores.
- 136 Ex defensione prædictorum statutorum aliqua inferuntur, nu. 137. cum seq.
- 140 Testes de auditu probant in antiquis, numero 141.
- 142 Testibus verisimilia deponentibus est fides adhibenda.
- 143 Testibus deponentibus pro bona fama magis creditur, quàm contrarium deponentibus.
- 144 Testibus in specie potius, quàm in genere deponentibus creditur.
- 145 Testibus dignioribus magis creditur.
- 146 Testibus deponentibus cum causæ redditione magis creditur.
- 147 Testibus deponentibus in fauorem rei, potius creditur, quàm deponentibus in fauorem actoris.
- 148 Magis creditur testibus, qui iuris presumptione possunt esse melius informati.
- 149 Inimici non sunt admittendi in testimonium.
- 150 Inimicus reconciliatus an sit in testimonium admittendus.

151 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ causa inimicitia sit sufficiens ad repellendum testem à testimonio.

*De incompatibilitate vnius beneficij, in persona illius, qui originem duxit ab Hebræis, seu Sarracenis, attentis statutis aliquarum Ecclesiarum Hispaniæ Apostolica auctoritate confirmatis. Cap. XXIII.*



**N** superioribus capitulis de ea incompatibilitate, quæ à beneficiorum pluritate descendit, plenè actum est, sed quia datur incompatibilitas in vno etiam beneficio considerata ipsius beneficiarij persona & qualitate, ideo de hac in præsentem, & sequenti capitulo breuiter tractandum erit, & quia ex descendentibus ab Hebræis & Sarracenis multi in Hispania sacris initiati ordinibus fuerunt, ac in Ecclesijs Cathedralibus, collegiatis, & alijs dignitates, tam Pontificales quam inferiores, ac personatus, & officia, necnon ecclesiastica beneficia cum cura & sine cura obtinuerunt in quibus non bene se gesserunt, sed tanquam canes ad vomitum redeuntes, Iudæorum ac Sarracenorum suorum ascendendum ceremonias & ritus resumpsissent, vitam sicut veri Iudæi, & Sarraceni egerunt, & (quod deterius est) alios etiam docentes in maximum religionis Christi detrimentum, & opprobrium, ac scandalum vtebantur. Si quidem Ecclesia Catholica, tanquam Iudæorum synagoga, prout longa experientia ex processibus ac inquisitionibus sancti Officii Inquisitionis contra hereticam prauitatem, & apostasiam, satis superq; compertum est. Hinc est, quod in aliquibus Cathedralibus Hispaniæ Ecclesijs ad exitum pandam, & eradicandam Iudæorum ac Sarracenorum sectam, & Dei Ecclesiam vitis & abominationibus expurgandam, condita fuerunt statuta, quibus cauetur, neminem qui ex Hebræis seu Sarracenis originem duxit, esse admittendum in prædictis Ecclesijs ad dignitates, personatus, officia, seu quæuis ecclesiastica beneficia, quæ quidem statuta auctoritate Apostolica confirmata fuerunt. Erit igitur in prædictis Ecclesijs dignitas, personatus, officium, seu ecclesiasticum beneficium incompatible in persona illius, qui originem duxit ab Hebræis seu Sarracenis. Sed quia

quia præfatorum, qui originem ducunt ab Hebræis seu Sarracenis tanta est audacia: vt velint prædicta statuta impugnare, irritare, ac iniqua & iniusta, & contra ius positiuum ac diuinum proclamare, non obstante quæ auctoritate Apostolica fuerint confirmata. Ideo ad eorū audaciam conuincendam agendum erit, an dicta statuta fuerint iusta, & seruanda, & sub correctione sacrosanctæ matris Ecclesiæ Romanæ, cui me submitto, hæc tractanda erunt.

- 2 Pro parte negatiua facit primò: quia leges illæ, ac statuta, quæ Ecclesiæ calamitosa & Apostolica sedi damnosa esse nō oscūtur, sine dubio sunt iniusta. Hæc autem statuta videtur huiusmodi, ergo &c. Quod autem huiusmodi statuta sint Ecclesiæ calamitosa, & Apostolicæ sedi damnosa, clarè patet. Nam, vt à principio Ecclesiæ assumam initium, Iesus Christus Saluator noster eius caput, secundum carnem Hebræus fuit. Diuus Petrus Apostolorū Princeps, ac alij Apostoli, & Euaristus, qui summus Pontifex fuit, à Iudæis originem duxerunt, & præterea Theodoros ex Iudæis etiam oriundus, qui summo Pontificatu præfuit, vt inquit Platina in vita Pontificum, & Eusebius Cæsariensis in lib. 4. Ecclesiæ historiæ affirmat, quindecim Sanctissimos Episcopos Hierosolimitarū Patriarchatum recta serie rexisse, qui oēs ex Iudæa progenie fuerunt, & idem dicit Eusebius de Egipso. Et præterea Quiriacus ex Iudæo Christianus fuit effectus ac Episcopus Hierosolimis vsque ad Iulianum apollatā sanctissimè vixit, & martyrii palmam magna cum gloria est consecutus. Tandè (vt alios multos omittā, quos longum esset recensere) inter Hispanos fuit Diuus Iulianus Archiepiscopus Toletanus, qui ex Hebræis maioribus natus Doctor eximius fuit, cuius sententiarū magister maximo cum honore meminit in 4. sententiarum lib. dist. 44. ac Paulus de S. Maria Burgē Episcopus vir fuit doctus & moribus admirandus, & in sacrarū scripturarum enarratione exercitissimus, qui quæuis ex Iudæis parentibus natus fuit, summo Ecclesiæ Hispaniæ ornameto fuit. Præterea eius filius Alphonus de S. Maria Episcopus ac doctissimus sacrorum canonū interpres, & à Ioanne II. Hispaniarum Rege Orator ad Basiliensē Concilium venit, vbi ab Eugenio Papa Burgē creatus Episcopus, inter alia illustria pietatis, & liberalitatis suæ monumenta monasterium nobilissimum S. Pauli Dominicanis fratribus proprijs impensis erexit atq; dotauit. Tandè duo decim Apostoli & septuaginta & duo discipuli, ac centū & viginti discipuli, & quingenti fratres, itē Mathias, & septē Dyaconi, & tria milia & quing. millia hominū, & Paulus, & Lynus, & Euaristus, & Theodorus, & Iulianus, & alius Iulianus, & Paulus Burgen. & quindecim Episcopi
- 3 Hoc tamen argumentum quamuis maxime virgere videatur pro parte negatiua, nihil tamen obstat: quia respondetur primò, quod præfata statuta non loquuntur de descendentibus ex Iudæis, qui illico ad fidem conuersi sunt post legem Euangelicam prædicatam: quia dubium non est, quod Christiani, quos nos antiquos, & mundos vocamus, & statuta prædicta admittunt, magna ex parte ab his originem ducunt, & de his Hebræis, quæ ad fidem Euangelicam
- I sunt

sunt conuersi, illico post Christi passionem pueniunt ferè omnes sancti illi, & docti viri ex aduerso adducti in hoc primo fundameto. Loquuntur igitur prædicta statuta de descendentes ex Iudæis, qui contumaciter permanserunt in lege Iudæorum per tota secula vsq; ad tempora nostra. Hi enim sunt, qui ab incepto desierunt, & ad vomitū redeuntes præuaricant in lege Dei, & eius Ecclesiā in synagoga erigunt. Et quāuis ex his aliqui fuerint bonis moribus, ac disciplina præditi, ac perinde honoribus, & dignitatibus digni: poterunt tamen mediante dispensatione sedis Apostolicæ Ecclesiis, vbi præfata statuta obseruant præfici: postq̄ experientia docuerit, eos dignos honoribus, & dignitatibus esse. sicut factum fuit temporibus nō lōgè præteritis cum Paulo de S. Maria & eius filio; non enim manent ligatæ manus Romani Pontificis, vt non possit cum eis dispensare ad obtinendas dignitates, personatus, officia, & ecclesiastica beneficia in dictis Ecclesiis.

Vel secundo modo responderetur, q̄ licet prædicti descendentes ex Iudæis, vel Sarracenis, q̄ sunt bonis moribus, & doctrina prædicta ac honoribus & dignitatibus digni, non possint dignitates, personatus, officia, seu beneficia ecclesiastica obtinere in Ecclesiis, vbi sunt prædicta statuta in obseruantia, possunt tñ in aliis multis Ecclesiis Hispaniæ, etiam sine aliqua dispensatione obtinere: nam præfata statuta non sunt generalia in omnibus Ecclesiis Hispaniæ, sed in aliquibus tantum Cathedralibus, aut saltem collegiatis, & in paucis obseruantur. & ita præfata statuta hoc respectu non possunt dici Ecclesiæ calamitosa, seu sedi Apostolicæ dānosa, & quamuis expediat ex vicis, & plateis cæcos, & claudos vocari, hoc semper facit Ecclesia, nā ad fidem admittit indistinctè quoscumque, & postquam benemeriti reperiuntur, magnis muneribus, & honoribus afficiuntur.

4. Vel tertio responderetur, quod prædicta statuta essent calamitosa, & Apostolicæ sedi dānosa, requirebatur, q̄ statuentes hanc intentionem haberent principalem, vt inquit Bald. in consi. 299. incip. dicunt. col. 1. in lib. 1. per tex. in l. qui exceptionem. ff. de condic. in debet. Nam si queritur, an ædificium factū sit ad æmulationem alterius, an non, inspicitur quo animo principaliter id fiat, is, qui struxit: vt inquit Bald. in consi. 188. incipien. dicit, q̄ opus. col. 1. lib. 2. & facit. gl. in l. non ver. dñ. ff. ex quibus causis maiores, & sequit Bald. ibi in vtraq; lectura, & in c. dilecti. il. 1. col. 2. vers. sed quid si quis. de appellationibus, & Ias. in consi. 147. incipien. præfens consultatio. col. 5. vers. 6. principaliter. lib. 2. & alia multa, quibus ostenditur, inspicendum esse, quod principale est, nec considerari, quod sit in consequentia

colligit Alex. in cōsi. 1. incip. viso processu. cōf. pen. vers. item respondeo, q̄ istud cum multis seq. in lib. 3. & multa plura colligit Ias. in l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. & in consi. 74. incipien. instrumentum. col. 2. vers. 2. principaliter. cum seq. lib. 3. Andr. Tiraq. in libro de retract. lignag. §. 30. in gl. 1. nu. 2. cum seq. Sed qui fecerunt prædicta statuta, & Romani Pontifices, qui ea confirmarunt, non habuerunt animam condendi statuta Ecclesiæ calamitosa, & Apostolicæ sedi dānosa, sed habuerunt intentionem expurgandi aliquas Ecclesias Cathedralis Hispaniæ ceremoniis, & legibus Iudæicis ex magnis incommodis, quæ longa experientia docuit, & ita omnino cessat prædictum primū fundamentum.

5. Pro hac parte negatiua secundo facit q̄ quia statutum & lex, quæ pacem & vnitatem Christiani populi perturbant, sine dubio iniusta sūt & abroganda: quia contra legem Evangelicam in qua Christus maximè commēdauit pacem eam in vim præcepti relinquens. Dicens, pacem meam do vobis, & pacem meam relinquo vobis. Et idem facit Diuus Paulus in Epistola ad Corinthios. c. 1.

6. Imo prædicta ad huiusmodi pacem maximè attendunt iura etiam humana, & positia, quia pro bono pacis detrahitur dispositionibus iuris communis, vt in c. his quæ, in verbo pro bono pacis nostra, & ibi omnes doctores, de maiortate, & obedientia. præsertim Panor. ibidem, & idem probat text. in c. 2. de arbitris, ibi, pro bono pacis, & facit tex. in c. 1. de mutuis petitionibus, in verb. sententia. in vers. concordia terminetis, vbi iudici præcipitur, licet terminare aut per sententiam, aut per concordiam, & pacem, & idem probat tex. in c. causam q̄. de testibus, & in c. querela. de simonia, & in c. fina. de transact. & in l. æquissimum. ff. de usufructu, & quod voluit Bar. in l. furti. ff. de his qui notant infamia, vbi inquit, quod si ciuitas inquitatur propter discordiā aliquorum, iudex potest eos ad pacem compellere, & facit text. in c. 2. de desponsat. impuberum. in verbo pro bono pacis.

7. Et si iudex coegerit ad pacē, partes eā seruare oino debent, vt probat in l. æquissimum. in prin. ff. de usufru. & in l. 1. §. & post operis. vbi glo. & alii scriben. not. ff. de nou. oper. nuntiat. & in l. mulier. in prin. vbi glo. & Bar. ff. quod metus causa, & Bal. in l. r. C. de his qui propter metum iudicis. & Pau. Castren. in l. qui in aliena. §. Celsus. vbi Alex. nu. 9. ff. de acq. hæred. & Ias. in l. quidā existimauerunt. ff. si cert. petat. & in l. si quis maior. nu. 1. §. C. de transf. Aluar. in tit. de pace tenen. col. 4. & 5. vbi docto. & Dec. in c. si in col. 2. de appell. And. Barb. in cōsi. 1. vol. 4. & Patif. consi. 10. num. 63. in vol. 1.

Et

8. Et facit: quia propter bonum pacis toleratur ille, qui longo tempore de manu laycorū accepit Ecclesiam nulla interueniente auctore Episcopi: vt probat doctores in c. cura. de iure patronatus, vt inquit Bertachinus in reperiōrio in verbo pax qualiter fiat. in vers. propter bonum pacis, & facit, quod voluit Inn. in c. nisi cum pridem. de renunciat. quem refert Abb. in c. 1. de elect. quod pro bono pacis tenetur Episcopus dato sibi cambio renuicere Episcopatum, propter pacem habendam inter eum & populū. & pax conferuandæ causæ licet, quod aliās non licebat: vt in c. nisi essent. ubi not. Ant. de Butr. & Abb. de præben. in c. his quæ, ubi doct. de maiorit. & obediē. c. quod sicut. in pr. nc. de maiorit. & obediē. Socin. Nep. consi. 68. num. 1. §. 8. vol. 4. & facit, quod voluit Bald. in l. 1. in §. quies. ff. de officio præfecti Verbis, vbi habetur, quod regens Prouinciam, vel Ciuitatem tenetur & debet subditos conferuare in pace, & debet rumorem impedire, & subditos ad quietē viuendū hortari & cogere, quia sæpe status publicus leditur odii puuatorum, ut in l. si quis ingenuum. §. si quæ in ciuilibus dissentionibus. ff. de captiuis.

9. Et ratio præfatorum omnium est: quia concordia parue res crescit, discordia maxime dilabatur: ut fuit sententia multorum Philosophorum, quos refert & sequitur Barth. Soc. in consi. 16. incip. uisus. in ver. non respondet circa mediū in 2. par. & lo. And. in c. indēnta. de elec. lib. 6. ante med. in 2. col. i. nouella.

10. Quod prædictum statutum sit contra pacē, & eā perturbet, negari potest ex subsequenti bus considerationibus. Primò quia sit persona rū distincta, & generis in Ciuitatibus, & oppidis, vbi sunt statuta prædicta, in Ecclesiis & necessariæ erunt contentiones, & ignominia, ac inuidiæ, & murmuraciones, & odia inter descendentes ex Hebræis, & descendentes ex antiquis Christianis: & implacabiles pugnas duorū fratrum Iacob, & Esau in ventre materno colluctantiū; de quibus sit mentio Genesis cap. 25. Iterū hodie mater Ecclesia sentiet, & lugebit, & timor Iacob videtur imminere: ut ipse diuinarat Genes. c. 27. Præterea, & secundò bona fide poterunt eligi in prædictis Ecclesiis aliqui, qui tempore electionis reputatur originem ducere ab antiquis Christianis: & tamen tempore quo sit informatio, seu inquisitio circa genus, & originem aliud apparet verè aut falsè: quia experimento compertum est in his informationibus quàm plura reperiri falsissima testimonia, & q̄ fundamentum aliquo carēt. & non alio sine sūt, quàm vt honor proximi lædatur, & eius et familiaris, qd negari non potest, esse maximā causam odii, & inimicitiarum, ac fortassis necium. Præterea ex præfatis informationibus seu inquisitio-

nibus infinitæ lites oriuntur, prout experientia longa nos docuit, & quàm multæ familiæ nobilissimæ, & illustrissimæ maxima notatæ fuerint infamia, ex quibus considerationibus videtur nō posse negari prædicta statuta pacem & vnitatem Christiani populi perturbare.

11. Est tamen aduertendum, quod quāuis hoc fundamentum graue videatur: non tamen est concludens ad ostendendum iniustitiam prædictorum statutorum. Primò: quia licet ex prædictis statutis proueniant præcedentia incōmoda aliquando, non tamen ex hoc debent reputari iniusta: quia actus iudicari debet à principali intentione agentium, & sic præfata statuta deberent iudicari esse contra pacem, & vnitatem populi Christiani, quando ipsi statuentes hanc intentionem habent: vt probatur in l. si quis nec causam. in prin. & ibi Bal. & ceteri scribentes præsertim recentiores. ff. si cert. petat. & in l. rogasti. in prin. cum ibi notatis. ff. de condic. indebit. & in l. si quis donarionis. ff. de contrahen. empr. & in l. 1. §. idem Pōponius: ff. de positi, & in l. si vir uxori. ff. ad senatusconsult. Velleianum, & in l. quamuis. & ibi Bar. ff. de auro & argen. legat. & in l. 1. ff. de auctoritate tutorum, & in l. verū est. meretricem. & in l. qui iniuriæ. in principio. ff. de furt. cum aliis multis cōgestis à Cepola in cautela 313. incip. si statuto. secundum priorem impressionem. sed sic est, q̄ facientes præfata statuta non habuerunt animum seu intentionē perturbandi pacem, & vnitatem Christiani populi. Imo potius habuerunt animum conferuandæ pacē, & concordiam spiritualem circa fidei vnitatem in Ecclesiis, vbi sūt dicta statuta, ita vt omnes vna nimitter Deum verè religione Christiana colerent, & ne in eisdem Ecclesiis aliqui reperirent qui legem Iudæicam, & eius ritus obseruarent. ergo clarè seq̄, q̄ præfata statuta nō sunt contra pacē, & vnitatem Christiani populi, imo in fauorem pacis, & vnitatis Religionis Christianæ.

13. Pro qua sententia facit: quia statutū censet odio sum vel fauorabile, & econuerso ex principali statuentiū intentione: vt si principaliter fecerint in fauorē vnus, licet cōsequenter verget in odiū alterius, censet fauorabile, & econuerso: vt voluit Bal. in l. cūctos populos. col. 12. vers. sed hic quo de effectu C. de sūma Trinitate, & fide Catholica, & in l. venia. ante fin. & ibi ceteri recentiores. C. de in ius vocado, & in cōsi. 433. incip. Domina Ioanna. col. 2. in lib. 2. & Cald. in cōsi. 14. de verb. sig. & Albe. in 1. par. statuto rū, in q. 180. pone statutū, & Petr. de Anch. in cōsi. 112. incip. superstitē Dña. col. 2. & in cōsi. 153. incip. pro fratrib. circa med. & in cōsi. 404. inci. ista allegata. post med. & Dñic. i. si pp. col. 4. vers. in fi. gl. ibi in verbo alios, de elec. lib. 6. & Raphael Comen. in cōsi. 2. incipien.

proponitur. col. 1. in fi. & Roman. in consi. 3. 2. incip. vifa municipali. col. 2. in verb. ad considerandum, & in consi. 3. 9. incip. in proposita. col. 2. versi. ad hoc enim potest. & Paul. Castré. in consi. 92. incip. notandum est. in si libi primi, & Nicolaus Milius in repertorio, in versi. lex dum fauorabilis, & Alex. in consi. 1. 97. incip. in causa vertente inter Tertullianum. col. 1. lib. 7. & Franc. de Aretio in consi. 2. 9. incip. diligenter & maturé. col. 7. ver. 4. præmittit, & Corn. in consi. 8. 9. incip. vifo supra scripto. col. 1. lib. 3. & Barb. in l. 2. in prin. col. 4. versi. dicebam. ff. de verb. oblig. & Franc. Curt. senior in consi. 9. incip. tamesi. col. 6. nu. 4. & Philipp. Dec. in l. 2. C. de in ius vocan. col. 2. & in l. 1. col. 1. C. vnde legitimi, & Ludouicus Gozadinus in consi. 5. incip. an in quæstione. col. 2. nu. me. 6. & videndus est And. Tiraq. in tractat. de vtroque retract. in præfatione nu. 66.

14. Neque obstat, quod t̄ ex prædictis statutis aliqua incommoda & damna prouenerint, seu saltim prouenire potuerint: quia non ex hoc debent iudicari præfata statuta iniqua & iniusta, sicut per argumentum à simili deducitur ex immunitate Ecclesiæ ac Dei templis concessa, quis enim ignorat, immunitatem iure optimo Ecclesiis concessam, anam & occasionem facinorosis hominibus, homicidia, adulteria, & alia innumera delicta committendi aliquando præbuisse, quæ forsitan non commiserint, si certò scirent eos ad Ecclesias confugiunt immunitate non debere gaudere; vt considerant aliqui ex scribentibus in iure nostro, & experientia etiam nos docuit, & nihilo minus ex hoc non est damnanda præfata immunitas ecclesiastica, sed potius laudanda, ac ab omnibus iudicibus in maxima veneratione habenda, & obseruanda, prout vniuersa iura proclamant, & ita hac consideratione cessat si ne dubio iniquitas & iniustitia præsentia prædictorum statutorum ex incommodis, & damnis supra consideratis.

Vel secundò, & melius responderi potest ad præfatum secundum fundamentum partis negatiuæ, quod t̄ quamuis Dominus noster maxime commédauerit Ecclesiæ suæ pacem, & sub præcepto reliquerit. Tamen Christus seruator noster nullo modo commendauit eam pacem & concordiam, quæ directè seu indirectè esset contra Dei legem, eiusque præcepta: Et hinc est, quod index propter pacem habendam cum Reis & facinorosis hominibus non poterit omittere punitionem, & correctionem excessuum & delictorum, aliàs mortaliter peccaret, & dignus esset maxima animaduersione & pœna etiam corporali aliquando. Et præterea maritus propter pacem habendam cum vxore nõ debet omittere correctionem excessuum eius

dem, nec similiter pater propter habendam pacem cum filio non debet omittere eius correctionem & animaduersionem à delicto, & vitiis, aliàs maritus, & pater grauiter peccarent contra legem Dei, & proximus iure optimo non poterit omittere correctionem fratrem in proximo facientem, ex eo quod timet pacem & concordiam omitti: nam pax in prædictis casibus potius est pax Iudæ, & diaboli, quæ ea pax, quæ à Saluatore fuit commendata: cū dixit, pacem meam do vobis, & pacem meam relinquo vobis. Vnde ad propositum nostrum deueniendo, qui fecerunt præfata statuta, non possunt redargui, quod voluerint pacem, & vnitatem Ecclesiæ perturbare prædictis statutis, quæ quidem tendunt ad pacem spirituale, & Dei religionem conservandam in eius Ecclesiis, & ne beneficiarii corporaliter appareant vnanimis & in spiritu & religione sint diuersi & sit scisma inter eos.

16. Vel tertio respondendum est, quod t̄ auctores præfatorum statutorum non possunt redargui, quod pacem & vnitatem Ecclesiæ conturbent sed si res bene pendatur, ipsi, qui originem ducunt ab Hebræis, & nouit ex fidem conuersis, vel à Sarracenis verè dicuntur conturbatores pacis, & vnitatis Ecclesiæ, prout longa experientia nos docuit: quod paternos mores reassumens, Iudaicam seu Sarracenicam legem reassumunt in maximum opprobrium Ecclesiæ catholice, & eius sacramentorum, & ideo ipsi propriè loquendo dicuntur conturbatores pacis, & vnitatis Ecclesiæ, non autem conditores statutorum.

17. Quod clarè probatur: quia t̄ secundum ius nostrum, quoniam constat quis primò contrauerit paci, & vnitati, iste primus non poterit agere contra secundum, qui contrauenit, sed bene secūdus contra primum, vt inquit Bar. in l. 1. §. cū arites. nu. 2. ff. si quadrupes pauperie fecisse dicat & Pau. de Cast. in l. semel mora. ff. solut. matri. & Pan. in c. bo. me. il. i. in ver. & facit ad quoniam. nu. 3. de elec. & in c. 1. nu. 3. ver. vltra doctores. de tregua & pace, & in c. quædam modum. §. illud autem. nu. 3. in 3. not. de iure iurando, & Ludouic. Roma. in consi. 1. 5. nu. 7. ver. vltimò dum queritur, & in consi. 1. 8. nu. 1. & in consi. 2. 5. Alex. de Imo. nu. 6. & las. nu. 7. in ver. vlt. facit. & Dec. nu. 1. 0. in ver. vlt. inducitur. in l. cū proponas. 2. C. de pactis, & hanc sententiam tenet, dicēs eam esse cõem Fel. nu. 5. in d. c. 1. de tregua & pace, & Philip. Dec. in d. nu. 10. & hanc sententiam dicit esse magis cõem & verã Alex. de Imol. in consi. 1. 5. nu. 7. in lib. 4. & ita tenendū, quibus alii scriben. & Alex. de Imol. in d. l. semel mora. ff. solut. matri. nu. 3. contrariū amplectantur, & Fran. Cur. in suis additionibus ad lecturã Ale. in d. l. cū proponas. in verb. à primo offendentem.

in litera B. quam cõclusionem doctores latius explicauerunt in l. si seruum. in §. sequitur. ff. de verb. oblig. & Nicolaus Boerius in suis decisionibus in q. 2. 37. & Io. Cephalus consi. 30. 5. & nouissimè Iulius Clarus lib. 5. receptarum sententiarum. q. 47.

18. Pro qua sententia facit: quia t̄ pax non dicitur rupta, neque incidit in pœnam pacis fractori impositam, qui ex noua causa offendit: vt inquit Bart. in l. aut facta. §. causa. ff. de pœnis, Bart. Soc. in l. mulieri & Titio. nu. 1. 0. ff. de cõdit. & demonstr. & Hyppolit. de Marfilis in rubr. ff. de fideiusoribus, num. 1. 52. in l. 1. §. fin. nu. 2. 5. ff. de quæst. & in consi. 76. nu. 30. & 3. 1. & in consi. 1. 1. nu. 1. & 2. in vol. 2. & in practica criminali, in §. aggredior. num. 8. 5. & in consi. 90. nu. 5. 1. col. 1. & in consi. 1. 2. 2. col. pen. & fin. in vol. 2. & Alex. in consi. 1. 9. nu. 1. 3. vol. 1. & Paris. in consi. 1. 64. incip. in extremo. & in consi. 1. 6. 5. nu. 2. 6. vol. 4. & Hyeronimus Gratus in consi. 73. nu. 1. 8. & num. 1. 9. & in consi. 1. 14. nu. 2. vol. 2. & Maria. Soc. Nepos in consi. 1. 03. num. 7. vol. 3. Bar. Angel. Alex. in l. si in sulam. ff. de verb. oblig. Bart. Bal. Angel. & Imol. & alii scriben. in l. quid ergo §. si heres ff. de leg. 1. & Bal. in l. si prædator. col. fin. C. de ædili. actio. Ludouic. Roman. & Alex. in l. semel mora. ff. solut. matri. Ant. de Butr. & Imo. in c. cum inter. de renunciat. Ant. Corset. in tractatu de potestate Regi. q. 41. & Aemilius Maria in addi. ad repertorium Bertach. in verb. Pax rumpitur, in versi. pax non dicitur rupta, neque incidit in pœnam pacis, ubi dicit hanc esse \* communem sententiam, & ita ex prædictis tribus responsionibus cessat hoc secundum fundamentum partis negatiuæ.

Tertio pro hac etiam parte negatiua adducitur aliud fundamentum, nempe quod t̄ ex prædictis statutis oriuntur, & oriri etiam possunt plura scandala, & clarum est, quod statuta, ex quibus scandala oriuntur, aperte sunt iniusta: vt probatur auctoritate diui Mathæi cap. 18. Quicumque (ait Dominus) scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspèdatur in profunda marina in collo eius & demergatur in profundum maris, & facit et quia, in iure nostro validissimum est argumentum à scandalo, seu absurdo vitando, vt late probatum fuit supra in c. 2. 1. nu. 4. cum seq. & ad ibi dicta me remitto.

20. Quod t̄ autem ex prædictis statutis scandala oriuntur, videtur clarum: quia cum in Ecclesiis de cultu diuino, de verbo Dei, de reformatione morum, de pauperum subuentione, de hæresum extirpatione, de ira Dei placanda pertractari debuisset ad generis distinctiones, ad cinerum sepulchrum, ventilationes, ad gentium omnium iudicia conuenitur, & ibi lin-

guæ in absentes acuntur, & presentes incredibili confusione, & pudore implentur, audientes maiorum suorum, aut conficta flagitia, aut per multa sæcula obliterata, in suam contumeliam memorari, quo fit: vt præ multitudine numerari non possint iræ, inimicitia, odia, inuidia, iurgia, lites, prouocationes, & duella, quæ bonis lugere, quam sanare, facilius est. Et præterea interim diuinus cultus deseritur, dum ministri his examinationibus faciendis peruangantur, & sumptus non modici sunt ex vtraque parte, & quod pios offendit animos, stupent externæ nationes, & præterea in præfatis examinationibus incestus, adulteria, sacrilegia, homicidia, & crimina, quæ eorum auctores clanculum perpetrarunt, quæque diuturnitate temporis obscura, & simul cum cadaueribus sepulta iacebant. Rursus in lucem, & hominum sermonem reuocantur, ita vt eorum flagitiorum obliuio nunquam esse possit: & horum statutorum occasione nobilissimarum familiarum contemptus nascitur: & conuiciandi inexhausta materia: ciuilia iurgia, & seditiones excitantur, & præterea periuria, mendacia, corruptela deprehenduntur: dum de profapsiis examinantur iurati testes, vel ipsi per se improbi, vel ab aliis corrupti. His sanè facilius nihil est: quàm honestam ac nobilem familiam atrâ nota inspergere, & per mixtionem Iudaici sanguinis insimulare: dum respondent: se se audiuisse olim, nescio quàm fabulam, de proauo huius, cuius agitur causa, quod vxorem duxerit, de qua obscurus rumor erat, fibram quandam Hebræi sanguinis traxisse, & alia multa, quæ breuitatis causa omitto arbitrio sapientis consideranda: ex quibus videtur clarè, scandala plura ex dictis statutis oriri.

21. Sed t̄ tamen huiusmodi etiam testium fundamentum non probat præfatorum statutorum iniustitiam, & iniquitatem, & ad id respondetur dupliciter. Primo modo negamus ex prædictis statutis scandala oriri, quod luce meridiana clarius ostendam: Nam si bene aduertimus, scandala assignantur ex duobus. Primum est ex eo, quod omittantur ea, quæ necessaria sunt in Ecclesiis, scilicet diuinus cultus, tractatus de verbo Dei, de reformatione morum, de pauperum subuentione, de hæresum extirpatione, de ira Dei placanda, & fiat occupatio circa generis distinctiones & maculas, & hoc qui dem manifestè falsissimum est: nam ex eo, quod ministri Dei aliquo tẽpore occupent circa prædictas gñris distinctiones & maculas, non ex hoc omittitur cultus diuinus, verbi Dei prædicatio, & morum reformatio, ac pauperum subuentione, & hæresum extirpatione, & alia hmoi, quæ cultu diuino, ac debitu Christo, obsequi cõcernunt. Imo oia prædicta debitis tẽporibus fiunt: & vni pro-

pter aliud minimè omittitur, aliàs esset dicendum, quòd beneficiarii Ecclesiarum Cathedralium, seu collegialium, non possint collegialiter conuenire in eorum capitulis pro tractandis rebus necessariis administrationi, & gubernio ecclesiarum, quòd esset maximum absurdum, neque in præfatis informationibus, seu inquisitionibus, quæ fieri debent circa profapiam & genus electi in beneficiarium, occupantur multi beneficiarii. Sed vnus tantùm aut ad plurimum duo: quia modus subsequens obseruatur, scilicet quando quis est electus, seu prouisus auctoritate ordinaria, seu Apostolica id notum facit capitulo: quòd quidem capitulū eligit ex eodem capitulo vnū, aut ad plurimum duos beneficiarios: qui attendere debent informationi, seu inquisitioni circa profapiam & genus prouisi, & postquam perfecta est prædicta inquisitio seu informatio, omnes collegialiter conueniunt in capitulo hora debita, absque iniuria diuini cultus, & ibi publicantur examinationes, ac testium depositiones, & instrumenta omnia, & alia, quæ ad rem faciunt, & post sufficientem tractatum ad vota verbalia peruenitur, & vnusquisque ex beneficiariis suffragium suum liberè præstat pro seu contra, & statim suffragiis maioris partis, & si aliquando contingat ex prædicto discursu grauaamen, pars, quæ id sentit, liberè potest appellacionem interponere, & ius suum prosequi, ex quo manifestè patet, quòd ex huiusmodi discursu minimè impeditur diuinus cultus; neque alia, quæ necessaria in Ecclesiis interuenire debent, & ita in hoc capite omnino cessat prætenfum scandalum.

Secundum caput, ex quo constituitur scandalum, est ex ira, odio, inuidia, iurgiis, litibus, expensis, periuriis, mendaciis, corruptelis, & aliis multis superius enarratis, & ex hoc capite non potest betiam dici, quòd scandala oriantur ex statutis: quia non veniunt necessarid in consequentiam statutorum.

Quia quamuis statuta conseruantur causa, hæc 21 causa remota est & non propinqua; & t causa propinqua & non remota est semper attendenda: vt inquit Compostellanus in capit. cum in cunctis de elect. vbi affirmat, quòd in quibuscumque hominum actionibus causa immedia ta seu propinqua inspicitur, quem refert, & sequitur Ludouicus Gómesius super regulis Cæcellariæ, in regula de iure quæsto non tollendo, in q. 3. in vers. & tenendo istam partem; & Ang. in consil. 90. incip. Sanctissima, & Illustrissima, in ver. & concludendo, dicit generaliter, qd semper prima causa est intuentia; nec enim secunda causa, quicquam operatur, nisi quantum sibi à prima inquit, per text. in l. prætor, in §. prædicti. ff. de leg. 2. & in l. si quis domū. §. hic

subiūgi potest. ff. locati, & in l. necessarid. §. vlt. ff. de periculo & cōmodo rei venditæ, & Old. in consil. 2. §. incip. Thema tale est, aliq. propter defectū. in vers. præterea quanto causa est. dicit, qd iuristæ proximam cuiusq. rei causam attendunt, & idem inquit Io. And. in additionibus ad Spec. in tit. de iniuriis, in §. sequitur: in ver. sed pone inimicus. & Bar. in l. vlt. ver. Præterea in conditione. ff. de condic. sine causa. & Bal. in l. ex placito. C. de rerū permut. vbi id pbat multis rationibus, & in l. vnica, in §. simili modo, C. de latina libertate tollenda, & in l. cū in antiquiorib. in vers. 6. quia filius. C. de iure deliberandi. & in l. sub prætextu. 1. in ver. Præterea si dolus. C. de tranfac. & in l. vxor tua. C. familiæ erciscun. & in l. 1. prop. si. C. si cert. perat. vbi dicit, qd causæ multum remotæ non considerantur: quia actus non sunt consequenturi ab iis, nisi in virtute maioris acceptionis causæ per text. in l. socium, qui in eo. §. vlt. ff. p. socio & ipse Bal. in l. e. de. vers. quæro de quibus vsib. C. locati. Vbi dicit, qd non tenetur quis confidere remota sed propinqua, & Petr. Anchar. in præmio Sexti libri, in vers. & alibi dubitatur vbi inquit, qd iuristæ attribunt rem causæ proxime & non remotæ, per text. in l. si mulier. ff. rerum amotarum, & idem Petr. in c. non pot. de præben. lib. 6. & in consil. 26. incip. in q. supra dicta, & in consil. 31. §. incip. D. Bar. circa med. & in consil. 329. incip. dubitationem facit. vbi inquit, qd secundum iuristas debet semper actus attribui causæ proxime, & ab ea denominari, & non remotæ, & idem inquit Fran. de Arctio in consil. 161. incip. verum est, quòd Comicus, nu. 7. Vbi dicit, causam mediatam & remotam dici potius occasione, qd causam, & in consil. 148. incip. in q. proposita. & Philip. Corne. in consil. 266. incip. circa primâ consultationem. lib. 4. & videnda sunt, qd supra dixi in c. 22. nu. 10. & videndus est et And. Tiraq. in l. si vnquâ, in ver. donatione largitus, nu. 233. cum seq.

Imo quamuis aliqua incōmoda aliquo modo prouenirent ex statutis. Nihilominus statuta erunt iusta & æqua, quòd clarè probatur: quia 23 t quando duo mala seu incōmoda necessaria sunt, vel timentur, minus malum seu incōmodum est eligendum, per text. in c. duo mala 13. dist. cuius verba sunt. Duo mala licet omnino sint cautissimè præcauenda, tamen si periculum necessitas vnus ex his perpetrare compulerit, id debemus resolvere; quòd minori nexu noscitur obligare. Sed sic est, qd maius inconueniēs, & incōmodum est omittere præfata statuta, quàm ea facere, ergo &c. Quòd autem sit maius incōmodum & inconueniens, patet clarè, quia si præfata statuta non essent in Ecclesiis, ubi facta fuerunt, mille abominaciones essent in maximum dedecus, & ignominiam

nam religionis Christianæ: sicut erant, anteq. statuta essent cōfirmata per sedem Apostolicam ab abominaciones prædictæ causam dederūt cōfirmationi Apostolicæ, quòd sine dubio grauius est & maius incōmodum, quàm quòd sequatur aliqua infamia contra genealogias aliquorum etiam nobilium, vel aliàs sequantur alia incōmoda contra præfatos, qui ex Hebræis originem ducunt, aliter autem damnandum esset sanctæ Inquisitionis officium, quòd in Hispania summi Pontifices opera, & industria catholicorum Regum Hispaniæ Ferdinandi, & Elisabeth erexerūt, se eo quòd postquam præfatum officium fuit erectum, sunt infamati quàm plures generis nobilitate etiam præclari, quòd nequaquam cogitandum est, & ita ex hoc etiam capite clarè probatur, quòd ex dictis statutis scandala non oriuntur.

Secundò responderetur ad præfatum tertium 24 fundamentum, quòd t in hoc casu ex statutis præfatis nullum insurgit scandalum datum seu actiuum, sed si aliquid insurgit scandalum est scandalum acceptum & passiuum, non autem scandalum datum seu actiuum, & vt facilius intelligantur hæc, oportet repetere ea, quæ dicta sunt supra in capitulo 21. numero quarto, cum seq. circa distinctionem scandali dati, & accepti: nam scandalum datum est dictum, seu factum minus rectum, quòd ex se alteri occasionem præbet ruinæ, & hoc dicitur à scholasticis scandalum actiuum, quòd semper est peccatum, hoc scandalum non potest nasci ex præfatis statutis: cum statuta sint iusta per se, vt supra dictum est, & clarius videbitur in secunda parte affirmatiua. Est & aliud scandalum, quòd dicitur acceptum seu passiuum, & hoc est peccatum in proueniens ex bono alterius opere, aut saltem ex facto, quòd mali speciem non habet, contingitque propriè scandalum hoc in eo, qui scandalizatur: vt dictum est in dicto capitulo vigesimo optimo numero quarto, cum seq. & hoc scandalum est quòd oritur ex dictis statutis, quòd quidem scandalum passiuum est propriè peccatum in eo; qui scandalizatur, non autem in conditoribus statutorum: vt inquit Diuus Thomas in secunda secundæ quæstio. 43. articulo secundo, nam de hoc scandalo passiuo est intelligenda auctoritas illa Bedæ, vbi inquit, vilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquantur, & ita interpretantur doctrinam illam glossa, & scriben. in capitulo qui scandalizauerit. de regulis iuris, & Diuus Thomas, secunda secundæ quæstio. 43. in articulo septimo, & octauo, & Alexand. in secunda parte in quæstione 189. in membro septimo, & Adrianus in quodlibeto primo in articulo secundo, & tertio, & Alphonsus Castren. in lib.

primo, de iusta hæreticorum punitione in capitulo decimo, ex quo clarè sequitur, quòd præfata statuta non cōferunt iniuria ex eo, quòd scandala accepta & passiuia ex eis oriantur: nā peccatum scandali in hoc casu est ex parte illius, qui scandalizatur, non autem ex parte illorum, qui statuta fecerunt.

25 Pro t qua responsione facit textus insignis in capitulo secundo, de nou. oper. nunciat. hæc sunt pulcherrima, & insignia verba. Cum sacra scripturæ testimonio debueras didicisse, quòd licet opera ista, quæ sine mortali peccato omitti non possunt, non sint pro vitando scandalo dimittenda, nec ea debeant pro vitando scandalo committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt, ab his tamen, quæ sine mortali peccato committi possunt, pariter & dimitti, sit pro scandalo tollendo cessandum, & eis etiam pro vitando scandalo restitendum, ex quo textu planè constat id, quòd ita peccatum est: vt nullo pacto absque mortali culpa, vel omittatur, vel committatur: minimè sit, nec committendum, neque omittendum ob vitandum scandalum, ne quòd rectum est, & rationi consonum, turpiter prætermittatur. Sed sic est, quòd prælati & habentes curam; & administrationem Ecclesiarum tenentur etiam sub pœna peccati mortalis obuiare iis, quæ verifimiliter Dei legem ac religionem offendunt: vt notorium est, & negari non potest. Ergo tenentur facere prædicta statuta, quòd ex eo probatur: quia longa experientia eos docuit, descendentes ex huiusmodi Iudæis seu Sarracenis nouiter ad fidem conuersis, à maiori parte paternos mores, ac legem reassumere. Et, quòd deterius est, credendum est, quòd non verè sed fictè sanctum Baptismi sacramentum tempore conuersionis præfate acceperunt; non in animarum salutem, sed vt bonis temporalibus, & Ecclesiasticis ipsi ac eorū descendentes gauderent, & vt Dei immaculatā Ecclesiā ac doctrinā Sanctæ Romanæ Ecclesiæ peruerterent, pur ex multorum confessionibus, coram inquisitoribus hæretica: prauitatis Ispalen. & Tolentan. Prouinciæ clarè probatur: quæ quidem & similia, salua prælatorum conscientia prætermitti non poterant, quin sufficiens cautela imposterum erga futuros adhiberetur medianibus prædictis statutis.

26 Facit etiam pro hac responsione t quia ea præcepta, quæ sunt adeo firma, vt nullam admittant dispensationem, non sunt propter scandalum euitandum omittenda: vt probatur in capitulo si illa, prima quæstio vltima, & præterea ob euitandum scandalum non est omittendum id, quòd rectum est, ac rationi consonum: recto que intellectu conuenit.



Nam præcepta, quatenus continent, vt rectè, & Reipublicæ Christianæ vile fiat & similia immutabilia sunt: vt multa adducens resoluit Didacus Couarruias in regula peccatū in 1. parte relectionis, nu. 5. ver. 6. hinc aperit sensus, ergo similiter præfata statuta, q̄ concernūt ea, quæ necessaria sunt ad Christianam religionem conseruandam, & augendam nullo modo sunt omittenda ex eo, quod scandalum acceptum & passuum ex eis oriri possit, seu oriatur, quibus quidem satis, superque manet responsum ad hoc tertium fundamentum pro parte negatiua adductum.

Est aliud fundamentum pro hac parte negatiua adductum nō minimum. Scilicet, quod  
27] Ecclesia Catholica debet, & teneretur Euangelium prædicare omni creaturæ: vt manifestè Christus seruator noster præcepit in Euangelio Diui Marci cap. 16. ibi. Euntes in mundū vniuersum prædicare Euangelium omni creaturæ, & in consequentiam eadem Ecclesia catholica tenetur vti congruis medijs ad vocandum Iudæos infideles ac hæreticos ad fidem catholicam, & eorum conuersationem. Et hinc est, quod sanctæ memoriæ Pius Quintus Pontifex Maximus præter alias congregationes Illustrissimorū Dominorum Cardinalium duas de nouo instituit ac erexit Romæ: alterā, quæ hæreticis ad gremium Ecclesiæ reducendis inuigilet, cui quatuor Cardinales præesse voluit: alteram, quæ nouas ex omni infidelitate plantas Ecclesiæ inferendas curet, cui etiam similiter totidem Cardinales præfecit, ad quorum Illustrissimorum Cardinalium fidem, diligentiam, & sollicitudinem pertinet rationes omnes excogitare: vt hi omnes, qui ab Ecclesiæ Romana obedientia ad sectariorum lucus transfugerunt, ad pristinum catholicæ veritatis splendorem reducantur: tum etiam, vt infideles, quibus nunquam Euangelica lux effulsit, à semitis quorumcumque errorum ad viam vitæ, & veritatis Christi alliciantur, inuidentur, & trahantur, siue illi ex noui orbis gentibus sint, quas ad Orientem, & Occidentem plagam positas diuina bonitas nostris temporibus ostendit, siue ex Sarracenis aut Iudæis ad vexillum Christi conuerſi aliqui voluerint, quod etiam alijs multis medijs Pontifices Romani ipsius Pij Quinti prædecessores curarunt, & Sanctissimus Dominus noster Gregorius diuina prouidentia Papa XIII. maxima sollicitudine procurat; & imposterum etiam successores procurabunt. Sed sic est, quod prædicta statuta, seu leges infidelium conuersionem plurimum impediunt ergo manifestè sunt iniusta, & iniqua. Quod autem per præfata statuta impediatur infidelium conuersio, non erit necessarium probare: nemo enim ignorat, quod ex prædictis legi-

bus, & statutis insurgit infamia contra nouiter ad fidem conuersos, & eorum successores. & præterea vltra infamiam prædictam insurgit etiam damnum, & incommodum respectu bonorum temporalium, & ecclesiasticorum. Quæ quidem verisimiliter impedire possunt conuersionem infidelium, & argumentum à verisimili est validum, vt infra dicendum erit. quod insurgit infamia ex statutis patet clarè: quia cum fiat distinctio circa genera, & genealogias, & non admittantur ad Ecclesias, vbi sūt prædicta statuta, nisi antiqui Christiani, & ex omni parte mundi, & præclari, qui originem ducūt ex ipsis Iudæis, & Sarracenis nouiter ad fidem conuersis, non admittuntur, & hanc secum habent infamiam, & notam, & ab alijs fidelibus digito signantur, & cum ignominia ali quando canes, aliquando Hebræi, & Sarraceni, cum alijs prænominiibus nominantur, & ita cum æterna ignominia ipsi, & successores eorum manent, atque in matrimonijs contrahendis alii fideles fugiunt eorum genera, & successiones, in eorum non minimam ignominiam, quod provenit ex ipsis statutis. Quod autem insurgat damnum, & incommodum respectu bonorum temporalium ecclesiasticorū negari non potest: quia cum ex statutis excludantur ab Ecclesijs Cathedralibus, & collegiatis, clarū est damnum & incommodum, quod esset euitandum. nam Constantinopolitani Turcæ, & qui Africa Imperia moderantur Arabes, amplissima præmia decernunt Christianis, qui abiurato Christo ad Mahometanam sectam transierint. At vero Christiani leges, & statuta conuersionis, & ludibrii sempiterni in Turcas, & Iudæos, qui ad Christi fidem venerunt, faciunt. At hoc Euangelica tuba, quæ orbem vniuersum ad nuptias agni inuitare præcepit, non ita faciendum docet: hoc enim non est compellere intrare, sed potius excludere, & sustibus abigere ingresso conuiuis Ecclesiæ, ex quibus omnibus clarè patet, prædicta statuta impedire infidelium & Iudæorum conuersionem per argumentum.

18] Tum ꝑ̄ verisimili, quod quidem in iure nostro validum est, adeo quod tanti est nostris legum latoribus, & peritis, verisimilitudo: vt ex ea leges faciant; litesque diffiniri iubeant: ranquam id verum sit, quod veri est simile: vt probat tex. in l. non est verisimile. ff. quod metus causa, & in l. peculium autem. §. 1. ff. de peculio. & in l. filius. ff. eodem tit. & in l. Iulianus. §. præterea. ff. de action. emp. & in l. sed & si suscepit. §. 1. ff. de iudicijs, & in l. si extraneus. ff. de condic. ob causam, & in l. si debitor. §. verisimile est. ff. de cōtrah. emp. & in l. 2. §. si venditor. ff. de hære. vedit. & in l. peculii. §. 1. & in l. si filius. ff. de penis, & in l. Nesēnius. ff. de

ff. de neg. gest. & in l. q̄ro. §. inter locatorē. ff. lo cati, & in l. obligatio. ff. de pignori bus, & in l. Pomponius. §. si quis. ff. ex quib. causis pignus vel hypotheca tacitè contrahatur, & in l. insulam. ff. qui potiores in pigno. hab. & in l. 3. §. 1. ibi, verisimile responderint. ff. de testib. & in l. ob carmen. §. vlti. ibi. quæ rei aptiora, & vero proximiora, eodem tit. & in l. Titia cum testa. §. qui in vita. ibi. non est verisimile patrem. ff. de legat. 1. & in l. Meuius. in princip. eod. tit. vbi incredibile reputatur, quod non est verisimile, & in §. idem que iuris. ibi. cum non sit verisimile. institū. quibus ex cau. manumitt. non licet, & in c. sollicit. de restitu. spoliat. & in ca. constitutis. 1. & in ca. in literis. de testib. & in cap. literas. de iureiurando, & in c. quia verisimile. de præsumptionib. & in c. bonæ. ibi. ex verisimilibus, & probabilibus causis, de appel. & ita aduertit Andr. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. in præf. num. 2. vsque ad nu. 7. & in nu. 37. cum multis seq. & Euerar. in locis legalibus, in loco à verisimili.

Hoc tamen quartum fundamentum quamuis grauius videatur virgere, pro hac opinione  
29] negatiua, tamen in rei veritate nihil virget ꝑ̄ nā licet verum sit à verisimili argumentum in iure nostro. & licet videatur verisimiliter impediri conuersio infidelium occasione dictorum statutorum propter infamiam erga honorem, & damnum, seu incōmodum circa bona temporalia, prout superius ponderatur. Nihilominus tamen negandum est, quod ex dictis statutis oriatur infamia, incommodū, seu damnum circa bona temporalia, seu ecclesiastica contra conuersos nouiter ad fidem Catholicam, seu eorum descendentes. Quod quidem respectu infamiae clarè patet. Primò, quia ipsa infamia nō insurgit ex statutis, vel insurgit ex facto prædecessorum, nempe quod per tot sæcula obseruauerint Iudaicam legem, seu Sarracenorum contra legem Euangelicam, & ea, quæ facta sunt secundum rerum naturā infecta fieri nequeunt, & ita quamuis non essent præfata statuta in dictis ecclesijs, nihilominus prædecessorum facta manent semper simul cum infamia, & ex factis insurgit. Secundò, quia quamuis prædicta statuta non essent in rerum natura, nihilominus non cessaret distinctio prædicta circa descendentes ex nouiter ad fidem conuersis, & descendentes ex antiquis Christianis. sicut videmus præ oculis, quod non cessat in Republica distinctio inter nobiles & ignobiles, seu plebeios ex eo, quod non sunt statuta, quæ requirant beneficiatos nobiles, & expellant ignobiles, & ita statuta præfata non sunt causa proxima, seu immediata dictæ infamiae, prout dictum fuit in præcedenti fundamento. imo, quod deterius est, ipsi descendentes ex Iudæis

seu Sarracenis non credunt cōtraxisse aliquam infamiam maculam ex hac descendencia, quia ipsi maximè gloriantur de ea, licet non in publico, in secreto tamè, & vtinam ipsi ex hac descendencia aliquam infamiam sentirent, quia hoc esset in causa, vt ipsi paternos mores ac ceremonias & abhominaciones omnino relinquerent, & obliuioni traderent, sicut alia multa, quorum memoria omnino extincta est. respectu autem incommodi seu damni bonorū temporalium clarè probatur, quia si aliquod damnum considerari potest contra dictos nouiter ad fidem conuersos, & eorum descendentes ex dictis statutis circa bona temporalia, hoc damnum solummodo potest considerari circa ius quærendum, non autem circa ius quæsitum. Sed ius quærendum non est in bonis nostris, ergo damnum non potest propriè considerari in hoc iure quærendo.

30] Quod autem ius quærendum non sit in bonis nostris, probat tex. in l. substitutio. ff. de acqui. rer. dom. vbi substitutio, quæ nondū competit, extra bona nostra est, & tex. in l. rē in bonis. eo. tit. de acq. rer. do. & in l. scribit. in princip. ff. de auro & argen. leg. & in l. nemo. §. illud quæritur. ff. pro socio, & in l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. & est tex. optimus iudicio meo in l. profectitia. §. si pater. ff. de iure dot. & in l. 1. §. vtrum autem. ff. si quis in fraudem patronorū, & ita voluit Bald. in l. 1. col. 1. 3. verbi. 6. arguo. C. qui admitti, per text. in d. l. præria rerum, & idem Bald. in l. pupillorum. col. 1. C. de repudianda hæredita. & in c. 1. §. iniuria. col. 2. ver. quæro vtrum. de pace iurament. firm. & Pat. Castren. in consil. 178. incip. donatio. col. 1. in li. 1. & Philip. Deci. in consil. 14. incip. mulier, cui propter inopiam. col. 2. ver. ad hoc responderi. & faciunt multa, quæ adducit Andr. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo libertis. nu. 102. C. de reuocan. dona.

31] Et ꝑ̄ ideo non habetur tāta ratio iuris quærendi, quanta iuris quæsitū habetur, vt probat Barbatia multa adducens in consil. 41. col. 1. 6. in versic. item est ponderandum, q̄ iste, & seq. lib. 1. Fely. in c. quæ in ecclesijs. col. 1. 9. ver. & ista consideratio. de constitut. Ias. in consilio 136. incip. an Rex Romanorum. col. 4. libro 2. Philip. Deci. in l. seruus. C. de pact. & in consil. 269. incip. consultus. & multa adducit Andr. Tiraq. in d. l. si vnquam. in verb. donatione largitus, num. 180. cum seq.

32] Et facit similiter ꝑ̄ quia quamuis Princeps non præiudicat in iure quæsitū præiudicat tamen in iure quærendo, vt inquit Ruin. in consil. 7. col. 2. volu. 1. & Ruin. in consil. 36. col. 2. volu. 1. & col. 7. & 9. in fi. & in consil. 95. col. 1. & 3. & 4. volu. 1. & in consil. 133. col. 4. volu. 3. & in consil. 167. col. 6. volu. 1. & in consilio



108. colum. 3. volu. 2. & in consi. 68. col. 3. uol. 3. & in consi. 69. col. pen. uol. 3. & in consilio 76. col. 6. uolu. 3. & in consi. 70. col. 1. uol. 5. & col. 4. ubi declarat, & in consi. 76. uol. 5. col. 1. ex quibus quidem patet clarè, quòd ex statutis præfatis nulla sequitur infamia contra præfatos nouiter ad fidem conuersos & eorum descendentes, nec etiam damnum seu incommodum saltem considerabile, ac deinde quòd non impediatur infidelium conuersio, prout præterdit hoc argumentum, & ita poterit arbitrari quilibet vir bonus, & sano iudicio præditus, quòd verisimiliter præfata statuta non impediunt conuersionem infidelium.
- 33 Nam arbitrio boni viri & iudicis relinquatur, quòd dicatur verisimile, vel non verisimile, ut inquit Cardinalis in clem. causam. in ver. verum. in primo not. de elect. quem sequutus fuit Ripa in tracta. de peste, in titu. de priuileg. contra tract. nume. 107. las. in l. admonendi. in repeti. nume. 126. ff. de iureiuran. And. Tiraq. in d. l. si vnquam, in præfatione, num. 53. C. de reuocan. dona. & Gomef. in regu. Cancellariæ de verisimili notitia, in q. 5. & ita resoluit Iaco. Menoch. in tract. de arbi. iudi. quæst. lib. 2. centur. 1. in casu 85.
- 34 Imò quòd verisimiliter prædicta non præiudicent, nec impediunt conuersionem infidelium, patet clarè, quia verisimile dicitur id, quòd iuri communi consonat, ut inquit Innoc. in c. in gauditis. in verb. exceptionem, quem refert & sequitur Bald. in c. 1. de rescrip. Ant. in c. in nostra. de testib. & idem Anton. & Petr. de Anch. in c. 1. de rescrip. lib. 6. Roman. qui hoc reputat elegans, in repetitione rubricæ C. de arbit. col. 8. vers. item præferuntur verisimiliora. & Cepol. in consi. 50. inci. in causa, quæ vertitur, inter consilia ciuilia, colum. 3. in versicu. item quòd testes, & in consi. 60. incip. Scio magnifice. col. 3. uer. item quia testes, inter eadem consilia ciuilia, & multa adducens ita resoluit Ande. Tiraq. in d. l. si vnquam. in præfat. nu. 60. C. de reuocan. dona. & Ruin. in consi. 12. num. 3. in lib. 5. Sed secundum ius commune est magis verisimile, quòd ex præfatis statutis nõ oriatur infamia, seu damnum considerabile, ut supra dictum est. Ergo non impediunt verisimiliter conuersionem infidelium.
- 35 Vel si aliter & secundò respondendum est ad præfatum quartum fundamentum, quòd aut loquimur de conuersione infidelium facta & non vera, aut verò loquimur de vera conuersione, & non simulata. In primo casu possibile est, quòd ex prædictis statutis impediatur hæc facta conuersio, nam ex dictis & depositionib. præfatorum factis coram sancto officio Inquisitionis Hispaniæ fuit probatum, quòd ipsi simulabant se Christianos esse, & obseruabant legem

Mosaycam, quòd quidem simulabant, ut potiri, & gaudere possent temporalibus bonis ac ecclesiasticis, obtinendo beneficia ecclesiastica in Ecclesijs Cathedralibus Hispaniæ, & alia multa, quæ longum esset recensere, & aures Catholicorum sine dubio offenderent. præfati descendentes ex nouiter conuersis ad fidem catholicam confessi sunt & proprio ore affirmarunt, prout patet ex actis dicti sancti officij Inquisitionis, & quòd impediatur hæc facta & ficta conuersio infidelium ex præfatis statutis non est condemnandum, quia est opus maxima laude dignum. Nihil aliud quippe sequitur ex præfata conuersione facta & simulata, quàm opprobrium & abhominatio contra legem Evangelicam & Christianorum religionem. Aut verò loquimur in conuersione vera & non simulata, & hæc nullo modo impediti potest. Neque est verisimile, quòd impediatur, quia videmus, quòd in ecclesia primitiua, quando Apostoli gentibus & iudæis prædicabant, non permittebant bona temporalia, honores, seu dignitates ijs, qui ad Christi fidem conuertebantur. Imò ipsi conuersi ad fidem Catholicam offerebant omnia bona sua Apostolis, & volebant in communi viuere, & finis religionis Christianæ non consistit in honoribus, dignitatibus, beneficijs, & alijs bonis temporalibus, alijs sequeretur, quòd iure optimo Christiani pauperes, & benemeriti, qui carent honoribus, dignitatibus, beneficijs ac bonis ecclesiasticis & temporalibus, possent contra Deum & eius ministros querelam formare, quòd est absurdissimum, & nequiquam cogitandum. Nam finis religionis Christianæ consistit in præmio vitæ æternæ, & Dei visione, ac beatitudine.

Vel tertio respondetur ad præfatum quartum fundamentum, quòd si quamuis infidelium conuersio vera posset impediti ex eo, quòd conuersi nouiter ad fidem & eorum descendentes inhabilitantur ad obtinenda, dignitates, honores, officia ac ecclesiastica beneficia, non tamen ex præfatis statutis impediti potest eorum conuersio, quia præfata statuta non sunt communia in omnibus ecclesijs, sed solummodo in aliquibus cathedralibus, seu collegiatis propter earum eminentiam, & sunt etiam alia beneficia ecclesiastica infinita, quæ conferri possunt, & quotidie conferuntur præfatis nouiter ad fidem conuersis, & eorum successoribus, & quauis prædicta statuta essent communia in omnibus ecclesijs, quòd negatur, nihilominus non cessant dispensationes Pontificum Romanorum, & aliorum etiam, quibus mediantibus prædicti obtinere possunt dignitates, officia, ac ecclesiastica beneficia in dictis ecclesijs, prout quotidie videmus propter personarum prærogatiuam, & benemerita similes fieri dispensationes.

37 Quar-

37 Quarto & finaliter respondetur, quòd si nõ obstat præfatum quartum fundamentum, quia quamuis ex prædictis statutis aliqua sequatur infamia, & incommoda similiter, nihilominus iusta cõsentur, quia potius tenemur Dei honorem & religionis Christianæ famam in Dei, obsequium in dictis ecclesijs conseruare, quàm famam & commoda nouiter ad fidem conuerforum, & eorum successorum, ut supra iam dictum est, ex quibus omnibus patet clarè, hoc quartum fundamentum omnino cessare, neque vigere pro hac parte negatiua.

Quinto pro hac parte negatiua facit, quia 38 si statuta præfata contra ciuiles leges, & Catholicorum Regum Hispaniæ sunt, quia vulgò fertur ab impugnantibus præfata statuta, quò tempore, quo exulceratis hominum moribus duæ Reipublicæ pestes, ambitio, & avaritia, plurima in Hispania dissidia, & bella ciuilia inuenerunt diuersis artibus, quas malitia & inuidia subministrabant, homines illius sæculi filij à consequendi honoribus se illuc impediabant. Cumque hæc potissimum machina mali bonos deprimerent, ut quibus non possent propria scælera objicere, eis maiorum infidelitatem exprobrarent, hacque ratione à magistratibus, honoribus, & ecclesiæ functionibus arcendos esse affirmabant, quod maiores eorum aliquando Hebræi aut Sarraceni fuisse probarentur, ne igitur hæc calumnia vires nancisceretur sancti & Catholici Hispaniæ Reges legibus & edictis solemniter in publicis Regnorum Comitibus promulgatis, ne vllum esset generis, & prospiciæ causa discrimen inter Christianos sanxerunt, ut patet ex lib. 6. in titu. 24. in partia. 7. quam legem fecit Alphonus Decimus, non minus re, quàm cognomine sapiens, & idem etiam probatur ex l. 12. in tit. 3. in lib. 8. ordinamenti Hispaniæ, & similiter hoc probatur ex l. 9. in titu. 1. in lib. 1. eiusdem ordinamenti Hispaniæ, ex quarum legum iustitia clarè sequitur statutorum præfatorum iniquitas & iniustitia.

39 Ad hoc tamen argumentum facilis est solutio, nam primo modo respondetur, quòd præfata statuta nullo modo sunt contraria præfatis legibus Hispanicis, ut clarè patet ex tenore ipsarum, nam rex. in d. l. 6. in tit. 24. in partia 7. solummodo dicit, quòd nulla vis debet fieri iudeo ad hoc, ut conuertatur ad fidem Catholicam, sed exemplis bonis, & sacre scripturæ auctoritatibus, ac bonis obsequijs est inducendus ad conuersionem, quia nullus amat se uitium ei factu per vim, dicit etiam, d. l. quòd si iudæus sponte voluerit fieri Christianus, quæ ceteri iudæi non debent ei impedimentu præstare, aliter acriter sunt puniendi penis, de quibus fit mentio in d. l. & præterea dicitur,

quòd qui conuersus fuerit ad fidem, non debet affici iniuria, neque nomina iudæus, & in vltimis verbis inquit illa lex, quò nouiter ad fidem conuersus possit obtinere officia & honores, quæ obtinent alij Christiani antiqui, & ita vltima verba illius legis ponderantur contra præfata statuta, quatenus dicunt, quòd nouiter conuersus possit obtinere officia, & honores, quæ obtinent alij Christiani, & hæc verba vltima minime obstat, quia dicta lex solummodo loquitur in officijs, & honoribus sæcularibus, non autem in ecclesiasticis, ut clarum est, & negari non potest. nam distincta est temporalis potestas à potestate spiritali & ecclesiastica, ut habetur in c. solitæ. de maior. & obed. & in c. nouit. de iudic. ubi notant scribentes omnes maxime Martin. Nauarro in repetit. illius tex. & nos etiam diximus in tract. de cler. & eorum exemptione in 1. par. in initio, nu. 2. & in 2. par. in initio nu. 1. & latissimè etiam agit Benedict. Capra in tracta. regu. in regu. 15. per totam regulam.

40 Neque obstat si dicatur, quòd per argumentum à simili prædicta lex pariter probat, non esse faciendam distinctionem inter antiquum Christianum, & nouiter conuersum, seu eius successorem in dignitatibus, & beneficijs ecclesiasticis, sicut non fit in temporalibus, quia de similibus idem est iudicium, ut probatur in cap. inter ceteras. de rescrip. & in cap. 2. de translatione Episcopi, & in c. cum secundum Apostolum. in princi. de præben. & in c. in causis. de re iudic. & in ca. 2. ibi, ad instar, de sponsalibus, & in c. dudum. circa finem, de præben. lib. 6. s. rectè. in vers. & hinc simile. in sit. man. dati, & in l. non possunt, & in l. nam, ut ait Pedius, & in l. sed & posteriores, & in l. de quibus ff. de legib. & in l. 1. C. quæ sit longa consuetudo, cum infinitis similibus, in quibus tam legu, quàm Canonum conditores vtuntur hoc argumento à simili, & illo etiam vtitur glo. in c. literas. de filijs presbyterorum, & glo. in l. forma. 5. ff. de censib. & doct. sæpissimè hoc vtuntur argumento, ut clarè probatur ex multis congectis à Nicolao Euerardo in locis legalibus in loco 13. inci. à simili, quia huic argumentationi facilis responsio est, nepe quòd negatur similitudo inter temporalia & spiritalia, seu ecclesiastica.

Quòd autem nulla sit similitudo clarè patet, quia non est credendum, neque standum simplici verbo allegantis, sicut nec statum similitudinis actoris, sed ei, qui dicit, incumbit onus probandi, ut in l. ei qui. ff. de probationi & in c. actor 6. q. 1. & ita aduertit Euerard. ubi supra, & quòd nulla sit similitudo inter prædicta spiritalia seu ecclesiastica, & temporalia, probatur clarè.

Nam

Nam controuersum est inter scribentes, quid  
 42 † dicatur simile. Et prima opinio fuit Baldi in  
 c. cum speciali. de appell. ubi dicit, casus dici si-  
 miles, cum in maiori eorum parte conueniunt,  
 & probatur ex l. de quibus, ff. de legib. in illis  
 uerbis, forte & si qua in re hoc defecerit, tunc  
 quod proximum & conueniens ei est simile, et  
 go illud iudicatur, quod ei est proximum. Ver-  
 rum alius esse potest sensus, nempe ut cum in  
 casu controuerso deficit consuetudo, specta-  
 ndam esse non aliam similem consuetudinē, sed  
 præcedentem illius casus, atq; ita proxima nõ  
 remota, quod probat tex. in l. 1. C. quæ sit lon-  
 ga consuetudo. ibi. nam & consuetudo præce-  
 dens. Accedit, quod scribit Fabius libro 5. ora-  
 tor. in situ. in c. 2. in hæc uerba. Vix autem vl-  
 la est per omnia alteri similis. Secunda opinio  
 fuit Abbatis in c. translatio. nume. 3. de consti-  
 titu. ubi inquit, dici similia, quando extat simili-  
 tudo in eo, ad quod sit comparatio, nec enim  
 necesse est, ut in tota ipsa re similitudo sit. idem  
 sentit Ias. in l. creditor. nume. 8. de nou. oper.  
 nuncia. & in l. vlti. nu. 1. C. de collationibus.  
 & Philipp. Deci. in consil. 329. num. 4. & Fran-  
 Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. num.  
 23. & in l. si aliquam rem. nu. 42. ff. de acqui.  
 posses. Andr. Alciatus in l. creditor is est, in fi.  
 ff. de verb. signi. Aymo Crauet. in tract. de an-  
 tiqui. tempor. in 4. parte principali, num. 102.  
 Fely. in c. Capitulum S. Crucis. numero 4. de  
 rector. ubi multa recenset, & Io. Baptista à San-  
 cto Seuerino in l. omnes populi. nume. 23. ff.  
 de iusti. & in. & probat in c. cum dilecta, §. nos  
 autem. ubi glo. in uerb. similitudo, de confir-  
 matione utili vel inutili. & est text. no. in l. non  
 solum §. qui. primipilum. ff. de excusa. tuto. Ve-  
 rumenimvero hoc fit, quoniam clarè lex exi-  
 stimauit, casus illos ob similem rationem esse  
 similes, & in eo posita est dubitatio, cum in iu-  
 re non reperitur facta comparatio & similitu-  
 do. Tertia opinio fuit eorū, qui dixerunt, hoc  
 totum iudicis arbitrio relinqui, ut Innoc. in c.  
 causam quæ. de iudicij. & Cyn. in l. non pos-  
 sunt. ff. de legib. quem sequuntur fuerunt Fely. in  
 c. translatio. numero 31. de constitu. & Curt. se-  
 ni. in consil. 21. incip. statuto Parmæ. colum. pe-  
 nul. in fi. idem censuit Bald. in ca. cum speciali.  
 colum. 3. de appell. & Marth. de Afflic. in c. 1.  
 num. 21. uerū. item iudex habet. quib. ex cau-  
 sis feudum amittitur, Marfil. in l. quæstionis  
 modum. nume. 14. ff. de quæstio. & Neuizanus  
 libro 5. syluæ nuptialis, nume. 89. ubi iudices  
 horatur, ut si hæsitent, ipsi consilium assumat  
 peritoris. Quarta & ultima opinio fuit Bal-  
 di in l. vlti. colum. 2. C. de sac. sanc. ubi inquit,  
 casus dicitur similis, cū par subest ratio, & idē  
 respondit Deci. in consil. 526. num. 13. & Cra-  
 uet. in consil. ultimo. quam quidem sententiam

probat text. in l. qui liberis. in princ. ff. de vulg.  
 & in l. queritur. ff. de statu hominum, & in ca.  
 cum dilecta. de confirmatione uisiti, vel inuici.  
 & tradit Corasius in d. l. non possunt, num. 2.  
 & in lib. 4. de iure in artem redigen. in c. 8. ubi  
 plura egregia docuit, & tanto magis hoc proce-  
 deret, quanto maior subest ratio, ut in authen.  
 multo magis. C. de sacro. eccl. Nam cum par  
 est ratio, idem ius, ut in l. illud. in princ. ff. ad l.  
 aqui. & in l. à Titio. ff. de ver. obl. & ideo ratio,  
 quæ militat prohibendi matrimonium, cū eadē  
 sit in sponsalibus, & sponsalia prohibere  
 dicitur, ut in l. oratio. ff. de sponsal. ex quibus  
 quatuor opinionibus colligitur, quod simile  
 non potest dici, quando est diuersa ratio, sed  
 in casu nostro est diuersa ratio tam in dignita-  
 tibus & beneficijs ecclesiasticis, quam in digni-  
 tibus & honoribus temporalibus & sacra-  
 laribus. Ergo non militat argumentum à simi-  
 li supra formatum, quod autem sit diuersa ra-  
 tio, nemo poterit negare, nam quamuis sit ma-  
 ximum inconueniens, quod is, qui vitur cere-  
 monijs iudæorum, seu sarracenorum, habeat  
 officia, dignitates & honores secularia & tem-  
 poralia. Hoc enim esset absurdissimum, & abo-  
 minabile in dignitatibus, officijs & beneficijs  
 ecclesiasticis, quia clerici, qui præfata habere  
 debent, sacramentorum administrationi, & di-  
 uinis officijs attendere debent, in quibus ma-  
 xima cautela & reuerentia adhibenda est. Ideo  
 iure optimo propter suspicionem, quam con-  
 tra se habent nouiter conuersi & eorum suc-  
 cessores prohibentur obtinere præfata benefi-  
 cia, & officia ecclesiastica magis, quam sæcu-  
 laria, & ita cessat omnino difficultas per argu-  
 mentum à simili supra formatum.

43 Nec † obstat similiter tex. in d. l. 12. in tit. 3.  
 in lib. 8. ordinamenti, quia illa in effectu nihil  
 aliud dicit, quam tex. in d. l. 6. titu. 24. in parti-  
 ta septima. & ita ex responsionibus superius af-  
 signatis ad l. 6. partitæ colligitur responsio ad  
 dictam l. 12.

44 Præterea † text. in d. l. 9. tit. 1. in lib. 1. ordi-  
 namenti nihil obstat contra præfata statuta,  
 quia solummodo prohibet, quod non fiat ini-  
 iuria seu ignominia iudæo, seu sarraceno no-  
 uiter ad fidem conuersis, & quod si aliter fue-  
 rit factum, qui iniuriam seu ignominiam in-  
 fert, pœnam, de qua in illa lege, luat, & ita ex il-  
 la lege nullo modo possunt impugnari præfa-  
 ta statuta.

Vel aliter & secundo modo responderi po-  
 45 test ad præfata difficultatem, quod † quam-  
 uis præfata legibus Hispaniæ contraria essent,  
 quæ quidē non sunt, nihilominus ex hoc non  
 reputatur iniusta & iniqua, quia layci nullam  
 habent potestatem statuendi circa ecclesias, be-  
 neficia, ac ecclesiasticas psonas, ut claris uerbis  
 pro-

probat in c. ecclesia S. Mariæ. de constitu. cu-  
 ius uerba sunt. Nos attendentes, quod laycis et  
 religiosis super ecclesijs & personis ecclesiasti-  
 cis nulla sit attributa facultas, quos obsequen-  
 di manet necessitas, non auctoritas imperandi,  
 à quibus si quid motu proprio statutum fue-  
 rit, quod ecclesiarum etiam respiciat commo-  
 dum & fauorem nullius firmitatis existit, nisi  
 ab ecclesia fuerit approbatum, & ita notat ibi-  
 dem glo. Inno. Anchar. Anto. de Butr. Henric.  
 \* Boic. Panor. Fely. Philipp. Deci. & \* communi-  
 ter omnes scribentes nemine discrepate, & ita  
 resoluta multa in proposito adducens Benedi.  
 Capra in tract. regu. & fallent. in regu. 15. per  
 totam regulam, & hanc sententiam dixit esse  
 commune Pan. Paris. in consil. secundo. nu-  
 mero 106. in lib. 4.

Nec obstat huic responsioni, si dicitur, quod  
 46 † prædictæ leges Hispaniæ fuerunt approbatæ  
 & confirmatæ à Nicolao Quinto Pontifice Ro-  
 mano, prout ab impugnantibus statuta præfa-  
 ta uulgò fertur, ad perpetuam rei memoriam,  
 quo casu cum leges præfatæ fuerint confirma-  
 tæ à sede Apostolica, obseruandæ sunt sicut ius  
 canonicum. prout probatur per argumentum  
 à contrario sensu in d. cap. ecclesia S. Mariæ. de  
 constitutionibus ibi. Vnde statutum Basilij de  
 nõ alienandis prædijs rusticis, vel urbanis mini-  
 sterijs, & ornamentis ecclesiarum, illa reproba-  
 tum fuit potissima ratione, quod auctoritate  
 non fuit Romani Pontificis roboratum.

47 Nam † ad Pontificem Romanum spectat,  
 & ei reseruat est: ut per illum text. proba-  
 tur, laycorum statuta approbare, & alius in fe-  
 rior hoc non potest, ut post Panormit. resolu-  
 it Philipp. Deci. num. 16. in d. c. ecclesia S. Mariæ.  
 & in consil. 134. inci. uisio puncto. in ueris. nam  
 Papa, & præfata confirmatio fieri debet, ex cer-  
 ta scientia, ut not. Inno. in cap. 1. de transact. in  
 uerbo infirmitatis, Bartol. in l. priuilegia. C. de  
 de sac. sanc. eccl. & in l. si constat. ff. de appella.  
 Alex. in consil. 59. incip. uisio instrumento. lib.  
 1. Barbatia in d. c. ecclesia S. Mariæ. quæ refert,  
 & sequitur ibidem Deci. nu. 16. & idem Deci.  
 in c. cum accessissent. de constitu. consil. 262. &  
 in consil. 534. unde cum præfatæ leges fuerint  
 cõfirmatæ à Pontifice Romano Nicolao quin-  
 to per literas Apostolicas ad perpetuam rei me-  
 moriam ex certa scientia, ut ex aduerso ab im-  
 pugnantibus præfata statuta fertur, videtur di-  
 cendum, quod statuta sunt iniqua & iniusta.

48 Hæc † tamen impugnatio nullius est mo-  
 menti, & ad eam dupliciter responderetur. pri-  
 mo negando, quod præfatæ leges fuerint con-  
 firmatæ à præfato Nicolao Quinto per asser-  
 tas literas Apostolicas, quia confirmatio non  
 inuenitur in corpore iuris clausa, nec aliàs, &  
 forsan si interuenit præfata confirmatio, fuit

particularis respectu alicuius ecclesiæ, seu ec-  
 clesiarum, non autem generalis, ita ut ius faci-  
 at generaliter in omnibus ecclesijs. Vel secun-  
 dõ responderetur, quod quamuis de confirma-  
 tione dictarum legum Hispaniæ clarè constaret  
 per dictas literas Apostolicas Nicolai Quin-  
 ti, quibus præcipere, quod præfatæ leges His-  
 paniæ obseruentur in ecclesijs inter personas  
 ecclesiasticas, ita ut nouiter ad fidem conuersi  
 & eorum successores indistinctè admittantur  
 ad dignitates, officia, & quæcunque beneficia  
 ecclesiastica. Nihilominus nõ sequitur ex hoc,  
 quod præfata statuta sint iniusta, nam ex-  
 dit, quod secundum temporum varietatem iu-  
 ra quoq; uariantur humana, & quod vnus Pon-  
 tificex confirmat, alius infirmet & reuocet, prout  
 sæpius uidemus ex causis de nouo superue-  
 nientibus reuocari antiquas leges, & statuta, ac  
 alia de nouo contraria statui, quæ quidem iu-  
 ra noua non ex hoc deputantur iniqua, quod con-  
 traria sint iuribus antiquis. & ita factum fuit  
 in nostro casu, scilicet quod quamuis tempore  
 Nicolai Quinti non expeditur esse aliqua  
 distinctionem generis & genealogiæ in ec-  
 clesijs, ex causis tamen de nouo superuenientibus,  
 ut supradictū est, & latius dicitur infra in hoc  
 c. in 2. parte affirmatiua, poruerunt optimo iure  
 reuocari præfatæ leges, quæ erant auctori-  
 tate Apostolica confirmatæ, & statuta prædi-  
 cta auctoritate Apostolica confirmari & iusta  
 esse. Nec dubitari potest aliquo pacto de pote-  
 state Romanorum Pontificum, qui confirmarunt  
 prædicta statuta. Nam clarissimum est in  
 iure, quod Romanus Pontifex potest non so-  
 lum statuta prædecessorum, sed etiam consiliorum  
 generalium reuocare, & causare, prout  
 late fuit resolutum, in tracta. de clericis, &  
 eorum exempt. in prima parte, in capit. 14. nu.  
 11. ex quibus late adductis omnino cessat hæc  
 quinta difficultas & fundamentum pro parte  
 negatiua, & faciunt etiam solutiones ad subse-  
 quens argumentum sextum.

49 Sexto pro hac parte negatiua facit, quia † præ-  
 fata statuta iuri canonico, & Sanctæ Romanæ  
 Ecclesiæ sedis decretis, & patrum sententijs re-  
 pugnant aperte, ergo iniusta sunt præfata sta-  
 tuta, & iniqua, nulloq; iure defendi possunt.  
 quod autem præfata statuta repugnent canoni-  
 co iuri, & Sanctæ Romanæ sedis, & patrum  
 sententijs patet. Nam sanam sequenti doctrinã  
 orthodoxi patres innumera edidit decreta  
 eodem pertinentia, quibus stirpium generis, ac  
 nationum discrimina in ecclesia sublata, & ex-  
 tincta uoluerunt, ut probatur ex Concilio Nice-  
 no in c. 2. & ex Concilio Arelatano, 2. c. 1. & ex  
 synodis græcis solummodo Neophitus, hoc  
 est nuper in situs, ad fidem conuersus siue ex-  
 gentibus, siue ex iudæis ueniat, ad sacros ordi-

nes & ecclesiastica munera prohibetur ascendere. sed eum, qui à pueritia probatis moribus Christianis vixit, & multo magis qui parentibus, proavis, abavis, christianis, & bonis est natus ab ecclesiæ ordinibus, ornamentis & honoribus arceri, omnes vno ore condemnare videtur, prout inferius dicitur. & præterea Innoc. III. in c. ad decorem. de instit. inquit, quoniã in omni genere, qui facit iustitiam, acceptus est Deo, nec sanctuarium Dei conuenit iure hæreditario possideri, mandamus, quatenus moneatis eundem, vt viros literatos, & alios idoneos, vnde cumque originem duxerint in præfatis ecclesijs & maximè in maiori instituitur nõ possint, alioquin indignus se reddet, vt vos aliarum clericorum nationum ad eius obedientiam compellatis. & idem Innoc. III. in c. cum deputati. de iudic. inquit hæc verba. illud allegantes in repulsione eorum, quod eorum ipsis generatio non est nota, qui vnde cumque venerint gratia diuina vocati, dum laudabiliter exequantur officium sui ordinis, & ex superabundanti requiruntur suæ notio nationis, & Alex. III. in c. eam te. de rescrip. hoc prohibet ibi. vt Martinum, qui de gente Iudæorum originem duxit, & diuina gratia fidem Christi suscepit, in canonicum recipere, & præbendam sibi conferre deberet, & infra in finalibus verbis ibi. pro eo verò quod iudæus extiterit, ipsum dedignari non debet, ex quo text. Alex. Tertius obiurgat Episcopum Tornacensem, quod nollet in tua ecclesia ad Canonicatum admittere sacerdotem nuper ex Israelitico populo conuersum, ex quo inferit Pauli norm. ibidem, talem nouiter conuersum non solum non esse contemnendum, sed magis esse commendandum, & assignat gl. fin. ibidem rationem, nempe quod ex nouiter conuersis ecclesia fundata est.

50 Et præterea Gregorius Nonus Põtifex Romanus auctor text. in c. venerabilis. de præben. hoc censetur prohibere ibi. quod idem Capitulum hoc audito consuetudinem allegans antiquam inuolabiliter obseruatam, iuxta quam nullum, nisi nobilem, & liberum, & ab utroque parente illustrem, & honestæ conuersationis, ac eminentis scientiæ in suum confortium hæcenus admiserant, ne contra hoc fieret, maximè cum nulla præbenda vacaret, antequam mõnitõrias & c. in c. i. verbis ibi. nõs igitur attendentes, quod non generis sed virtutum nobilitas, vitæque honestas gratum Deo faciunt, & idoneum seruitorem, ad cuius regimen non multos secundum carnem nobiles, & potentes elegit, sed ignobiles & pauperes, eo quod non est personarum acceptio apud ipsum, & vix ad culmina dignitatum, nedum ad præbendas viri eminentis scientiæ valeat repetiri, exceptiones huiusmodi non duximus admittendas, ex

quo textu clarè probatur, clericos, ignobilesque non esse à præbendis repellendos, licet ecclesiæ consuetudo id prohibeat, & hinc est, quod non valet consuetudo præfata, quod non recipiatur in canonicos, nisi nobiles, vt probat ibidem text. & nõ glo. Hostien. Panor. & alij scrib. ibidem, Philipp. Deci. in c. cum adeo. col. 2. de rescrip. Roch. Curt. in c. vlti. in carta 20. vers. 6. infertur. de consuetud. Contrariam tamen sententiam præsupponit Romanus in singulari 487. incip. heri sui interrogatus, dum dicit, Episcopum non posse dispensare cõtra huiusmodi consuetudinem, ex notatis per Inn. generaliter loquentem de omni statuto ecclesiæ, in quo agitur de interesse canonicorum, in c. vlti. de cleric. non resid. & illud dictum Romani simpliciter refert & sequitur Fely. in c. super eo. 2. col. 3. de testib. Philipp. Deci. sibi contrarius in c. atsi clerici. in 3. de adulter. col. 6. vers. 6. & ideo dispensare. de iud. Ioannes de Selua in tracta. de beneficio, in 3. par. q. 7. & eandem quoque consuetudinem valere præsupponit Ioan. Rayn. in trac. de nobilitate. in 7. q. principali. Sed pro concordia dicendum est, quod aut loquimur de consuetudine ordinaria, & talis consuetudo non valet, & ita procedit text. in d. c. venerabilis. de præben. aut verò est consuetudo immemorabilis, & tunc temporis valida est talis consuetudo, quia habet vim tituli, nempe priuilegij seu confirmationis à Romano Pontifice factæ, vt latè diximus in tractatu de clericis & eorum exemptione, in 2. parte, am pl. 28. num. 5. cum multis seq. maximè num. 9. est tamen aduertendum, quod iste text. in c. venerabilis, nihil facit pro hoc fundamento sexto, nõ enim loquitur de nouiter ad fidem conuersis seu eorum successoribus, sed de ignobilibus seu plebeis, quibus fauerille text.

51 Pro hoc etiam fundamentum facit extrauagans Io. XXII. in titu. de iudæis, inter extrauagantes communes, quæ est secunda in ordine, cuius verba sunt. Dignum arbitantes, & iuri consonum fonte renatos baptismatis iudaica cæcitate dimissa, amplioribus fauoribus, aut gratijs, quam antea abundare, indecens, & absurdum, vt qui in perfidia abundarent, cogantur medicare fideles. Vniuersis & singulis Rectoribus, & alijs officialibus Comitatus Venetini, aliorumque Comitatum, & terrarum pertinentium ad sedem Apostolicam districtè precipimus & mandamus, quatenus conuersis huiusmodi, & qui impofterum conuertentur in possessionibus, & bonis alijs quocumque nomine censeantur, quæ in Communitaribus & terris prædictis, conuersionis tempore obtinebant, seu etiam obtinebunt occasione prædicta nullam molestiam inferant, nec ab alijs inferri permittant. Sed ipsis in his & alijs se fauorabiles

uorabiles exhibentes, ipsos ab iniurijs & molestijs protegant & defendant, vt sic de seruitute ad libertatem se transisse percipiant, nec redire pretereunt medicitatis odibilis ad dimissam perfidiam compellantur. & Diuus Leo Papa in sermone secundo de anniuersario suæ assumptionis agens de sacerdotio Christi ait. Cum huius diuini sacerdotij sacramentum etiam ad humanas peruenit functiones, non per generationum tramitem currit, nec quod caro & sanguis creauit, eligitur, sed cessante priuilegio patrum & familiarium ordine prætermisso, eos rectores ecclesiæ accipit, quos Spiritus sanctus preparauit, vt in populo adoptionis Dei, cuius vniuersitas sacerdotalis, atque regalis est, non prerogatiua terrenæ originis obtineat functionem, sed dignatio celestis gratiæ gignat Antistitem, &c.

52 Præterea in Concilio Toletano quarto in ca. 1. & in Concilio Toletano 16. in c. 2. cauetur, ne conuersi ad fidem ex iudaismo aliter, quam nobiles tractentur, & Guilielmus Episcopus Sabinenis Apostolicæ sedis legatus in concilio Hispaniæ Provinciali Vassioleti celebrato anno 6. Pontificatus Ioannis Vigefimisecondi omnibus Prælatibus suæ legationis congregatis ita statuit. Vniuersos ecclesiarum prælatos monemus & exhortamur in Domino Iesum Christo, vt conuersos ex iudæis, qui ad clericatum apti fuerint, & clericatum ipsum recipere voluerint, de beneficijs ecclesiasticis suæ conditioni & merito competentibus studeant prouidere. & Alphòsus Carillus Archiepiscopus Toletanus & primas Hispaniæ constitutionem synodalem Cõpluti de anno 1480. addidit, quæ reuocat & irritat huiusmodi generis, & posteriorum ex hoc, vel illo populo distinctiones, eas appellans scismaticas, & anathemate feriendos eos omnes, qui illas deinceps obseruarent in suis capitulis, ecclesijs, confraternitatibus, quæ constitutio paucis post annis approbata fuit per Petrum Gonzalez de Mendoza Cardinalem, & Toletanum etiam Archiepiscopum, & Primatem Hispaniæ.

53 Et quid de hac re senserint Diui Hieronimus, Augustinus, Chrysostomus, cæteri que ecclesiæ patres, haud difficile est videre, quamquam nec cogitare illi quidem potuerunt, fore vilo vnquam tempore, vt ab ecclesiæ communibus gradibus, aut ab ecclesiasticis functionibus aliquod Christianorum genus repellatur, hæc tãtùm causa, quod iudæorum, aliorumque infidelium sanguinem aliqua cognatione attingeret. Nam Chrysostomus in capit. 1. Diui Matthæi, & Augusti. in Psal. 81. aperte damnare videntur eos, qui quempiam ex maiorum virtutibus, & non ex proprijs existimant in ecclesiâ, & idem probatur in c. nunquam. 56.

distin. cuius verba sunt. Nũquam de vitijs erubescamus parentũ, sed illud vnũ queramus, & semper amplectamur, virtutem videlicet huiusmodi, etiam si alienigenam habet matrem, etiam si fornicatione pollutam, vel quomodolibet huiusmodi dedecore sordidatam, nihil tamen de eius aut vitiate offuscabitur, aut crimine polluetur, & Diuus Hieronimus in epistola contra Rufinum, cuius verba habentur in c. nasci. 56. dist. idè videtur amplecti, & Diuus Greg. in c. satis peruersum. 56. distin. idem sentit. & præterea Diuus Thom. quia sua iam aetate hanc controuersiam vidit incipientem in ecclesiâ in opusculo 17. contra retrahentes à religione, in q. 4. ait. qui nuper ad fidem sunt conuersi, si quis habitum religionis interdicat, tanquam in præceptis non exercitatis primo aspectu absurdum appareat, cum constet Christi discipulos in sua ad fidem cõuersione esse assumptos ad Christi collegium, in qua primum exemplar perfectionis consiliorum apparuit. & abique dubio cuiusque religionis statum excessit ipse quoque Paulus inter Apostolos conuersione nouissimus, prædicatione primus, statim ad fidem conuersus viam perfectionis euangelicè sumpsit, hoc etiam multorum laudabili consuetudine approbatur, qui ex infidelitate quacumque ad fidem conuersi statim habitum religionis assumunt. quis autem erit tam improbus disputator, qui audeat eis cõsulere, qui nuper ad fidem sunt conuersi, vt potius in sæculo remaneant, quam in religione perceptam baptismi gratiam studeant conseruare, quis sanæ mentis ab hoc proposito eũ impediatur, ne Christum, quem per baptismi sacramentum induit, perfecta mutatione induere mereatur.

54 Tandem scribentes firmiter tenent ex iure communi, nec à beneficijs ecclesiasticis, nec à dignitatibus, nec à sacris ordinibus, nec ab officijs publicis & secularibus prohiberi eum, qui à tempore natiuitatis ab ipsa quidem infantiæ ætate Christianus est. Tametsi patrem, auum, aut proauum iudæum, vel sarracenum habuerit, vt probatur in c. eam te. de rescri. & in c. si quis egritudine. 57. distin. Io. Anania, & Fely. nume. 2. in c. cum sit. de iudæis, & ita resoluit Philipp. Deci. in d. c. cum te. nu. 6. de rescri. & ibidem Fely. & Franci. de Ripa ibidem nu. 29. cum seq. & Pet. Paul. Paris. in consi. 2. in vol. 4. nu. pen. & vlt. & Didac. de Couarr. in cle. si furiosus. de homicid. in 1. par. §. 2. num. 7. & doctor Martinus Nanarro in summa confessorum, in c. 27. nu. 205. & Doctor Onzala Theologus in suis sacris narrationibus scripturarum in lib. 7. in verbo Neophirus, à qua conclusione nemo recedit.

55 Cum igitur ex concilijs generalibus & Provincialibus, Roman. Pontif. decretis ac sancto-

rum patrum sententijs, & communi scribentium opinione, in honoribus, dignitatibus, & officijs, ac ecclesiasticis beneficijs nulla sit habenda generis distinctio, sed æqualiter descendentes ex antiquis Christianis, & descendentes ex iudeis, vel sarracenis sunt admittendi ad præfata, vt supra latè ostensum est. Videtur dicendum, quòd statuta prædicta iniqua sunt & iniusta, ac nullo iure prædici possunt.

56 Hoc tamen sextum fundamentum minime concludit ad probandum prædictorum statutorum iniquitatem, & iniustitiam. Primò, quia quamuis de iure còmuni Christiani descendentes ex iudæis, vel sarracenis ad ecclesiastica beneficia, vt supra dictū est, admitti possint, præter Neophitum (de quo inferius in proximo capitulo dicendum erit) & per statuta prædicta excludantur, non tamen t̄ valet hæc consequentia, per hoc statutum, seu consuetudinem derogatur iuri communi, ergo statutum, vel consuetudo est iniusta, quia si hæc consequentia legitima esset, sequeretur clarè, quòd nulla consuetudo, seu statutum, quod iuri còmuni derogaret, posset esse iustum, quod manifestè falsum est, nam datur consuetudo iuri contraria, quæ iusta est, vt probatur in l. de quibus. ff. de legib. & in c. vlt. de consuetud. & similiter statutū, quod feminas excludit stantibus masculis, est contra ius commune, & nihilominus censetur iustum, vt ex multis adductis ab Antonio Gabriel. in lib. 6. còmunium conclus. in tit. de statutis in còclu. 4. colligitur.

Quia præfatum statutum intelligitur conditum & factum ratione conseruandæ agnationis, vt tenet Io. And. in addi. ad Speculatorem, in tit. de successione ab intestato, super rubri. & Abb. Panor. in consil. 75. col. pen. vol. 1. Cy. Alber. Salice. col. pen. in l. 1. C. de adulter. Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Terrull. & Bald. in l. 2. circa fi. C. de in ius vocan. & in l. certū. col. 1. C. vnde legitimi, & in l. 1. col. 11. versic. subsequen. queritur. C. de summa Trinit. & in l. quod verò. col. 1. ff. de legib. & in l. maximū vitium col. 3. C. de liberis præter. vel exheredatis, & ibi Saly. col. 2. in fi. Philipp. Deci. in consil. 372. col. 2. Ang. in l. si verò. §. de viro, col. fi. ff. sol. mar. & Soci. in l. Gallus. §. nunc de lege. in fi. ff. de lib. & posth. & Ias. in consil. 205. & in consil. 221. vol. 2. & in consil. 67. col. fin. vol. 1. & in consil. 80. col. fi. vol. 3. Corn. in consil. 307. col. 3. vol. 4. Gozad. in consil. 79. col. 2. & multa adducēs ita resoluit Ant. Gabr. in lib. 6. commu. conclus. in tit. de statut. in conclus. 6. ergo similiter videtur dicendum in casu nostro, nēpe quòd quamuis præfata statuta sint cōtra ius commune, nihilominus quia facta censentur ratione conseruandæ puritatis erga fidem, iusta censerentur, & ita clarè patet, quòd hoc

sextum fundamentum minime concludit, statuta præfata esse iniqua seu iniusta.

Vel aliter & secundo modo responderi potest ad præfatum sextum fundamentum, quòd quamuis verum esset, quòd statuta, quæ in totum vniuersaliter in omnibus ecclesijs excluderent descendentes à iudeis, vel sarracenis à quibusuis honoribus, dignitatibus, officijs & beneficijs, essent iniusta, non tamen ex hoc sequitur necessariò, quòd statuta, quæ in aliquibus ecclesijs tantum excludunt præfatos, sint iniusta & iniusta, nā t̄ quamuis regulariter sit validum argumentum de toto ad partē, tamen quando est diuersa ratio in toto, quàm in parte, tunc temporis præfatum argumentum nō est validum, sentit Cynus & alij scribentes in l. cum nouissimi. §. in his. in pulchra quæst. C. de præscr. triginta, vel quadraginta anno. Cyn. in l. 2. C. de non nume. pecu. Card. Panor. Barba. Fely. & alij scriben. in c. pastoralis. in §. item cum totum. de off. delegat. & est gl. multum notabilis in clem. 2. in verb. defensor. de reb. eccl. non alien. quam ad hoc ponderat Panor. in d. §. item cum totum. & est de mente gl. in l. eam quam. C. de fideicom. in fin. cum respondet ad §. hi qui solidum. & probatur optimè in l. sed & si lex commissoria. in §. consuluit. iuncto ver. adeo. & ibi glo. ff. de petit. hæred. & in l. Papin. §. sed neque impuberis. ff. de inoff. testa. & in l. ex mille. in princ. & ibi glo. ff. de euid. & hinc dicit Panor. in c. 1. de celebrat. missar. quòd licet summus Pontifex dispensare possit circa mutationem officij diuini, vt in clem. 2. de celeb. miss. non tamen potest dispensare, vt clericus nō teneatur aliquod officium dicere, cum alia sit ratio in toto quàm in parte, vt ibi latius per eum, & per Cardinalem in clem. 2. supradicta. & per Fely. in c. fin. in vltima col. de maiortate & obed. vbi pro regula ponit, non valere hanc consequentiam. Papa in his, que sunt de iure diuino non potest illud in totum tollere, ergo neque pro parte declarare, & ponit plurima pulchra & quotidiana exempla, quæ omni no vidēda sunt. Quòd autem sit diuersa ratio, quando statuta disponunt in aliquibus ecclesijs tantum & non in omnibus, est manifesta ratio, nam si statuta essent generalia in omnibus ecclesijs Hispaniæ, daretur maximum inconueniens, quòd nemo ex descendentes à iudeis, vel sarracenis possit, etiam si esset benemeritus, sacris initiari ordinibus, quia nemo sine titulo sufficienti beneficij est sacris initiandus, vt statutū fuit in Còcil. Trid. in sess. 22. in c. 2. quòd quidē inconueniens cessat, quādo statuta sunt particularia in aliquibus tantum ecclesijs propter aliquā iustam causam, & propterea quòd clerici in minoribus benemeriti nō possint habere beneficia, quòd esset iniquum.

59 His

59 His tamen rationibus maxime ob stare videntur diplomata Apostolica Nicolai Quinti Romani Pontificis. nam vulgò fertur ab impugnantibus prædicta statuta, quòd Nicolaus Quintus Apostolicis literis ad perpetuam rei memoriam ad Hispanias Provincias de hoc argumentum bis datus acerbitissimè & sauerissima oburgatione auctores huiusmodi statutorū, & eorum defensores compescit, & ad sanam mentem reuocat, illosque appellat nouos zizanias seminatores, vnitatis & pacis Christianæ corruptores, & eius dissidij innouatores, quod per vas electionis Apostolum Paulum extirpatum fuerat. Dicit etiam illos proximorū scandalizatores esse, & à Catholica fidei Apostolicæ aberrantes, & qui contra fecissent, eos videri contra Christianam doctrinam facere, & sacris arcendos esse. que quidem literæ Apostolicæ (vt fertur ab impugnantibus præfata statuta) datæ fuerunt anno à Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, & Pontificatus sui anno quinto.

60 Ad t̄ hanc tamen difficultatem multis modis responderi potest. Primò quòd non constat de prædictis diplomatibus Nicolai Quinti, neque de eorum tenoribus, quare iure optimo negare possunt prædicta diplomata concessa fuisse à Nicolao Quinto ad perpetuam rei memoriā, prout impugnantes præfata statuta dicunt. Secundo modo responderi potest, quòd per illa diplomata Nicolai Quinti reuocabantur & annullabantur statuta, quæ excluderent descendentes à iudeis, seu sarracenis à beneficijs ecclesiasticis ecclesiarum aliquarū Hispaniæ, & ratio præfata reuocationis fuit, quia præfata statuta nō erant confirmata auctoritate Apostolica, quòd erat necessarium, t̄ Episcopi & alij superiores seu inferiores nō possunt facere statuta contra ius canonicum, sicut sunt hæc statuta.

Quam regulam probat tex. in capitulo institutionis. 1. §. quæstio secunda. & in ca. licet. ibi. quod regulare fuit, de officio ordinarij, & in capitulo quod super his. de maiortate & obedientia, & in c. cum inferior. eodem tit. & facit tex. in l. formam. C. de officio Præfati Prætor. in l. hæc necessaria. C. de nouo Codice componendo, & in l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Senatusconsultum Trebellianum, & in l. nā & Magistratus. ff. de arbitris, & notat Hostien. in ca. fina. in fine. de officio Archi. quem ibi sequuntur Cardinalis & Ioannes Andr. Anto. de But. Henric. Boic. in cap. à nobis, primo. num. 3. de sentent. excomm. Abb. in cap. cum dilectus. numero decimo. de consuetud. & in cap. quod super his. de maiortate & obedientia, & ibi Fely. nume. 2. cum sequen. Calderin. in cap. 5. in titu. de constitut. & Cardina. in clem. prima. §. fina. de reb. eccl. non alienand. Alberic.

in prima parte statutorum, in quæstione sexta. in l. formam. C. de officio Præfati Prætor. Ias. in l. omnes populi. in secunda lectura, numero vndecimo. ff. de iustit. & iure, & Pau. Paris. in consilio 27. numero 59. libro secundo. Barba. in consilio 21. in verbo sed istis non obstantibus. volumine tertio, & Iacobinus de sancto Georgio in l. prima. in lectura, numero 5. ff. quod quisque iuris. Io. Faber in §. sed quod Principi. institut. de iure naturali, Angel. Arer. in §. ius ciuile. institut. eodem tit. tandem hanc sententiam dixit esse communem Alexan. in l. prima. ff. quod quisque iuris, & in consilio 106. numero 2. volum. 2. & tandem hanc regulam cum octo limitationibus ponit Fely. in ca. quod super his. de maiortate & obedientia. nume. 2. cum multis sequen. & eandem regulam assignans ad eam octo rationes cum ampliationibus & octo limitationibus, & 25. illationibus ponit Henricus Botheus in tracta. de synodo Episcopi, conclusi. 8. primi articuli, nu. 36. vsque ad numerum 90.

Nec huic responsioni obstat, si dicatur ex aduerso, quòd hoc non fuit causa reuocationis dictorum statutorum, quia Episcopi Hispaniæ poterant facere præfata statuta in pœnam eorum, qui legem Mosaicam, seu sarracenicam obseruauerunt. nam t̄ Episcopus statuendo potest adiuuare ius commune, scilicet apponendo pœnam, vbi ius non imponit, vel aggravando pœnam à iure impostam, vt probatur in c. innotuit, & ibi Anto. de But. & Panor. de eo qui furtiuè ordinem suscepit, & in ca. 2. in §. statutum. de constitut. lib. 6. gl. in clem. ne Romani. in verbo tolli, de ele. quam sequuntur ibidem scriben. tes omnes, & ita tenet Panor. in c. cum dilectus. nu. 10. de consuetud. & in c. cum consuetudinis. num. 5. eodem tit. & in c. neminem. numero sexto. de offic. deleg. in c. licet. nume. 2. de officio ordinarij, & in capi. ex frequentibus. num. 5. de institut. & in ca. à nobis. il primo, in nota. primo. vbi est bonus textus de sententia excomm. & tenet Hostien. Ioann. Andr. Card. & Ant. de But. in c. fi. de offic. Archipresbyteri, Anch. in c. 1. in q. 1. de constitut. in repet. & in consil. 426. inci. viso & diligenter. Bald. in rubrica de constitut. vbi dicit, hoc ideo esse, quia Episcopus habet merum imperium. idem Bal. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iu. Imo. in c. ex tuq. de clerici. non resid. Hostien. in c. ex parte. 3. de verb. sign. Pau. de Cast. in l. non est nouum. ff. de legib. Gemi. & Præpositus in summa 18. dist. & in c. mancipia. in prin. §. 4. distinc. & Io. Faber in §. sed quod Principi. institut. de iure naturali, Ange. in §. ius ciuile. institut. eodem tit. Roman. in consil. 428. num. 7. Alexan. in consil. 55. nume. 1. §. volum. 4. Fely. vbi plura allegat in ca. quod super his. numero 90.

K de



de maiori & obedient. Rocch. de Curte tracta. de consuetud. nu. 27. & ratio huius regulae est, quia poenam apponere statutis dependet à iurisdictione, ut tenet Abba. in c. quae in ecclesiarum. nu. 6. in fi. de constitutionibus, & ibi Philipp. Deci. num. 37. & Fely. in c. irrefragabili. in §. ceterum. versi. limita 3. de offic. ordinarij. Sed Episcopus habet iurisdictionem imo merum imperium, ut in ca. si quis episcopus 2. q. 7. & ibi gl. 1. tex. in c. de persona, vndecima q. 1. notant doct. in c. cum contingat. de foro compet. Bal. & doctor. vbi Iaf. nu. 18. in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iudi. ergo, &c. & ita hanc regulam ponit Henricus Borheus in tracta. de synodo Episcopi, in 1. articulo. in conclus. 14. nu. 106. vsque ad num. 135. cum octo ampliat. & num. 135. vsque ad numerum 236. insert 46. Illationes ex hac regula.

63 Non obstat inquam hac replica, quia respondetur, quod tunc temporis posset Episcopus statuendo poenam imponere, ubi ius non imponit, vel aggravare poenam à iure impositam, quando esset delictum ex parte eius, contra quem ponitur poena, secus autem quando non esset delictum, prout est in casu nostro. nam si descendentes à iudeis vel sarracenis, qui Christiani sunt, & legem Christianam bene observant, non habent delictum, ex eo quod Praedecessores eorum observauerint legem iudaicam, vel sarracenicam, ab Episcopo non possunt puniri, excludendo eos medianibus dictis statutis à beneficijs ecclesiasticis. Vel secundò respondetur, quod tunc temporis posset Episcopus statuendo addere poenam, vel de nouo imponere, quando huiusmodi poena non esset prohibita à iure communi, prout in casu nostro prohibetur expressè à iure, quod non excludantur descendentes à iudeis, vel sarracenis ab ecclesijs vel beneficijs, ut supra latè ostensum est in hoc sexto fundamento, quia aliàs esset statueri contra ius canonicum.

64 Vel tertio respondetur, quod Nicolaus Quintus reuocauit statuta Hispaniae, quia erant communia & generalia in omnibus ecclesijs, ita quod non admittebantur ad aliqua ecclesiastica beneficia descendentes à iudeis, vel sarracenis, quod erat maximum inconueniens, ut supra dictum est num. 58. ex quibus plenè satisfit huic difficultati, quae insurgit ex praefatis diplomatibus Nicolai Quinti ad perpetuam rei memoriam concessis.

65 Adhuc tamen restat alia difficultas ratione huius fundamenti, nempe quod impugnant praedicta statuta Hispaniae affirmant, Paulum Tertium Pontificem maximum alias literas Apostolicas concessisse anno à Natiuitate Domini. Millesimo quingentesimo trigesimo septimo, quibus seuerè deterret superiores or-

dinis Praedicatorum ab hac generum distinctione in admittendis ad habitus receptionem his aut illis fidelibus, illicque reuocat omnes literas, quae quouis tempore contra hoc decreuerunt ab Apostolica sede emanassent, & dicunt etiam praedicti, esse alias literas eiusdem argumenti scilicet. rec. Iulij Tertij Pont. Maximi an. millesimo quingentesimo quinquagesimo, Potificatus sui anno primo, missas ad Praelatos ordinis Minorum, quibus praecipit, ut non ad habitum & professionem solum admittantur ex quacumque gente, sed ad omnia etiam munera & officia religionis sine vlla differentia generaliarum assumantur, modo virtute & religione propria digni ipsi sint, quibus talia commendentur.

Ad hanc tamen difficultatem responderi potest sicut ad praecedentem, nempe ad Nicolai Quinti diplomata responsum fuit, & praeterea aliter responderi, scilicet quod in Religionibus militat longè diuersissima ratio, & tunc à differentibus seu diuersis, vel separatis non fit illatio de vno aliud, ut probatur in l. fina. & ibi notatur. ff. de calumniatoribus, & in l. neque natales. C. de probation. & tenet Cyn. in l. ea lege. in tertia colum. C. de condi. ob causam. ubi ponit pulchrum exemplum, & Petr. de Anchara. in repetit. text. in cap. canonum statuta. in prima oppositione, de constitut. & probat text. in l. Quintus Mutius. secunda. §. argento ff. de auro & argento legato. ubi deciditur, argento omni uxori per testatorem, quod sum esset, legato, non deberi argentum, quod in credito est, & subiungitur ratio, quia illud, quod in credito est, non est suum, nec vendicari potest. sic etiam aliud est beneficium esse meum vel esse mihi debitum, & in clementi. Auditor, & ibi notatur, de rescrip. ergo non idem iuris est in vno quod alio, & idem probatur in capitulo, si tibi absenti. de praebend. libro sexto. & probat text. in l. naturaliter. §. nihil commune, & in l. permisceri. in princip. ff. de acquirenda possessio. & ibi notat Ioan. de Imola, & est text. in l. si maritus. prima. C. de donatio. inter virum & uxorem, & in l. Papienia. exuli. ff. de minoribus, & in l. interpositas C. de transactionibus, & in l. matrem. C. de probationibus, cum multis similibus. quod autem sit diuersa ratio in Religionibus, negari non potest, cum repellere descendentes à iudeis vel sarracenis à statu perfectiori, qui consistit in Religionibus propter tria vota substantialia, nempe paupertatem, castitatem, & obedientiam, sit longè diuersum, quam eos repellere tantum ab aliquarum Ecclesiarum Cathedralium beneficijs. ex quibus responsionibus omnino cessat sextum fundamentum pro hac parte negatiua adductum.

67 Septimò

67 Septimò pro hac parte negatiua facit quia huiusmodi statuta honori Christi, Apostolorum & omnium sanctorum derogare videntur, ac perinde censentur pugnare contra primum Decalogi praecipuum, & ita eorum iniquitas negari non poterit. quod autem praefata statuta honori Christi, & Apostolorum ac sanctorum omnium deroget, patet, quia eorum auctores videri volunt se meliori conditione natos etiam nobiliores secundum carnem esse, quam ipsum Christum, & sanctissimam eius matrem, & omnes Apostolos, qui quidem iudei fuerunt. & turpe ac odiosum & ignominiosum facere videntur aliqua consanguinitate benedictam Christi Iesu humanitatem attingere, longeque magis gloriosum ducere originem eis videntur ab Hercule quoque, Venere, aut Ioue (hoc est à quodam daemone) cum omnes dii gentium daemona sint, ut dicitur in Psalmo 95. quam ab ijs discedere, à quibus Dei filius naturam humanam accepit, ut inquit Dignus Paulus in Epistola ad Hebraeos in cap. 2. imò Aethnici summo in honore ponebant è suorum Deorum stirpe originem ducere. Vnde ille gloriabatur. & mi genus ab Ioue summo, & equidem credo genus esse Deorum. In Hispania autem nihil esse equè indecorum videtur, nihil magis probro dat, quam ad Christi genus posse pertinere, vsque adeo ut quem maxime irrisum velint, Christi cognatum appellare soleant, e contrario autem doctor gentium Paulus in epistola ad Romanos in cap. 9. hanc suam esse gloriam non dissimulat. Optabam (inquit) ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitae, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Res quidem misera & absurda videtur, quod pudet nunc pedes eiusdem esse materiae, ex qua caput suum constare sciant, si enim ecclesia corpus vnum est, si vnius corporis caput Christus, ut inquit Dignus Paulus in Epistola ad Ephesios in cap. 1. & quinto. cur nos, qui vix pedes dici meremur, corporis huius caput nostrum vique adeo erubescimus, singamus hic praesentes beatos Patriarchas Abrahamum, Isaac, & Iacob, ceterosque patres, in quorum semine, hoc est in Christo, & Paulus interpretatur, omnes gentes benedictae sunt, audiant illi patres praedicta statuta, quid enim existimamus de his censuros. Praeterea non Christus solum & Apostoli contemni videntur, verum Evangelistae omnes & 72. discipuli, & primitiae illae credentium, quibus ab Angelo dicitur. Viri Galilaei quid statis, ut ex actis Apostolorum capit. 1. de quibus paulò post in ca. 2. dicitur. Nonne omnes isti, qui loquuntur Galilaei sunt, & contemptui

esse videntur alij viri sancti, de quibus supra late dictum est in primo fundamento. Praeterea gentilis illa de Samaria mulier filios Israelis honore dignos pro se, suisque gentibus dicebat, ita ut illos dominos, se verò catellam à aedum micis saturandam confiteretur, nunc autem filij Dominorum micas à catellis mendicantes fame perire videntur hoc dumtaxat nomine, quod filij Israelis, & non ex gentibus sunt. Facit etià, quia in prima nascentis Euangelij Lucae, quando Christus erat doctor, & Apostoli discipuli, deinde etiam & ipsi magistri, numquam dubitatum est, an à iudeis orti admitti deberent ad baptismum & ecclesiam, sed illud potius est controuersum. An gentium populus esset ab Apostolis suscipiendus, quam tamen dubitationem non solum Paulus Doctor gentium sustulit dicens, eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, ut patet ex epistola ad Romanos in ca. 1. ex actis Apostolorum c. 11. ex quibus omnibus manifesta videtur iniustitia praefatorum statutorum.

68 Ad hoc autem septimum fundamentum facilis erit responsio, si consideremus duplici modo sumi hoc nomen iudei. Primo modo pro iudeis, qui legem Moysi obseruabant, quando ipsamet lex erat in praecipuo, nempe ante Christi aduentum, & eius mortem, ab his iudeis originem ducere non solum non est ignominiosum, sed est laudabile & maximo honore dignum. Ab his enim benedicti Iesus & eius mater, ac ceteri Apostoli, & Patriarchae etià originem duxerunt egregiam & laudabilem. & statuta praefata non loquuntur de his, qui originem ducunt ab istis iudeis. Alio & secundo modo sumuntur iudei pro illis iudeis, qui in lege Moysaica per tot saecula subtiliterunt maxime cum contumacia, postquam dicta lex Moysaica omnino cessauit, & casta fuit per Christi mortem, & eius nouum testamentum, legem euangelicam sufficienter promulgatam, & tales iudei non honore, neque laude digni sunt, sed vituperio, & de his iudeis & eorum descendibus & successoribus intelliguntur & loquuntur praefata statuta, non autem de primis. & ita cessat omnino hoc septimum fundamentum, quia Christus ex his secundis iudeis non descendit, nec Apostoli, nec Patriarchae praedicti, sed ex primis, & videnda sunt, quae supra diximus circa primum fundamentum huius partis negatiuae.

Octauò pro hac parte negatiua facit, quia praefata statuta naturae ac rectae rationi repugnare videntur, ergo iniusta, ac iniqua censeri debent. quod autem praefata statuta naturae ac rectae rationi repugnent primò probatur: quia honor cum sit praemium virtutis (teste Philosopho) rationi non congruit, ut cõpertos

K 2 &



& probatos virtutis armatores reijcias ab honoribus, & dignitatibus, easque conferas bonorum nepotibus, quia ¶ quamuis filij plerumq; parum virtutes & vitia imitentur, vt probat tex. in l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de edi lit. edic. cuius verba sunt. Qui mancipia vendunt, nationem cuiusq; in venditione pronunciant debent, plerumque enim serui natio, aut prouocat, aut deterret emptorem. Idcirco interest nostra scire nationē presumpsum etenim est, quosdam seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamatae, quosdā malos videri, quia ea natione sunt, quae magis infamis est, & vulgō dicitur, Philosophus philosophum generat. Vnde ex bonis nati tum natura, tum parentum exemplo, & imitatione, virtutibus praediti praesumuntur, vt inquit Lucas de Penna in l. mulieris. colum. 3. ver. 6. ex nobilitate. in fi. C. de dignitatibus lib. 12. & Matthæus de Afflic. in constit. Siciliae incip. post mundi. in 20. no tabili. & Pan. in ca. venerabiles. col. 2. de praeb. & Tullius in Oratione pro Publico Sestio. Vos (inquit) Adolescentes, qui nobiles estis, ad maiorum vestrorum imitationē excitabo, & multa adducit Andr. Tiraq. in tracta. de nobilitate, in c. 20. num. 20. cum seq. & Andr. Alcia. in tracta. praesumptionum, in regu. 1. praesumpt. 48. & vide infra num. 75. Tamen haec est quaedam praesumptio, & plerumq; fallit, quia experientia docemus, quod ex viris bonis mali saepissime nascuntur, & ita non est consideranda in dignitatibus, honoribus & ecclesiasticis beneficijs parentum ac maiorum bonitas, sed propria virtus, & mores ipsius, qui praeficiendus est. Sed si bene aduertamus, haec consideratio non offendit praedicta statuta natura & rectae rationi repugnare, quia quamuis descendentes ex iudaeis seu sarracenis ab honoribus, dignitatibus, & ecclesiasticis aliquibus beneficijs statutorum praedictorum occasione excludantur, non tamen praedictae dignitates, honores & beneficia denegantur probatis viris & bonis moribus praeditis, qui originem ducant ab antiquis Christianis. imo si ij, qui originem ducunt ab antiquis Christianis, bonis moribus non sunt ornati, dignitates, honores, & beneficia praefata non consequuntur, & ita non solum praedicta statuta non sunt contra naturam & rectam rationem, sed etiam naturam & rationem rectam coadiuant, quia requirunt bonitatem non solum in ipsismet, qui praeficiendi sunt, sed et in eorum parentibus, ac praedecessoribus, quia (vt supra dictum est) ex parentum & praedecessorum virtute praesumitur in successores.

70. Secundō, quod praefata statuta sint contra naturam, & rectam rationem probatur, quia ille, cuius pater latro, blasphemus, homicida, Romanusque vrbs direptor, & altarium sacrorum pra-

dator fuisse cognoscitur, sine vlla controuersia ad omnes ecclesiae honores adire permittitur, si modo ex antiquis Christianis maiores habet. Contra verō ille, cuius pater iustus, pius religionis & Euangelij obseruantissimus fuit, ad honores & dignitates ecclesiae & reipublicae aspirare non potest, hac tantum ratione, quod maiores eius olim ex iudaismo ad christianismū accesserint. Tamen haec etiam secunda consideratio non concludit, praefata statuta contra naturam, ac rectam rationem esse, quia facta fuerunt ad extirpandam iudaeorum ac sarracenorum sectam e dictis ecclesijs Hispaniae, & ideo excludit descendentes ab his iudaeis, & sarracenis tanquam suspectos erga paternos mores, & non habuerunt respectum ad alia vitia parentum, sed ad infidelitatem, quae grauior est quolibet alio peccato, quia longa experientia docuit, descendentes ex praefatis iudaeis, seu sarracenis maxime cum industria iustitiae, pietatem, religionem & euangelij obseruantiam simulasse hoc solo, vt honores & dignitates ecclesiae, & reipublicae consequerentur, obseruando in occulto parentum leges, ac ceremonias damnatas in maximū dedecus & detrimentum ecclesiae catholicae.

71. Tertiō, quod praefata statuta sint contra naturam, ac rectam rationem, probatur, quia iniustum est, quod Deus ad culpam non imputat, Dei ministros ad poenam, eamque acerbissimam imputare, & quod saeuieris est, vlciscantur genus ab Abraham traxisse potius, quam multis se flagitijs contaminasse. Sed haec etiam consideratio non concludit, praefata statuta esse contra naturam ac rationem rectam, quia quamuis Deus non puniat poena aeterna, nisi eum, qui culpam habet, nihilominus ecclesia solet punire quoad temporalia descendentes ex delinquentibus ex causa, & haec lex negari non potest, quod sit iusta, vt habetur in c. statutum. de haeret. lib. 6. & in c. 1. de scismat. lib. 6. & latius dicitur infra in fundamentis secundae partis affirmatiuae.

72. Quartō, quod praefata statuta sint contra naturam ac rectam rationem probatur, quia in Hispaniarum partibus nulli propemodum sunt noui Christiani ex iudaeis hoc tempore, qui adulta aetate ad baptismum venerunt, muli verō sunt, quorum progenitores ante annos trecentos fidem sunt amplexati, genusque suum per multa matrimonia cum nobilibus miscuerunt, ita vt ipsi iure optimo inter nobiles numerentur, & nobilitatem privilegij iam diu gaudeant, quibus sine dubio videtur per huiusmodi statuta iniuria atque contumelia fieri, quae eo indignior iudicatur, quod non tam a secularibus, & prophanis hominibus irrogatur, quam ab ecclesiasticis personis, & super ecclesiasticis functionibus proficiuntur. Haec etiam consideratio non con-

cludit,

cludit, quia non est verisimile, quod si progenitores per annos trecentos imo ducentos, & minus, recte Catholicam fidem obseruauerunt & iudaeorum seu sarracenorum ceremonijs & abominationibus contaminati non sunt, haberi possit memoria, quod ex iudaeis, vel sarracenis originem ducant, sicut non habetur memoria, a quibus originem ducant Romani, Franchi, ac Hispani, & aliae nationes, & omnes Christiani antiqui, cum certo sciamus, Dei ecclesiam ex populo Israelitico, ac gentili originem duxisse, & quamuis habeatur memoria praedictae originis, non excluduntur descendentes a iudaeis vel sarracenis ab alijs innumeris dignitatibus, & honoribus ac ecclesiasticis beneficijs extra dictas ecclesias, vbi sunt praefata statuta, & haec longa origo esset in causa, vt Romanus Pontifex posset dispensare contra praefata statuta, & sic possint praedicti obtinere honores, dignitates, & ecclesiastica beneficia in dictis ecclesijs. Vnde omnino cessat iniuria.

Quintō, quod praefata statuta sint contra naturam & rectam rationem probatur, quia naturae lex, & humana ratio iustitiam distributam sanxit, sed haec valde laeditur, cum bona communia, honores, & officia Reipublicae ratione personarum, & non meritorum distribuuntur, & tunc huiusmodi personarum acceptio genere suo peccatum est mortale, quod probatur, quicquid aueratur iustitiae, est genere suo lethale scelus, vt late defendit Dominic. de Soto, in lib. 3. de iustitia & iure. q. 3. per totam. nam cum iustitia necessaria sit virtus, quicquid illi obstitit, contrarium est charitati, atque adeo genere suo mortale, sed personarum acceptio iustitiae obstitit, quippe quae impedit legitimam, seruari rationem debiti, ergo est mortalis culpa. Quocirca licet Dignus Thom. in 2. 2. q. 69. in artic. 4. dixit, peccatum iniustitiae centeri in mortalium genere, tamen in rebus exigui momenti contingat esse tantum veniale, vt si quis amicū minus dignum praestantiori praeferet in electione ad officium, quod parū reipublicae refert, nam & qui minutam pecuniam turaretur, non subinde esset mortalis criminis reus, & ideo dixi, genere suo peccatum esse mortale personarum acceptio. Et hinc fit consequens, quod cum statuta praefata causam praebere videatur, vt honores, dignitates & officia, atque ecclesiastica beneficia non conferantur dignis & benemeritis, qui originem ducunt a iudaeis vel sarracenis repugnent naturae ac rectae rationi. Aduertendum tamen est, quod haec etiam consideratio non probat statuta praefata esse contra naturam ac rectam rationem. Imo in fauorem naturae ac rectae rationis, nam praesupposito (prout dictum est supra) quod beneficia & dignitates in dictis ecclesijs, vbi sunt

statuta praefata, conferri debent dignis & benemeritis hominibus, magis dignus iure optimo reputari debet is, qui propria virtute, & parentum simul pollet, quam is, qui propriam tantum habet virtutem, & ita minimè laeditur distributiva iustitia, neque descendentes ex iudaeis vel sarracenis, si bonis moribus praediti sunt & benemeriti, deficiunt alia innumera beneficia, quae illis conferri possunt. Imo subtilius considerando sicut maiora beneficia concedenda sunt secundum ius, personis, qui maioribus meritis iuuantur, ita conueniens videtur in Republica Christiana, quod sint ecclesiae & beneficia aliqua in signia, quae cessario concedenda sint benemeritis viris, qui originem ducunt a iudaeis vel sarracenis, digniores sunt, quia virtus erga fidem, quanto antiquior, tanto laudabilior, argum. text. in l. prouidendum in princip. ibi. aut meritum nobilissimum fecerit, aut vetustas. C. de postulando, & in l. secunda. ibi. vt is gradus ceteros antecedit, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecit anteire. C. de officio magistris officiorum, & in c. miramur. circa finem. 61. distinct. & in l. 1. & secunda. C. de praefectis praetorio, siue vrbs & magistris, & in l. vnica. C. de Comitibus & Archiatris sacri Palatii, & in l. vnicuique. in princip. vbi & nemini potius liceat, cum sit posterior tempore, locum praecedentis obire. C. de proximis sacrorum scripturam, & in l. fin. §. illud praecipue. C. de primicerio, libro 12. cum pluribus sequentibus, & alijs allegatis per Cepolam in suo tractatu de imperatore militum eligendo, in princip. ibi. quod autem dictum est ante illum versic. enumerat quinquaginta privilegia antiquitatis, & Ludouicus Romanus in l. h. verō §. de viro. ff. soluto matrimo. in quinquagesima quarta fallent. & probatur etiam in capit. fina. vigesima distinct. & in capitu. porrō Moyfi. 84. distinct. & in l. cum quid. ff. si certum petat. in secunda lectura, in penult. & vlti. columna, & multa in fauorem adducit Cassan. in cathologo gloriae mundi in decima parte, consideratione vigesima nona. & in vndecima parte, consideratione vigesima septima.

74. Et pro hac sententia facit, quia inter ciues, qui ex honestis & probis parentibus orti sunt & progeniti, honorabiliores sunt, ac ceteris praeferendi, vt resoluit multa in proposito adducens Cassan. in Cathologo gloriae mundi, in secunda parte, consideratione vigesima quarta. & in vndecima parte, consider. vigesima quinta, quia licet sua cuique mens sit, tamen pleraque sunt animi vires, quae simul

K 3 cum

cum corpore à parentibus transfunduntur, vt inquit gl. in verbo nō infamata. in l. q. si nolit §. qui mācipia. ff. de edi. edic. & in l. quisquis §. 1. in verbo in quibus. C. ad leg. Iul. Maiestat. & in c. venerabilem. §. eos, in verbo progenitores, de electio. & ibi Panor. col. 4. & facit tex. in au then. de referendarijs facti Palatij. §. pēn. & ibi gl. in verbo ex partib. col. 2. & in c. 1. 61. dist. & ita hæc præsumptio naturaliter inest pro filijs, & descendētib. ab honestis, & probis parentibus, vt probatur Esdræ lib. 4. ca. 9. qualis ager talia & femina, & quales flores, tales & tincturæ, qualis operator, talis & creatio, & qualis agricola, talis & cultura, & Matth. c. 7. & Luc. c. 6. scribitur. Non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere, & Ezechi. Prophetæ in c. 16. inquit. Sicut mater ita & filia eius. & Aristoteles etiam in libro 1. Politic. c. 4. ex quorundam sentētia ait. Sicut ex hominibus hominem, & ex bestijs bestia, sic ex bonis bonum generari, & lib. 3. c. 8. Cōstanteum est (inquit) ex meliorib. ortos esse meliores, & rursum in præceptis Rhetorices de causis civilibus. Nemini est obicium, qui ex bonis, clarisque parentibus nati sunt, eos cōstante fieri ius maiorib. non dissimiles, & libri Rhetoricorum ad Theodecten. Verisimile est (inquit) probum ex probis, & bene educatum in probi virū euasisse. & Fabius Quintilianus lib. 3. de argu. scribit. argumenta sapē à p̄sona & genere esse deducenda, nam similes parentibus, ac maioribus sui filij plerumq; creduntur, & non vnquam ad honeste turpiterque viuendum inde causā fluunt. & ideo vulgō dicitur. Mali colui malum ouum; pro uerbum, cuius meminit Gel. lib. 5. & illud Virgilianum lib. 8. Aeneidos. Gensque virum trinitis & duro robore nata, & multa alia adducit Andr. Tiraq. in ll. connubi. in l. 7. nume. 2. cum seq. quæ quidem omnia sanē intelligendā sunt, ita vt nulla imponatur necessitas ex partem descendētia, sed maneat verum liberum arbitrium.

Sexto, quod præfata statuta naturæ ac rectæ rationi repugnent, patet, quia omnes Christi fideles absque vilo discrimine generis decimas, primitias & aliās oblationes ecclesiæ debent & solunt in tota Hispania, ex quibus decimis, primitijs & oblationibus, dignitates, officia, ac ecclesiastica beneficia consistunt. Vnde contra rationem naturalem videtur, quod altera pars populi excludatur à p̄fatis dignitatibus, officijs & beneficijs, altera autem admittatur: nam si pater vnus hoster Deus est, si vna mater ecclesia, si fratres in hac fide omnes nos sumus. Vnde tanta disparitas, & iniustitia sustineri potest, & quare despicit vnusquisque proximum suum.

Aduertendum tamen est, quod hæc consideratio non probat, statuta præfata repugnare naturæ seu rectæ rationi. Quia quæuis decimæ iure diuino & naturali ministris spiritualium debite sint, vt probari videtur in c. parrochianos. de decimis, ibi. decimas non ab homine sed ab ipso Deo institutas fuisse, & text. in c. cum non sit. & in c. tua. eod. titu. de decimis, & in c. 1. de decimis, lib. 6. vbi Roman. Pontifex admonet maximo conatu prohibitione præmissa, ne concionatores quicquam populo prædicent, quo eū auertant à decimarum solutione, quam constitutionem excommunicationis pœna confirmat text. in clem. vlti. de pœnis, & hanc sententiā tenet Gratianus multa sanctorum testimonia adducens in causa 16. q. 7. per totā, & in c. reuertimini. 16. q. 1. & iuris naturalis ratio dicitur, decimas ecclesiarum ministris esse soluendas, cum hi laborent circa spiritualium administrationem, animarum fidelium curam exercent, ac pro plebe ipsa Christiana sacrificia offerentes summo Deo præces effundant. Vnde digni sunt mercedē suā, veluti legitime operantes, vt probatur Diui Matthæi ca. 10. & Diui Luc. c. 10. & in 1. epistola ad Timotheum. c. 5. & in 1. epistola ad Corinth. c. 9. & in c. cum secundum. de præb. & in c. 1. in §. his itaque. 13. q. 6. 1. & in c. ex his. 12. q. 1. Vnde nulla tam barbara gens esset, quæ sacerdotibus in communē totius Reipubl. vtilitatem Deum colentibus, mercedē laboris, bonaq; ex quibus alimenta sibi perciperent, non cōstitnat proculdubio quælibet respub. etiā solo naturalis legis lumine imbuta, maximā haberet curam, & sacerdotes alioqui egeni victū sibiq; necessaria ex publico instituto cōsequerentur. nā & apud Aegyptios sacerdotibus ex horreis publicis cibaria ministrabantur. Gen. c. 47. probatur, & primitiæ frugum, non tantum ab Israelitis, sed ab Ethnicis Deo offerri solerent, tradit diligenter Tiraq. de primogenijs in præf. nu. 6. sed & olim Herculi decima etiā dabatur, quod constat ex Varrone lib. 6. de lingua latina, & Plutar. in problemat. Romanis c. 17. & alijs plerisque auctoribus, apud Arabes etiam Sabi Deus fuit, cui thuris decimas mensura non pondera sacerdotes accipiebant. Teste Plinio libro 12. ca. 14. quamobrem iure naturali tantum inspecto ecclesiasticis ministris decima debita videtur, & ideo quibusdam visum est, præceptum de decimis soluendis Leuiticis non omnino ceremoniale, aut iudiciale, sed morale fuisse, atque sub lege etiam Enangelica omnino vigere, neque antiquatum esse. Præterea vltra præfata fundamenta, quod decimæ hodiè iure diuino & naturali debeantur, tenuit gloss. Archidiacon. Ancharan. & alij scribentes in capitu. primo. de decimis, libro 6. Innocen. in ca. vlti.

de

de parrochijs, & Ioan. Andr. in rubri. de decimis, & idem in c. a nobis. Anto. in c. parrochianos. col. 2. & Abb. in c. in aliquibus. col. vlti. de decimis, & Alex. in consi. 60. in lib. 4. quorum opinio communis est secundum Phil. Franc. in d. c. 1. de decimis lib. 6. idcirco scribit Inno. in d. c. vltimo. esse quasi hæreticos eos, qui affirmant decimas etiā sub lege gratiæ non esse debitas iure diuino, sed tantum positio, & quamuis alij scribentes aliter sentiant, vt multa adducens refert Didacus de Couarru. lib. 1. variarum resolutionum c. 17. nume. 2. cum multis seq. tamen hoc est cōstantissimum, quod iure naturali & diuino legis euangelicæ clericis debita est à laycis ea pars fructuum, quæ ad eorum alimenta, congruamque sustentationem, dum spiritualia administrant, necessaria sit in laboris impēsi iustam mercedem, siue hæc pars sit decima, siue vndecima, siue alia pars, vt soluit multa adducēs Dominicus de Soto in lib. 9. de iustit. & iu. q. 4. articu. 1. per totum, & Didac. de Couarr. in d. c. 17. nu. 2. & 3. & 4. Vnde ad propositum solutionis deueniēdo, licet decimæ præfate debeantur ministris spiritualium, ea rōne debentur, vt spiritualia administrent, non autem vt beneficia ex decimis, oblationibus instituta conferantur ipsi soluentibus, vel eorum filijs, aut descendētib. aliās sequere tur absurdum, quæ etiam si ipsi indigni sint, debeantur beneficia, quod nequaquam erit concedendum. Et vltius potest responderi, quod quamuis beneficia ex decimis, & oblationibus instituta debeantur eas soluentibus, seu eorum descendētib. non tamen repugnat naturæ, seu rectæ rationi, quod ex his decimis & oblationibus aliqua erigantur beneficia auctoritate Apostolica, quæ non nisi descendētib. ex antiquis Christianis cōferantur tanquā dignioribus.

76 Restat, quod dicitur decimæ & alia bona ecclesiastica, attentā institutione pauperum alendorum onus habeant, nā bonorum ecclesiasticorum natura ab initio nascentis ecclesiæ, ab Apostolis constituta, & per manus ad posteros transmissa, duplicem vsum prospicere videtur, diuini scilicet cultus exhibitionem; & pauperū fidelium victum, vt inquit Diuus Gregor. in c. quia tua fraternitas. 12. q. 1. omne, quod super est necessitatibus, in causis pijs ac religiosis erogandum est domino, magistro dicente. Omne, quod super est, dare elemosynā; & probatur in c. aurū habet ecclesia. 12. q. 2. & Diuus Hieron. in c. gloria Episcopi. 12. q. 2. & probatur ex actis Apostolorum in c. 2. prope fin. & in c. 5. & 6. ex quibus colligitur, illos fideles primos veditisse sua bona, & dedisse Apostolistanquā Christi Vicarijs, & eius réagentib. pretia illorum, vt alerentur ex eis fideles egeni. & certū est, eorum successores cū eodem modo & que-

re retinuisse prædia, quæ postea seruarunt inuedita, vt futuris necessitatibus prouiderent, id quod clarè etiam probatur ex Melchiria de Papa in c. futuram. 12. q. 1. & ex c. videntes. eadē causa & quest. & in c. res ecclesiæ, & in cap. Episcopus. 12. q. 1. cuius verba sunt. Episcopus si contentus his, scilicet victu & vestitu minimè fuerit, conuertat autē res ecclesiæ in suos necessarios vsus &c. synodo Prouinciæ pœnas persoluat, & probatur in c. præcipimus. eadem causā & quest. ibi. indigentib. omnia dispenfentur, & in c. fi. 16. q. 1. & in c. quod autem. 23. q. 7. & in c. conuenior. eadem causā q. 8. & in c. reuertimini. 16. q. 1. vbi Diuus Hyero. ait. Deum in pauperibus, si non accipiant elemosynas, defraudari, eo quod decimæ & primitiæ sunt Dei possessiones, & in ca. decimæ. eadem causā & quest. vbi August. inquit. decimas esse tributa egentium animarum, & quæ eas dare nolētes, tot animas videntur occidere, quot mortui fuerunt egestate, esseque illam rē à Deo pauperibus delegatam, & probatur etiam ex Diuo Clemēte Papa simul & martyre ac beati Petri discipulo in lib. 2. in c. 19. de constitut. Apostolicis, vbi ait. decimas & primitias ad hoc fuisse datas ecclesiæ in hæc verba. homo Dei, scilicet Episcopus, quæ ex decimis & primitijs secundum mandatum Dei datur, rectè dispenfet orphanis, viduis, afflictis, peregrinis, egentibus, vt qui habet Deum harū rerum rationē repositentem, & paulo post. omnibus egentibus. cum iustitia tribuentis, ipsiq; his vtentes, sed non abutētes, comedentes de his, sed non soli vorātes, egenisq; impatientes, & in lib. 8. c. 39. ibi. etiam præcipio, decimas offerri ad victum reliquorū clericorum, virginum, ac viduarū, & eorū, qui sunt paupertate oppressi. Ex quib. omnibus clarissimè probatur, decimas, oblationes, primitias, ac alia ecclesiastica bona hoc onus alendorū pauperū habere annexū, ac perinde pauperib. omnibus æqualiter esse subueniendum, siue à iudicis, siue ab antiquis Christianis descendant. Quod quod onus videtur defraudari, si equaliter præfata beneficia non distribuantur inter pauperes descendētes ex iudejs, sicut inter pauperes descendētes ab antiquis Christianis. Sed hæc difficultas minimè obstat, quia respondendum est, quod quamuis præfata beneficia, vbi sunt præfata statuta, non conferantur descendētib. ex iudejs, non tū ex hoc defraudatur præfatum onus, quod habet beneficia, & bona ecclesiastica, nā ipsi beneficiarij tenentur de his, quæ superflua sunt, deductis sibi necessarijs, elemosynam facere pauperibus, quam quidē poterunt facere ipsis descendētib. ex iudejs vel saracenis, hoc. n. nō negant, neque prohibent statuta prædicta, & sic cessat omnino hæc difficultas, & prædictum octauum fundamentum.

K 4 Nond

77 Nonò pro hac parte negatiua facit, quia ¶ il la statuta, quæ contra sacræ scripturæ auctoritates & diuinâ legem sunt, sine dubio sunt ini- qua & iniusta, at verò præfata, statuta sunt con- tra sacræ scripturæ auctoritates, & legem diui- nam, ergo sine dubio iniqua, & iniusta sunt. ¶ autem præfata statuta sint contra sacræ scrip- turæ auctoritates, & legem diuinam clarè proba- tur, quia cum in ipsa nascētis ecclesiæ origine Romæ dissidium hinc persimile exarsisset, in- ter nouos ex Israelitico, & gentili populo chri- stianos, dum vtraq; gens alteram contemnens, sese illi præferre conaretur. Sanctissimus Apo- stolus Paulus, non modo neutri parti fauit, aut sese adiunxit, sed miro studio vtriusque partis animos componere & sedare diuina illa Epi- stola ad Romanos data nixus est. in qua quidē, ac alijs non paucis epistolarum suarum locis, fideles omnes docuit ex omni gente, & natio- ne ad baptismum vocatos in vnum corpus coi- re sub vno capite Christo, apud quem nulla est distinctio iudæi & græci, nulla, prorsus exceptio personarum, hanc Apostoli mentem, hoc dissi- dium honorum adipiscendorum sustulisse illa epistola Diui Hieronymus & Aug. Anfelmus, & Abulensis etiam affirmant, mirum sanè est, quanta dexteritate nunc Israelitas deprimat, nunc erigat, vt æqualitatem in vtroque popu- lo stabiliret. numquid (ait) Deus repulit popu- lum suum? absit, numquid sic offenderunt, vt caderet &c. quæ longum esset recenseri. & idē Apostolus in dicta epistola ad Romanos, c. 10. inquit, non est distinctio iudæi & græci, nam idem Dominus omnium Deus in omnes, qui inuocant illum, & in eadem epistola in c. 2. in- quit, gloria & honor, & pax omni operanti bo- num, Iudæo primùm & Græco, non enim est exceptio personarum apud Deum, & in episto- la ad Galatas in c. 6. inquit. In Christo Iesu nec circumcisio aliquid valet, nec præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. & idē Pau- lus in epistola prima ad Thimotheum, in c. 1. in- quit, rogavi te, vt denunciare quibusdam, ne aliter docerent, nec intenderent fabulis, & ge- nealogiis interminatis, quæ quæstiones præstāt magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fi- de. & in Epistola ad Titum, in c. 3. inquit. stul- tas quæstiones, & genealogias, & contentiones & pugnas legis evita, sunt enim inutiles & variæ, & ad Galatas in c. 3. inquit, quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis, non est Iudæus, nec Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque femina, omnes enim vnum estis in Christo Iesu, super quæ ver- ba Diuus Hieronymus inquit, nec Iudæus id- circo melior est, quia circumcisus, nec gentilis ideo deterior, quia præputium habet, sed pro qualitate fidei, vel Iudæus, vel Græcus melior,

vel deterior est. & idem Paulus in epistola secū- da ad Ephesios docens, quales fuerimus ante baptismum inquit. Eramus natura filij iræ, & ad Galatas 3. docens, quales suscepto bap- tismo facti sumus, inquit. Omnes filij Dei estis per fi- dem, quæ est in Christo Iesu, quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis, quomodo ergo ad communionem Christi, quasi non habentes vestem nuptialem excludendi sunt, qui Christum induerunt? Et de mini- stris ecclesiæ à sponso Christo datis verba faci- ens Apostolus Paulus inquit in epistola ad Ephesios c. 4. ipse dedit alios quidem Aposto- los, quosdam autē Prophetas, alios verò Euan- gelistas, alios autem Pastores, & doctores ad consumationem sanctorum in opus ministre- rij, in ædificationem corporis Christi, & ibi de nationibus nulla fit mentio, nec de his aut illis profapsijs ab ecclesiæ functionibus exclu- dendis, & idem Diuus Paulus in epistola ad Ephesios in capitu. 2. inquit. In Christo Iesu vos, qui aliquando eratis longè, facti estis pro- pe in sanguine Christi. Ipse enim est pax no- stra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceræ soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuās, vt duos condat in semetipso in vnum nouum homi- nem, faciēs pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem in interficiens inimici- tias in semetipso, & veniens euangelizauit pa- cem vobis, qui longè fuistis, & pacem ijs, qui prope genēs. Igitur qui longè erant à Deo, & Israelitas, qui prope erant, ad cōcordiam reuo- catos, reconciliatosq; per Christum, quis tam potens est, qui possit, quis tam audax, qui cone- tur distinguere quis, nisi discordiæ filius, ten- tet has inimicitias à Christo Deo interfectas, & extinctas suscitare, & fœdera duorum popu- lorum turbare, quæ tantis impensis à Christo sancita sunt. & Iacob, in epistola Canonica in ca. 2. inquit. fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ, etenim si introierit in conuen- tum vestrum vir, aureum anulum habens in veste candida, introierit autem pauper in for- dido habitu, & intendatis in eum, qui indu- tus est veste præclara, & dixeritis ei. tu sede hic, bene, pauperi autem dicatis, tu sta illic, aut sede sub scabellum pedum meorum, non- ne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iu- dices cogitationum iniquarum, si ob diuitias potetē virorum inopi ante tulistis &c. & idē Diuus Paulus in epistola 2. ad Corinth. in c. 3. in epistola 1. ad Corinth. in capitu. 1. inquit. Vtinam intelligant, quod spiritus est, qui vi- uificat, caro autem & sanguis regnum Dei non possidebunt, qui enim inquit idem Paulus in epistola ad Galat. in c. 6. in carne seminavit,

de

de carne metet corruptionem. & in actis Apo- stolorum cap. 10. vas linteum vidit Apostolo- rum Princeps de cœlo dimitti, in quo omnia quadrupedia, & serpenta, & reptilia contine- bantur, nimirum lege prohibita animalia, au- diuit. Petre occide & manduca. Is autem cibū abominatus, absit Domine, inquit: quia nun- quam manducaui omne commune, & immun- dum: sed diuina vox iterum, quod Deus purifi- cavit, tu commune ne dixeris &c. Et præterea inter excelsas laudes, & sanctæ Ecclesiæ Dau- di Regi diuinitus ostensas illè, mirè commen- datur, quod nullo prorsus discrimine omnes essent nationes, & populos amplexura: cum. n. dixisset. Fundamenta eius in montibus san- ctis &c. addidit, gloriosa de te dicta sunt Ciui- tas Dei. Memor ero Raab, & Babilonis scientiū me. Ecce alienigenæ, & Thyru, & populus Æ- thiopum, hi fuerunt illic, ac si apertè diceret, nullam ecclesiā gentem, nullam nationem re- probat, modò sincera fide, & charitate non fi- cta Christum cōfiteatur. Et hoc fuit, quod linguis omnium gentiū nascente euangelica luce Apo- stoli loquebantur: vt habetur in actis Apo- stolorum in c. 2. & in eodem c. habetur, quod creden- tium erat cor vnum, & anima vna, & possessio- nes, & propriam substantiam vendebant, & di- uidebant omnibus, prout cuique opus erat, & idem Paulus in prima Epistola ad Corinthios, in c. 1. inquit. Nunquid Christus diuisus est? nunquid semel pro gētium populo, iterum p- Hebræis mortuus est? & Diuus Ambrosius sup- frequens illud Apostoli verbum. Iudæo primū & Græco. Iudæum Gentili antepōnit prærogati- ua patrum: vt autem conoratur primus, aut dā- netur: quia credens propter Abraham honori- ficentior est: diffidens autem peius tractandus est: quia bonum promissum patribus refuta- uit. & hinc est, quod vt habetur Exodi cap. 18. consilium Ietro de electione Magistratum, q. populo ius dicerent, Moyſi valde placuit, vbi dicit. Provide tibi viros de omni plebe poten- tes, & timentes Deum, super quem locum glos- sa ibi declarat, sine acceptione personarum. & Thobiæ cap. 5. habetur, quod roganti Thobiæ. In- dica mihi de qua domo, quod ad qua Tribu es tu. Respondit Angelus Raphael, genus queris mercenarii, an ipsum mercenarium, quasi dice- ret, si opera mercenarii tantummodo tibi est necessaria, cur ad genus, quod ad rem nou facit, animum adiicis? Et hinc est, quod Christus nō præferbat gentes Iudæis: cum aiebat lo. cap. 4. salus ex Iudæis, ac iterum Mathei cap. 8. dicit. Venient ab Oriente, & Occidente, qui recum- bent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum. At regnum cœlorum militantem et Ecclesiam dici patrum sententiæ docent, & ha- betur Lucæ. cap. 14. quod Christus à schola sua

abigit tanquam ineptum discipulum eum, qui non odit patrem, & matrem suam. volens nimi- rum fideles à carnali affectu, atque gloriatione ad spirituales cognitionem traducere, qui igi- tur in carne, & sanguine tantum glorianantur, vt præ ceteros omnes despiciant, & conculcent, quantumuis pios, prudētes, doctos, & in Chri- sto Iesu benemeritos, hi quomodo patrem ode- runt, & Marci cap. vlt. inquit. Euntes in mun- dum vniuersum prædicare Euangelium omni creature, & Ioan. c. 17. Christus orabat patrē: vt fideles omnes vnum essent, quemadmodū filius ipse cum patrē vnum est. Ex quibus om- nibus auctoritatibus, & alijs breuiter causa ommissis clarè patet, præfata statuta esse contra sacram scripturam, ac legem diuinam, & ita quod sunt iniqua, & iniusta per consequens probatur.

78 Breuiter tamen multis ommissis responden- dum est dupliciter ad hoc nonum fundamen- tum. Primò respondetur, quod omnes auctorita- tes: supra adductæ minimè obstant: quia loquū- tur de his, qui ad fidē Catholicam, & Religio- nem christianam vocandi sunt, & admittendi, in quo quidem, vt ipse auctoritates dicunt, nō est faciendā distinctio Iudæi, & Græci, seu Gen- tilis, sed omnes equaliter sunt admittendi nul- la facta distinctio. Imo ipsi apostatæ ac here- tici toties quoties voluerint, erunt benignè ad mittendi ad fidem, non habito respectu, quod ab ea decesserint. statuta autem præfata loquū- tur casu diuerso, & separato, nempe in admit- tendis Christianis ad officia, dignitates, & be- neficia ecclesiastica, in quo casu diuersissima est ratio à casu præcedenti, in quo loquuntur præfata omnes auctoritates, & ita diuersum debet esse ius: vt supra in præcedentibus dictū est, & probatur ex his, quæ adducit loco ser- monē Euerardus in locis legalib. in loco. 18. à separatis differentibus seu diuersis, & ita non potest de vno casu ad alium argumentum de- duci.

Vel aliter & secundò respondetur, quod 79 Iquamuis præfata auctoritates probarent, nul- lam esse faciendam distinctionem inter Iudæos, & Græcos in conferendis honoribus, dignitati- bus, ac ecclesiasticis bñficiis: nihilominus sta- tuta præfata non censentur contra sacram scri- pturam, & legem diuinam, quod probatur: ga- tempore nascētis Ecclesiæ nulla erat ratio dif- ferentiæ inter Iudæos, & Gentiles, seu descendē- tes à Iudæis, & gentilibus: quia cum lex Euan- gelica de nouo esset promulgata post mortem Christi in antiquitate oēs erant æquales. Imo si ex aliqua ratione Iudæus aut Gentilis esset præ- ferendus, Iudæus erat preferendus Gentili: nā Iudæus obseruabat legem à Deo datam, & ob- seruari mandata, gentilis autem non. At ve-

rò

hodie est diuersissima ratio: quia Iudei de re-  
licta lege Evangelica contumaciter reasumpse-  
runt Iudaicam legem, quae omnino per Chri-  
sti mortē cessauerat, & sub eadem lege Mosay-  
ca per tot saecula vsque in praesens vitam ege-  
runt, & quamuis multi ex iis modo ad legem  
Euangelicam conuertantur, plures ex ipsis ( vt  
experientia docuit in Hispania ) ac eorum descen-  
dentes reassumunt patrios mores, ac legem Iu-  
daicam, & simulat se sub lege Evangelica viue-  
re in maximum detrimentum, ac ignominiam  
Christianae religionis, ac legis euangelicae, quae  
omnia vt cessent, iuste statuta praefata per sedē  
Apostolicam sunt confirmata, nemo quippe  
dubitat Pontificem Romanum posse ius et  
diuinum interpretari.

Ex qua interpretatione constabit, ius illud  
ad casum aliquē non extendi: vt inquit Diuus  
Thomas in quodlibet 4. in articulo 13. & in  
quodlibet 9. in articulo 15. & in 2. 2. q. 54. ar-  
ticulo. 5. & Fortunius in l. veluti. ff. de iustitia,  
& iure, col. 7. & Ang. in verb. Papa, & Card. à  
Turris cremata in summa de Ecclesia, in lib. 2.  
c. 107. & Diuus Thomas in 1. 2. q. 47. articulo  
4. ad tertiam, & Io. Maior in 4. distin. 24. q. 12.  
Syluester in verbo Papa. q. 16. Paris. in consil.  
68. num. 199. vol. 4. & Io. Driedo de libertate  
Christiana, pag. 204. & multa adducens tenet  
Covarr. in lib. 4. de sponsalibus, in 2. parte, in  
c. 6. in §. 9. num. 2. cum seq. & Bernardus Diaz  
in reg. 52. 5.

Alia multa fundamenta pro hac parte nega-  
tiua adducere possem: sed quia leuiora sunt p-  
dictis, & quae minimē concludunt, ea ex pro-  
fesso missa facio. Non tamen omitto, quod ali-  
qui viri non minimē auctoritatis reputant ini-  
quum, has distinctiones generis in Ecclesia to-  
lerari, ex quo aperte damnant praedicta statuta  
& ea iniqua, & iniusta reputant, non tamen fa-  
cta mentione, quod fuerint per sedem Aposto-  
licam confirmata, inter quos fuit Alphonus de  
Carthagena Burgenſis Episcopus in suo de-  
fensorio vnitatis Christianae, & Thopius Epi-  
scopus Cöchenſis in peculiari tractatu de hac  
re facto, & Ambrosius de Oropeſa generalis  
ordinis Sancti Hieronimi in libro, cui titulus  
dedit, lumen ad reuelationem gentium, Caril-  
lus Archiepiscopus Toletanus, & Abulenſis  
ille Episcopus, quem vulgò Toſtatum appellat  
in Leuitico in c. 19. in q. 32. & Cardinalis San-  
cti Xisti in summa, distin. 48. & in c. consti-  
tuit. 17. q. 4. & Praepositus in summa, dist. 48. &  
aperis verbis haec statuta damnat Doctor Mò-  
tal. in l. 2. in verbo Tornadizo. tit. 3. in lib. 4. fo-  
ri, vbi ad finem intehit contra Ciuitatem To-  
letanam, vbi est hoc statutum, sic dicens. O er-  
go gloriosa Ciuitas Toletana propter Ciuium  
tuorum malitiam tua gloria redditur sine glo-

ria, sua stabilitas vocatur instabilis, tuaque cō-  
stantia antiqua soliditas linguis hominum vo-  
catur infirma. Imo idem Montaldus ibidem  
affirmare vsus est, huiusmodi statuta diuisio-  
num haeretica esse, & scandalosa, & nouissime  
Didacus ille Perez, qui fecit glo. ad leges ordi-  
namenti Hispaniae in l. 9. in tit. 1. in lib. 1. ordi-  
namenti inquit haec verba. Infer tur statutum,  
ne nouiter ad fidem conuersi possint habere  
Ecclesiastica beneficia. Inhumanum esse, & ty-  
rannicum, & contra fidem Christi: non enim  
est Iudaeus, sed iam Dei gratia Christianus &c.  
Imo nostra tempestate non praefuerunt alii viri  
vulgò docti reputati, qui praefata statuta viti-  
bus, & posse damnare conati sunt, & iniqua, in-  
iusta ac scandalosa dicere, non ignorantes praer-  
fata statuta confirmata fuisse à sede Apostolica  
in omnibus illis Hispaniae Ecclesiis, vbi sunt in-  
obseruantia, quorum audacia, quam temeraria  
& absurda atque abominabilis, & scismatica  
sit, quilibet sanae mentis, & generis, & qui bene  
de fide catholica, & etiam summi potestate Pō-  
tificis senserit, iudicare facile poterit: nā omni-  
sa disputatione de summi Pontificis potestate  
circa praefata statuta confirmanda, de qua dubi-  
tare nefas est, argumenta supra adducta p hac  
parte negatiua minimē cōcludunt, vt ex supra  
adductis clarissime patet.

82. Illud autem non omitto, quod impugna-  
tes praefata statuta ea esse omnino reuocata per  
Basiliensē Concilium, quod sub Eugenio III.  
celebrari coepit, vt praetendunt ex sess. 20.  
eiusdem Concilii, cuius verba sunt. Si quis eo-  
rum ad fidem catholicam conuerti voluerit,  
bona sua quaecumque habent mobilia ei inta-  
cta, illa quoque permaneat, quod si huiusmodi  
bona ex vltura, aut illicito quaestu fuerint acqui-  
sita, ac nota sunt personae, quibus foret de iure  
restitutio facienda: quia (vt ait Augustinus)  
nō dimittitur peccatum, nisi restitatur abla-  
tum, illis restitui omnino oportet, his verò per  
sonis non extantibus: quia talia per manus Ec-  
clesiae in pios essent vsus conuertenda: Haec sa-  
cro sancta synodus vicem gerens vniuersalis Ec-  
clesiae in fauorem concedit suscipere baptisma-  
tis, tanquam in pium vsum apud ipsos reman-  
ere debere, sub poena diuini anathematis, tã ec-  
clesiasticis, quam saecularibus interdicens, vt  
nullam super his quouis quaesito colore, vel in  
genio molestiam inferant, aut inferri patiant,  
sed magnum se fecisse lucrum existiment, dum  
tales Christo lucrati fuerint, & quonia (vt scri-  
ptum est) qui habuerit substantiam mundi hu-  
ius, & viderit fratrem suum necessitatem habe-  
re, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo cha-  
ritas Dei manet in ipso, si ipsi conuersionis tē-  
pore inopes, aut indigentes fuerunt, per visce-  
ra misericordiae Dei nostri, omnes tam eccle-  
siasticos

, quam saeculares haec sancta synodus  
exhortatur: vt ipsis conuersis manus porrigat  
adiutrices. Ipsis quoque dicebantur non solum  
Christianos ad subueniendum illis exhorten-  
tur, sed tam de redditibus ecclesiarum, prout  
potuerint, quam de his, quae ad pauperum vsus  
per ipsos conuertenda deuoluuntur, huiusmo-  
di neophitos sustentare non negligant, ipsosq;  
à detractionibus, contumeliis paterna affectio-  
ne defendant. Et quoniam per gratiam baptis-  
mi ciues sanctorum, & domestici Dei efficiun-  
tur, & haeredes, longeq; dignius sit regenera-  
ti spiritu, quam nasci carne, hac edita lege sta-  
tuimus: vt ciuitatum, & locorum, in quibus sa-  
cro baptismate regenerantur, priuilegiis, liber-  
tatibus, & immunitatibus gaudeant, quae ratio-  
ne dumtaxat natiuitatis, & originis alii conse-  
quuntur. Curent in super sacerdotes baptizan-  
tes, & hi, qui de sacro fonte suscipiunt, tam an-  
te baptismum, quam post illos in articulis fi-  
dei, ac legis noiae preceptis, catholicaeque Ec-  
clesiae ritibus diligenter instruere, & tam ipsi  
quam Dioecelani operam dent, ne cum Iudaeis,  
seu infidelibus, saltem per longum tempus pe-  
nitus conuersentur, ne, sicut contingit ab inſir-  
mitate nouiter curatis, modica occasio ad pri-  
stinaam perditionem reciduos efficiat. Et quo-  
niam experientia teste, mutuam inter se neo-  
phitorum conuersationem, ipsos in fide nostra  
fragiliores reddere, ac saluti ipsorum plurimum  
officere compertum est, exhortatur haec sancta  
synodus locorum ordinarios: vt quantum pro  
incremento fidei viderint expedire, curent &  
studeant, neophitos ipsos cũ originariis Chri-  
stianis matrimonio copulare, prohibeatur &  
his neophitis sub grauioribus poenis, ne mor-  
tuos more Iudaeorum sepeliant, aut sabbata,  
aliasq; solemnitates, & antiquae sectae ritus quo  
quo modo obseruent, sed Ecclesias, & practica-  
tiones nostras prout alii fideles frequentet, &  
in omnibus se Christianorum moribus cōfor-  
mes reddant, contemptores autem praefatorū  
per sacerdotes, in quorum parrochia sit fuerint,  
aut alios, ad quos de iure, vel antiqua consue-  
tudine de talibus inquirere spectat, etiam per  
alios quoscumque de dioecelans, seu inuisitatori-  
bus haeretica prauitatis deferantur, & inuoca-  
to (si opus fuerit) auxilio brachii saecularis, per  
eos taliter puniantur, quod & aliis transeat in  
exemplum. De his omnibus in Consiliis Pro-  
uincialibus, & synodalibus diligens fiat inqui-  
sitiō, & tam circa Episcopos, & sacerdotes in p-  
missis negligentes, quam ipsos neophitos, & in-  
fideles praefatorum contemptores oportunū  
adhibeatur remedium. Si quis autem cuiuscū-  
que gradus, vel praeminentiae huiusmodi neo-  
phitis, ne ad obseruationem ritus Christiani,  
seu alienius praemissorum cōpellantur, faueat

atque defendat, poenas contra fautores haeretico-  
rum promulgatas incurrat. Neophiti verò si  
se corrigere post canonicam monitionem ne-  
glexerint: cum ad vomitum iudaizantes redi-  
re comperti sint, contra eos, tanquam perfidos  
haereticos secundum sacrorum canonum insti-  
tuta procedatur. Si qua verò ipsis Christianis  
aut Iudeis fidelibus, vel infidelibus indulta seu  
priuilegia per quoscumque ecclesiasticos seu  
saeculares cuiuscumque status, seu dignitatis,  
etiam si Papalis, vel Impetialis existant, conces-  
sa iam sint, vel in futurum concedi contingat,  
vergencia quoquo modo in detrimentum Ca-  
tholicae fidei, aut nominis Christiani, seu quo-  
rumcumque praemissorum, haec sancta synodus  
cassa, & irrita esse decernit, decretis, & constitu-  
tionibus Apostolicis ac synodalibus, quae sup-  
praemissis condita sunt in suo robore duraturis.  
Et vt huiusmodi sanctae constitutionis iugis  
memoria habeatur, & ne quisq; ipsius igno-  
rantiam praetendere possit, iubet haec sancta sy-  
nodus, vt per singulas cathedrales, & collegia-  
tas Ecclesias, aliasq; pia loca, in quibus vberior  
est fidelium cōcurſus, semel in anno ad minus  
infra diuina promulgentur. Datum in sessione  
publica ipsius synodi in Ecclesia maiori Basili-  
ensi solemniter celebrata septimo idus Septem-  
bris anno à Natiuitate Domini millesimo qua-  
dringentesimo trigesimo quarto. Ex qua sessio-  
ne impugnantēs praefata statuta certo certius  
credunt ea omnino esse reuocata, & cassa atq;  
irrita, ponderado illa verba ibi. sed tam de red-  
ditibus ecclesiarum, & illa verba, vt ciuitatum  
& locorum, in quibus sacro baptismate regene-  
rantur, priuilegiis, libertatibus, & immunitati-  
bus gaudeant, quae ratione dumtaxat natiuitatis,  
& originis alii consequuntur, iuncta clau-  
sula reuocatoria contrariorum priuilegiorum  
ibi, si qua verò.

Est tamen aduertendum, quod hoc decretū  
dicti Concilii Basiliensis nullo modo facit cō-  
tra praefata statuta, neque ea reuocat, seu irri-  
tat, vel cassat, vt impugnantēs statuta praefata  
credunt. nam illa verba, sed tam de redditibus  
ecclesiarum &c. nullo modo intelligi possunt  
de beneficiis ecclesiasticis ipsis neophitis con-  
ferendis, sed intelliguntur de illis redditibus  
ecclesiarum, qui in vsus pauperum sunt distri-  
8) buendi, nempe quia secundum ius canonicū  
de redditibus Ecclesiae, vel oblatione fidelium  
quarta pars cōcedenda est Episcopo, alia quar-  
ta clericis ministrantibus, alia quarta fabricae  
Ecclesiae, alia & vltima quarta est inter paupe-  
res distribuenda, prout claris verbis probatur  
in c. concesso. 1. 2. q. 2. cuius verba sunt. Reddi-  
tus, & oblationes fidelium in quatuor partes  
diuidat, quarum vnam Episcopus sibi ipsi reti-  
neat, alteram clericis pro officiorum suorum  
sedulitate



fedulitate distribuat, fabricis tertiam; quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam, quorum rationem diuino est redditurus examini. & idē probat rex. in c. quatuor. & in c. de redditibus. & in c. cognouimus, eadem causa. 1. 2. in q. 2. Vnde de hac quarta parte pauperibus eroganda diligentia & sollicitudine ipsius episcopi, ut inquit rex. in d. c. cōcessio. debet intelligi præfatum Concilium Basiliense: non autem de redditibus ecclesiasticis in titulum beneficii ecclesiastici concedendis. Præterea illa verba, priuilegijs, libertatibus & immunitatibus gaudent, quæ ratione dumtaxat natiuitatis & originis alij consequuntur, nequaquam intelligi possunt in hunc modum: ut per ea censeantur derogata præfata statuta, quod pater daret; quia statuta prædicta dicunt, neminem admitti debere ad beneficia ecclesiastica illius ecclesie, nisi ex antiquis Christianis descendat. At verò præfatum Concilium Basiliense nihil aliud dicit, nisi quod neophyti gaudeant priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus ciuitatum, & locorum, in quibus sacro baptismate regenerantur, quæ ratione dumtaxat natiuitatis, & originis alij consequuntur. Vnde cum Concilium præfatum loquatur de priuilegijs originis, seu natiuitatis, extendi non debet ad statuta prædicta, quæ non loquuntur de priuilegijs originis seu natiuitatis, sed tantum disponunt, quod beneficia conferantur descendentibus ex antiquis Christianis, siue hi natura les sint, siue originarij, siue exteri.

Et quod concilium prædictum per dicta verba non cogitauerit de beneficijs, clarè patet nam in concedendis, seu distribuendis beneficijs non debet haberi respectus, seu consideratio originis, seu loci, sed tantum habilitatis, & meritorum: ut probatur in c. nos qui, & in c. nos loca. 40. distinct. & in c. vndecumque. 56. distinct. & in c. ad decorem. de institut. vbi reprehenditur Patriarcha Constantinopolitana à summo Pontifice, mandataque ipse Papa commoneri, ut conferat omnibus vndecumque originem duxerint, & ibi datur optima ratio, quod in omni gente, qui facit iustitiam acceptus est Deo, nec sanctuarium Dei conuenit iure hæreditario possideri. Et quod nuda origo non sit consideranda, probatur ex his, quæ late accumulata Soc. in consil. 288. incip. circa primam. col. 5. ver. ex quibus infero, quod nudo tantum nomine cum sequentibus, vol. 2. & videmus, quod in cathedra Diui Petri, quæ est summa totius Christianitatis, sedent homines ex omni natione, & tamen dicitur Paterfamilias Romanus, & ita consuluit Bal. in consil. seu quest. de scismate posita post rubricam C. si quis alium testari prohibuerit, num. 19. & 20. facit doctrina illa Diui Pauli, non solum Romanis,

sed & Græcis, & Barbaris debitor sum &c. nihil refert, ex quo loco quis sit, seu originem trahat. Vñ plures philosophi interrogati cuius res essent, responderunt, se mundanos, seu de mundo esse, quasi nihil referret, quis potius ex vno, quam ex alio loco esset, & idem considerauit Satyricus Poeta dicens.

*Summos posse viros, & magna exempla daturus.*

*Veruicum in patria, crassoq; sub aere nasci.*

Bene tamen verum est, quod ratio postulat:

85. ut ceteris paribus in adipiscendis beneficijs originarius alijs exteris præferatur. Primum: quæ sicut patriæ de iure naturæ debitoribus sumus; ut in l. veluti ff. de iustitia & iure, vbi fit æquiparatio istorum trium, videlicet, religio erga Deum; amor erga parentes, & patriam, & patriam, & Reipublicæ nostræ nascimur, ut inquit rex. singularis in l. in §. si ea quæ ibi. Partus. n. iste alendus est, qui etiam si non tantum patriæ, cuius esse dicitur, verum etiam Reipublicæ nascitur. ff. de ventre in possessionem mittendo, & And. Alciat. in tractat. præsumptione. in 3. parte, in præsumptione 37. num. 6. eadem ratione naturali & patriæ iure fauere, & suos alere debet; magis quam externos. Secundo: quia ista origo dicitur immortalis, eiusque iura dicuntur naturalia & immutabilia; ut in l. assumptio. originis. ff. ad municipalem, & in l. in adoptionem quidem. C. de adoptionibus, & in l. origine. & ita ibi summat Bal. C. de municip. & origi. lib. 10. Tertia ratio est, quia regio, quæ liber, habet diuersitates morum, & qualitatum. ut in l. cum de lanonis. §. a sinam molendinariam. vers. optimus ergo. ibi. in qua præsumptione sunt, qui in quacumque regione commorantur, & ibi gloss. declarat, cum qua transit ibi Bar. ff. de fundo instruct. & ideo in beneficijs conferendis ceteris paribus debet haberi consideratio originis: ut ipse beneficiarius melius possit adaptari ad ea, quæ necessaria sunt fidelibus attenta regione. Quarto: quia de iure ciuili originarij exteris sunt præferendi: ut probatur in l. Diuus. ff. de tutoribus datis ab his. & in l. si. C. de officio prætoris, & not. Alciat. in 3. parte tractat. præsumptionum, in præsumpt. 3. num. 3. cum seq. & in Deuteronomio cap. 28. in principio. & post medium ita probatur, vbi inquit. Deus suscitabit Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, illique obediens, & ita Panor. in d. c. ad decorem. ante finem, de institut. dicit, quod esset valde honestum, & fructuosum: ut quisque in patria sua beneficia rentur, & sic vnus non occuparet beneficia, vel stipendia alterius, nec daretur materia depauperandi beneficia, vel stipendia alterius, & propter faciliorem residentiam, & idem tenet Abbas post gloss. in c. si proponente. de rescriptis, &

& Dec. in consil. 541. ante numerum 15. quod consilium incipit, vna donatione. & in consil. 695. num. 23. & latè Io. de Selua in tract. de beneficio, in 3. parte q. 26. & Paris. in consil. 38. num. 13. & 14. lib. 4. & Quintil. Mandosius in reg. 16. Cancellaria, de concurrentibus super beneficio iuxta qualitatem, in q. 39. per totam questionem.

Vel aliter & secundò, ut omnis cesset difficultas, respondendum est, quod prædictum Concilium Basiliense non est vniuersale, seu generale Concilium, neque confirmatum à sede Apostolica, nec legitime continuatum, & ideo nullam habent auctoritatem decreta in eo facta, prout patet ex adductis à Ioan. de Turre Cremata in summa de ecclesia, in lib. 2. in c. 100. & in lib. 4. in r. parte, in c. 9. prope finem, & ita habet communem opinio catholicorum. Vnde quamuis in dicto Concilio Basiliensi reuocata essent præfata statuta, prout credunt ea impugnantes, reuocatio nulla esset, & ita omnino cessat præfata difficultas de dicto Concilio Basiliensi.

87. Pro parte autem affirmatiua, quod præfata statuta sint iusta, & conseruanda, faciunt subsequenta fundamenta. Primum sumitur ex Exodo in c. 34. & Deuteronomio. cap. 7. & ca. 17. & lib. 3. Regum cap. 11. Vbi ita Deus loquitur. Cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam possessurus ingredieris, & deluerit gentes multas coram te, Hethæi & Gerzeum, & Amorrahæum, & Cananæum, & Phæreseum, & Hæneum, & Iebuseum, septem gentes multo maiores numeri, quam tu es, & multo robustiores te, tradideritque eas Dominus Deus tibi, percutes eas vsque ad interuentionem, non inibis cum eis fœdus, neque misereberis earum, nec associabis cum eis coniugia, & cetera quæ ibidem dicuntur, & postea sequitur. Aras eorum subuertite, & confringite staturas, lucusque succidite, & sculpilia comburite: quia populus sanctus est Domino Deo tuo, & Deuteronomio c. 7. & 14. & 26. dicitur. Eligite Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. In quibus locis multa dicuntur aduersus gentes impias, sed quemadmodum olim sese habebant Iudæi, & Israelitæ fideles etiam ex præcepto Domini collatione facta ad gætes, & omnes infideles, ceterasque idolatras nationes: ita nunc se habent Christiani, & fideles in ordine ad quoscumque infideles, de quorum numero sunt Iudæi, & Israelitæ ac Sarraceni. Sed nulla ratione istæ gentes Iudæis olim cohabitabant, neque Iudæi utebantur illis. Ergo nunc nec Iudæi, aut reliquæ perfidæ nationes debent cum Christianis æqualem habere portionem, sed debet esse differentia, & distinctio inter eos,

vsque dum omnino cesset suspicio contra descendentes ex prædictis Iudæis, seu Sarracenis, & extincta sit omnino memoria eorum. Vnde præfata statuta iusta, & conseruanda sunt. Et confirmatur præfatum fundamentum ex doctrina glossæ ordinariæ in c. 20. Numerorum, vbi ad locum illum Leuitici c. 15. mulier, quæ redeunte mense &c. sic inquit. Oportet ab idolatria abstinere, ut neque idolatras, nec discipulos contingamus, neque cum eis communionem habeamus. Et quamuis ex aduerso dicatur, quod auctoritates præfate sacre scripture intelligi debent de illis gentibus, quarum terram ingressuri erant Iudæi, quæ erant idolatriæ deditæ, & non de illis, quæ Deum vnum in sua gentilitate venerabantur, aut etiam ad Iudaismum suscepta circumcissione conuertebantur, ut patet de Profelytis, & Mose, qui sibi vxorem assumpsit Æthiopiã, & alienæ gentis, ut habetur Numerorum cap. 12. & Exodi cap. 20. & Deuteronomio, ca. 4. & 5. Ita intellexit Diuus Thomas in 2. 2. q. 10. in articulo 9. ac perinde solli illi Iudæi, qui actualiter venerant legem iudaicam, & ex quibus ruina pendet, simulque inductio ad eius obseruationem, non autem de Iudæis, qui iam derelicta lege Moysayca ad fidem Christi conuersi sunt, & in vniõne sanctæ matris Ecclesiæ manent. Nihilominus tamen præfate auctoritates per argumentum à simili quod validum est in iure nostro, multum fauent præfatis statutis considerando ea ex ratione: nam sicut matris omnia, & alia prohibebantur Iudæis cum præfatis gentibus propter suspicionem, ne Iudæi simul alienarentur à fide: ut habetur in d. c. Exodi. 34. & Deuteronomio 7. & 17. ita similiter in casu nostro dicendum est, propter maximam & vrgentem suspicionem, quam habemus contra Iudæos nouiter in Hispania ad fidem conuersos, & eorum successores, quod simulante se Christianos, ad fidem nostram subuertendam, & ecclesiam Dei in synagogam Iudæorum erigendam.

88. Secundò pro hac parte affirmatiua facit auctoritas illa Iosue in c. 9. de Gabaonitis ad fidem vnus Dei conuersis, & inter Iudæos & Israelitas commorantibus, illisque perpetuo seruientibus. Vnde persuaderi potest, quod & si Iudæi ad fidem Christi conuersi sunt, & inter Christianos permittantur viuere, non tamen ad hoc ut dominentur, & imperent, ac gaudeant dignitatibus, officijs, & beneficijs ecclesiasticis vsque dum omnino cesset suspicio contra eos orta, & clarè pateat pie ac religiose conuersos fuisse, & legem Dei obseruare Euangelicam, omnia lege Moysayca, seu Sarracenicam. Ita enim in dicto libro Iosue cap. 9. legitur, quod hi, qui habitabant in Gabaon audientes cuncta, quæ fecerat Iosue, Hyerico, & Nai callidè cogitantes, tulerunt



tulerunt sibi cibaria, saccos, vtres asini imponen. & vtres vinarios scissos, atque confuros, calceamentaq; perantiqua, quæ ad iudicium vetustatis pitacis confuta erant, induti veteribus vestimentis, perrexeruntque ad Iosue, qui tunc morabatur in Castris Galgal, & dixerunt ei, atque simul omni Israeli. De terra longuica venimus, pacem vobiscum facere cupientes &c. quæ longo tractatu ibidem narrantur. deinde subditur. Fecitque Iosue cum eis pacem, & in toto fœdere pollicitus est, vt non occiderentur. Principes quoque multitudinis iurauerunt eis, tandem post aliqua interiecta concludit text. decreuitque in illo die Iosue, eos esse in ministerio cuncti populi, & altaris Domini cedentes ligna, & aquas comportantes, vsque in presens tempus in loco, quæ Dominus elegerat, ex qua litera est optimum argumentum: nam sicut Gabaonitæ infidelitate relicta de terra sua venerunt in nomine Domini Dei Israeli, pacem cum Iosue, & omni Israeli facere cupientes, & hoc quia audierant famam potentia eius, & cuncta quæ fecerat Aegypto, & duobus Amortheorum Regibus trans iordanem, & Iosue propter pristinam infidelitatem, & propter deceptionem fraude interiecta, illos sempiternæ addixit seruituti, sicque illos in multitudine populi sui viuere voluit, vt in vsu vniuersæ multitudinis ligna perpetuo caderent, aquasque semper comportarent. Ita similiter pari lance trutinandi sunt Iudæi, & Sarraceni nouiter ad fidem conuersi, & eorum successores vsque dum pereat memoria, & simili veniunt inter Christianos plebendi pena: imo maiori: cum in eis grauiora, quam in Gabaonitis blasphemie, & infidelitatis reperta sint, & vsque in hodiernum diem reperiantur delicta.

89 Neque huic fundamento obstat, si dicatur, quod Iosue non addixit seruituti sempiternæ prefatos Gabaonitas propter pristinam infidelitatem: vt probatur in d. c. 9. Iosue, vbi dicitur. Vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis, cur nos decipere fraude voluistis, vt diceretis procul valde habitamus à vobis, cum in medio nostri sitis, postea de maledictione immediate subiungit. Itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cedēs, aquasque comportans in domum Dei mei. Non ergo propter infidelitatem præteritam maledixit Gabaonitis Iosue seruis Domini, sed propter actuale deceptionem, & vt multitudinis sedaret tumultum: erat enim fidelissimus Princeps quod infidelitas præcedens non nocet conuerso, & quod iniuria, quæ semel remittitur, iterum reuocari non debet: vt inquit Hostien. & scriben tes in c. Iudæi. de Iudæis, & Sarracenis, & ibidē Fely. & idem Fel. in c. eam. de rescrip. & probatur in c. si illic. 23. q. 4. nam respondendū est,

quod si prædicti Gabaonitæ non fuerunt puniti à Iosue propter pristinam infidelitatem, saltem negari non potest, quod propter deceptionem, & fraudem eorum fuerunt puniti sempiterna seruitute. Quare ipsi conuersi à Iudæis seu Sarracenis, & eorum descendentes, merito virtutis præfatorum statutorum excluduntur à dictis ecclesiis, & beneficiis, & hoc propter deceptionem, & fraudem eorum, nam simulauerunt se Christianos, cum verè Iudæi, & Sarraceni fuerint, vt gauderent beneficiis, & officiis ecclesiasticis, vt supra iam dictum est.

90 Tertio pro hac parte affirmatiua facit autoritas Deuteronomii in c. 23. & verba sunt. Non intrabit Eunuchus aruitis, & amputatis testiculis, & abscisso vetero ecclesiam Domini, non ingreditur manser, hoc est de scorto natus in Ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem, & similiter in eodem c. 23. habetur. Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane, & aqua in via, quando egressi estis de Aegypto, & quia conduxerunt contra se Balaam, filium Beor de Mesopotamia Syria, vt malediceret sibi, & noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, veritatem maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quod diligeret te, & idem habetur Numerorum c. 22. & 23. deinde dicitur in d. c. 23. Deuteronomii. Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vite tue in sempiternum, non abhominaberis idumæum: quia frater tuus est, neque Aegyptum, quia advena fuisti in terra eius, atque illorum sic pœnam cõcludit, qui nati fuerint ex eis tertia generatione intrabunt in Ecclesiam Domini. Ex quibus autoritatibus veteris testamenti in aperto est, quod in antiqua lege quædam personæ reputabantur infames, non ex culpa propria, sed ex defectu significate culpam, nec conditionem consequente culpam alienam. Ex defectu quidem significante culpam, infamis erat carens membris genitalibus. Vnde dicitur text. non intrabit Eunuchus &c. Itē ex conditione consequente culpam alienam reputabantur quidam infames ratione natiuitatis, vt hi, quod non erant de legitimo thoro nati. Vnde dicitur, non ingreditur manser &c. Quidam verò ratione gentis, seu generis. Vnde cautum legitur. Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in sempiternum, & in seculum sæculi. Sed omnis figura suo correspondere figuraro debet, aut saltem ei, quantum fieri potest, appropinquare, & conuerso, ergo in nostra lege, quod est velut figuratum in ordine ad legem Moysaycam, culpa simili imo grauiori, causa vrgentiori postulante, poterunt nonnullæ personæ à di-

uini

ni arceri: cum immundum, & impurum & contaminatum nunc in nostra lege Euangelica à mundo, & puro, & incontaminato longius esse debeat, quam in antiqua lege fuerit vnquam vt probatur in Epistola Diui Pauli ad Hebræos cap. 10. & in Epistola prima ad Corinthios c. 3. & cap. 6. & in Epistola ad Ephesios c. 2. & in Apocalypsi cap. 3. & cap. 21. Nam præstantior est veritas, quam figura, & lux quam vmbra, & Spiritus sancti habitaculum, quam deauratum Salomonis templum, & nobilior est & augustior Christianorum Ecclesia, quam veterum synagoga Iudæorum, vt colligitur ex lib. 6. Regum, cap. 6. & secundo Paralip. cap. 3. Vnde clarè constat, quod conuersi ex Iudæis, & eorum descendentes iure optimo excluduntur ex dictis statutis: nam in eis similia imo multo maiora, & vlla sine comparatione execrabiliora reperta fuerunt scelera, quam aliquando in Ammonitis, & Moabitis, Idumæis, & Aegiptiis reperta sunt, & detestabiliores immunditiæ in illis reperiantur, quam in Eunuchis, & manseribus aliquando repertæ sunt, vel inueniunt. Item virginitates, & magis necessariæ nunc (nam negotiorum fideli agitum) quam tunc causæ exposculant. Quæ omnia vltra ea, quæ experientia nos docuit, clarè probantur in cap. plerique de consecrat. dist. 4. Plerique ex Iudæis (inquit) qui dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes Christum, non solum Iudæicos ritus perpetua se noscunt, sed etiam abominatæ circumcissiones exercere, & idem habetur in c. & si Iudæos. de Iudæis, & Sarracenis.

Neque prefatis obstat, si dicatur, quod legis præcepta veteris ceremonialia, & iudicialia euacuata sint, & per Euangelii gratiam reprobata: vt clarè intelligit Diuus Paulus in Epistola ad Romanos cap. 3. vbi est (inquit) tu Iudæe gloriatio tua, & qui in lege gloriaris, vbi est victoria tua, exclusa est (respondet) id est euacuata. Ad cuius euidenciam considerandum est, se cundum Theologorum doctrinam, quod tria mandata legis veteris in tria distinguuntur genera: nam quædam sunt præcepta moralia, cuiusmodi sunt illa, quæ sunt de dictamine rationis, et si nulla lex esset posita: sicut est illud mandatum quod scribitur Exodi cap. 20. honora patrem, & matrem, & similiter illud, quod habetur Levitici cap. 19. & Deuteronomii cap. 5. & Ecclesiastici cap. 3. & Mathei cap. 23. & Marci capit. 7. Quædam autem sunt iudicialia præcepta, quæ sunt determinationes quædam moralium præceptorum in ordine ad proximum: sicut de dictamine rationis naturalis est, quod maleficus moriantur, propter quod præceptum illud morale est, quod habetur in Exodo cap. 22. maleficus non patiaris viuere. Sed modus mortis: vt quod lapidentur, vel quod decapitentur, & huiusmo-

di pertinet ad determinationem legis, & determinatur in iudicialibus præceptis. Quædam autem præcepta sunt ceremonialia, vt sunt determinationes moralium præceptorum in ordine ad Deum, sicut de dictamine rationis naturalis est, quod Deus honoretur, & ideo datur de hoc præceptum morale Exodi cap. 20. & 31. Memento vt diem sabbati sanctifices, & idem habetur Deuteronomio cap. 21. & Levitico cap. 19. & Ezechielis cap. 20. & Mathei cap. 5. modus tamen honorandi Deum, & per talia, vel talia sacrificia, vel talibus temporibus, & huiusmodi pertinet ad determinationem legis, & hoc determinatur in ceremonialibus præceptis, pro quod præceptum. Memento vt diem sabbati sanctifices, quantum ad determinationem temporis, scilicet diei sabbati ceremonialis est, morale autem in quantum ibi præcipitur, quod homovacet diuinis. Ex prefatis tribus præceptorum generibus moralia præcepta non cessauerunt per abrogationem legis veteris, sed perpetuo manent: quia sunt de dictamine recte rationis & erant in obligatione ante ipsam legem Iudæorum, etiam si nulla scripta existeret lex, vt probatur ex psalmo 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine &c. & præterea c. 5. diui Mathei, vbi ipsa moralia per ordinem posita sunt, quasi illa inconcussa Christus Dominus relinquens tantum, quod suppleendum erat adiunxit, sed præcepta ceremonialia, quia contrariantur cultui nouæ legis: sicut imperfecti contrariantur perfecto, ideo totaliter euacuatur, & inducuntur alie, quæ presenti statui, in quo bona cælestia expectantur, conueniunt: nam illi veteris legis ceremonie significabant Christum venturum, & quia iam venit, & hoc est quod Diuus Paulus inquit in Epistola ad Hebræos in c. 7. translatio sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat. & habetur in c. translatio. de constituto. & ibi notant scriben. & similiter dicimus. Iudicialia omnia præcepta Moysayce legis euacuata esse: tum quoad spirituales conuictum: tum quoad ciuilem; & popularem manu rectionem quantum ad spirituales conuictum id certum est & compertissimum: quoniam adueniente lege gratiæ cessat illorum obligatio, vt inquit Diuus Paulus in Epistola ad Romanos cap. 6. non enim sub lege estis, sed sub gratia: quantum etiam ad ciuilem, & popularem reuocata & euacuata sunt iudicialia. Ratio huius euacuationis est: quia ipsa præcepta erant per se ordinata, & directe instituta ad communem conuictum, & pacem conseruandam illius Iudæici populi: quia tamen status illius populi Iudæici iam transit, iam abiit, & erat totus figura, vt inquit Apostolus in Epistola prima ad Corinthios, in c. 10. omnia in figura contingebant illis, & idem habetur in cap. 7. eiusdem Epistolæ

&c.

& in c. 10. Epistolæ ad Hebræos. Vnde per con-  
sequens iudicialia præcepta illius populi erant  
figuratiua. Ideo si aliquis seruaret ea ex hoc, q̄  
fuerunt tunc statuta, hoc esset dicere, q̄ status  
ille Iudaici populi adhuc duraret, quod est er-  
roneum, & impium credere: cum etiam p̄ im-  
peratorias sanctiones cum aliis antiquis Ro-  
manis legibus reuocatus sit: vt clarè probatur  
ex lege Deo auctore. C. de veteri iure enuclean-  
do, vbi Iustinianus Imperator, & omnium con-  
ditor legum derogauit omnibus antiquis le-  
gibus.

92. Non obstat inquam hæc cōsideratio, quod  
præcepta legis Moysæ iudicialia cessauerūt.  
nam respondendum est, quod quamuis cessa-  
uerint omnino præfata præcepta iudicialia:  
non tamen cessauerunt rationes præceptorum  
omnium iudicialium. Et hinc videmus, quod  
aliqua præcepta iudicialia legis Moysæ reno-  
uata fuerunt, post legem gratiæ per legumla-  
tores: vt patet ex præcepto illo iudiciali, quod ha-  
betur Exodi cap. 21. quod renouatum fuit per  
tex. in c. 1. de homicidio: nā derogata lege non  
censetur derogata ratio ipsius legis, vt inquit  
gloss. 2. in c. 1. de constitur. & ibi notat And. in  
c. 1. in §. illum autem; in fi. de restit. spol. lib. 6.  
& Aret. in l. 2. ff. de vulgari & pupillari substi-  
tutione, vbi optimè declarat, & Ioā. Crorus in  
repet. legis si cōstante. ff. solut. matrim. & An-  
dr. Tiraq. in l. si inquam. verbo donatione lat-  
gious, num. 130. & ratio est: nam legis ratio vi-  
detur separata à dicto. Vnde licet lex tollatur,  
ratio non tollitur: quia non fit correctio, nisi  
expressè dicatur, vt iam in præcedentibus di-  
ctum est, & ita declarat scribentes similiter in  
c. nouit. de iudiciis, & ideo ex ratione, qua fa-  
cta fuerūt præfata statuta iudicialia, de quibus  
supra num. 90. potuerunt optimo iure fieri præ-  
fata statuta, quæ excludunt nouiter ad fidē con-  
uersos, & eorum descendentes ab aliquibus ec-  
clesiis accedente confirmatione Romani Pon-  
tificis, & non aliās.

93. Præterea non obstat, si dicatur, quod om-  
nis immundicia, & irregularitas, & impuritas,  
& ingratitude, & quod maius omne peccatū  
tam originale, quàm actuale per ingressum re-  
ligionis Catholice, qui attēditur in susceptio-  
ne baptismatis, extinguitur, hanc enim præro-  
gatiuam, multatq̄ue alias habet baptismus, &  
probatur in ca. regenerante. de consecratione  
distinct. 4. cuius verba sunt. Regenerante autē  
carne tantummodo cōtrahitur peccatum ori-  
ginale, regenerante autem spiritus sancto non so-  
lū originale, sed etiam voluntariorum fit  
remissio peccatorum, & idem probatur in ca.  
non ex quo. de consecratione distinct. 4. & Gra-  
tia. in cap. 1. 36. distinct. & idem tenuit Diuus  
Hieronymus in Epistola ad Titum, in c. 1. 33.

distinct. & gloss. ordinaria, & Nicolaus de Lira  
in Epistola prima ad Thimoteum, in c. 3. & p̄-  
batur in c. 1. 3. dist. & in Canonibus Aposto-  
lorum in c. 17. & hanc sententiam defendit Ia-  
cobus Almain in 4. sententiarum dist. 2. §. q. 1.  
& Io. Maior distinct. 27. q. 7. versic. dubitatur, &  
Henricus à Gandauo, quem præfati citant. Pro  
qua sententia facit: quia baptismi tanta est vir-  
tus, q̄ tollit omne peccatum, & omnem penā:  
vt resoluunt communiter Theologi in 4. sen-  
tentiarum, maximè Dominicus de Soto ibidē  
dist. 6. in q. 1. in artic. 1.

94. Non inquam obstat hæc cōsideratio:  
quia respondendum est primò, quod quamuis  
per baptismi sacramentum omnino tollatur  
non solum originale peccatum, sed etiā actua-  
le non tamen tollitur irregularitas, quæ prou-  
nit sine culpa, & peccato, vt est bigamia, & simi-  
les irregularitates, vt inquit Innocentius Pri-  
mus in Epistola 22. ad Ruffum, & Eusebium  
Episcopus Macedonie, & p̄batur in c. deinde,  
& in c. penul. 2. 6. distinct. & Diuus Ambrosius  
in lib. 1. de offic. in c. vlt. & Diuus Thomas, &  
alii scribentes in 4. sententiarum, distinct. 26.  
q. 3. & Io. Arboreus in lib. 2. Theosophie, in c.  
16. & Iacob. Almain sibi contrarius in 4. senten-  
tiarum distinct. 3. q. 2. & probat etiam tex. in  
c. acutius 2. q. 3. & Diuus Augustin. in lib. de  
bono coniugali in ca. 18. & Dominicus de Soto  
in 4. sententiarum, distinct. 27. in q. 3. in artic.  
2. & hanc sententiam dixit esse \* communem  
Didac. de Conarr. in clem. si furiosus. in §. 2. in  
1. parte, num. 5. cum qua communi sententia  
tenendum est: quia ab ea non licet recedere, vt  
scripsi in tractatu de clericis, & eorum exēpt.  
in 2. par. in ampliat. 2. 1. num. 5. cum sequē. vbi  
posita fuit regula cum ampliationibus, quod  
communis opinio est amplectenda in iudican-  
do, & consulendo. Vnde à simili dicendum est  
q̄ hæc quasi irregularitas in conuersis, & eorū-  
dem descendentes uon tollitur per bap-  
tismum, quæ quidem prouenit ex suspitione cō-  
tra eos orta, quod adhuc in paternis moribus  
& lege Iudaica seu Sarracenicā viuunt.

95. Vel secundò respondendum est, q̄ quāuis  
peccatum originale, & actuale tollitur: tamē  
pœnalitates peccati, vt concupiscentia, & simi-  
lia per baptismum non tolluntur, quod clarè  
patet experientia, & hoc nos docet sacra pagi-  
na, factiq̄ue canones, quapropter hereticum es-  
set dicere, q̄ propter gratiam baptismalem, qui  
possit ad illum statum peruenire, vt extirpātum  
prosum haberet peccati originalis fomitem,  
vt resoluunt Dominicus de Soto in 4. sententia-  
rum, in distinct. 6. in q. 1. in articulo 6. nisi ex  
singulari priuilegio, quale fuit in Virgine Ma-  
ria. de hac ergo catholica veritate multis in lo-  
cis edisserit August. vt est in lib. 1. de peccato  
men.

men. & baptismō paruulorum c. 29. euacuatur  
enim (inquit) per baptismum caro peccati non  
ita vt in ipsa uiuente carne concupiscentia cō-  
sperfa, & innata repente absumatur, vt non fit,  
sed ne obsit mortuo, scilicet peccatis per bap-  
tismum, quæ inerat nato, & hic est locus, quē  
recitat Diuus Thomas tanquam gloss. ad Ro-  
manos in 3. parte in q. 69. in articulo 2. & pro-  
batur in capitulo. non ex quo. de consecrat. di-  
stinct. 4. non enim (inquit) ex qua hora quisq̄  
baptizatur, omnis vetus infirmitas eius absum-  
mitur. sed reuocatio incipit ad remissionē om-  
nium peccatorum. Idque confirmatur ex Ido-  
cetra Apostoli in Epistola 2. ad Corinthios ca-  
pit. 4. & si exterior homo noster corrumpatur,  
interior renouatur de die in diē fomes enim  
ille, qui nobis continenter corruptos affectus  
creat, per corporis macerationem reprimatur,  
qua subinde maceratione, & corpus fortis at-  
tenuat, & intus renouatur spiritus. Vnde Diuus  
Paulus in Epistola ad Romanos in ca. 7. video  
(inquit) aliam legem in membris meis repu-  
gnantem legi mentis meæ, & captiuatē me  
in lege peccati, & ad Galathas in c. 5. inquit. Ca-  
ro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus  
aduersus carnem, atque in huius significatione  
populo Israel non protinus, vt mare rubrum  
transiit, ingressus paruit ad terram promissam,  
sed obiecit ei fuerunt Barbæræ illæ gentes, cū  
quibus in deserto multis annis belligeraret. Be-  
ne tamen verum est, q̄ hæc concupiscentia post  
baptismum non habet prosum rationem pec-  
cati, aut reatū culpe, ut latissimè defendit Do-  
minicus de Soto in 4. sententiarum, in distinct. 6.  
in q. 1. in articulo primo, & lib. 1. de natura, &  
gratia. in c. 11. & 12. & præfata concupiscentia  
seu fomes, qui est pœna originalis peccati, dici-  
tur alligari, & minui, & debilitari, eo q̄ spiri-  
tus per gratiam baptismi contra eius infestas  
pugnans adiunatur: vt certamine non succum-  
bat, & hoc est, quod ait Diuus Augustinus in li-  
bro de libero arbitrio, & refertur in canone gra-  
tia. de consecratione distinct. 4. gratia enim (in-  
quit) quæ per Christum datur, non solum pec-  
catorum remissionem facit, sed etiam facit: vt  
lex impleatur: vt natura liberetur, & peccatum  
non dominetur, & est determinatio Concilii  
Mileuitani in c. 2. & 3. & hoc est, quod ait Apo-  
stolus ad Romanos ca. 6. de baptismo loquēs,  
per quem morti Christi configuramur, hoc  
sciens: quia vetus homo noster simul crucifi-  
xus est, scilicet quoad culpam, vt destruitur  
corpus peccati: non tamen vt subito sepelia-  
tur, sed in agone non seruiamus peccato, scilicet  
concupiscentiæ, per consensum succumbētis.  
Vnde subdit. Non ergo regnet peccatum  
in vestro mortali corpore, vt obediatis concu-  
piscentiis eius. Regnare ergo peccatum est

obedire concupiscentiis per consensum. Cum  
igitur (vt ex prædictis apparet) pœnalitates  
huius uitæ, & concupiscentia non tollantur  
per baptismum: vt ex supra adductis apparet,  
& latissimo sermone defendit Dominicus de  
Soto in quarto sententiarum, distinct. 6. quæst.  
prima, in articulo secundo, & contra nouiter  
conuersos, & eorum descendentes mediante  
baptismo non cesset suspicio, quod paternos  
mores continuare uelint, meritò excludun-  
tur medianibus statutis præfatis.

96. Vel tertio responderetur, quod si quamuis si-  
mul cum peccato originali, & actuali tollan-  
tur irregularitates omnes, tam prouenientes  
ex propria culpa, quàm ex culpa aliena, id uerū  
est, quando quis uerè, & non fictè, & simulatè  
baptismum accipit: tunc enim nec peccatū ori-  
ginale, neque actuale, nec irregularitates tol-  
luntur per baptismum: nam fictio, id est defe-  
ctus intentionis suscipiendi sacramentum im-  
pedit effectum baptismi: vt inquit Diuus Tho-  
mas in 3. parte, in q. 69. in articulo 7. quod p̄-  
batur: quia Spiritus sanctus, vt sapientiæ primo  
legitur, disciplinæ effugiet fictum, effectus au-  
tem baptismi est ad spiritus sancto, fictio ergo eū-  
dem effectum impedit. Deinde confirmatur ra-  
tione: nam Deus neminem ad iustitiam cogit,  
ergo vt quis per baptismum iustificetur, requi-  
ritur eius uoluntas, qua baptismum atq̄ eius  
effectum amplectatur: fictio autem est uolun-  
tas contradicendi, vel baptismum, vel eius ef-  
fectum. Ergo prius impedimentum est, ne suscipi-  
atur sacramentum, & posterius, ne suscipiatur  
gratia, quæ est eius effectus, & ita resoluunt  
multa adducens Dominicus. de Soto in quarto  
sententiarum, distinct. 6. q. 1. articulo 6. sed cō-  
tra Iudæos, & Sarracenos nouiter ad fidem cō-  
uersos, & eorum successores est uehemens sus-  
picio, quod fictè, & simulatè sacramentum ba-  
ptismi, ac Christiani religionem susceperint,  
prout longa experientia Hispanos docuit. nam  
de Iudæis multa antea dicta sunt, ex quibus cō-  
stat, hoc esse uerum, de Sarracenis autem, vt  
alia exempla omittam, illud referam, quod  
in Regno Granatensi in Hispania omnes Sar-  
raceni illius Regni baptizati fuerunt ab hinc  
centum annis, uel circa, & eorum etiam suc-  
cessores, & Christiani ab aliis Christianis cre-  
debantur: quia per dictos centum annos in ex-  
terioribus seruabant religionem Christianam,  
nouissimè autem comperit fuit, prædictos  
Sarracenos baptismum fictè, & simulatè rece-  
pisse, in qua fictione, & simulatione per dictū  
tēpus centum annorum extiterunt, legem Ma-  
hometricam obseruantes, & postquam crede-  
bant Christianis præualere posse, bellum con-  
tra eos mouerunt, & martyrii genera paga-  
nis, & gentilibus penitus ignota, & inhu-  
mana.

mana contra Christianos inuenerunt, prout testes sunt omnes, qui de præfenti Hispaniam inhabitant. Iure ergo optimo propter suspicionem huiusmodi fictionis, & simulationis excluduntur ab aliquibus ecclesijs principalibus Hispaniæ mediantibus dictis statutis.

Quartò pro hac parte affirmatiua facit, quòd ¶ iure Cæsareo, & Pontificio statutum est, nempe, ut filij, & nepotes eorum, qui diuinam, vel humanam Maiestatem læserint, infamia notentur, & indigni censeantur: ut obtinere valeant officia, & beneficia ecclesiastica, aliaque Reipublicæ munera. Hoc etenim sanctum est ob criminum grauitatem, ex qua innocentes filij ob scelera parentum poena temporali bonorū, & simili puniuntur: ut probatur in l. quisquis. C. ad legem Iuliam Maiestatis, in §. filij, & in capitu. vergentis. de hæreticis, & in cap. secundo in §. hæretici. & in cap. statutum. il secundo, eodem titu. lib. 6. traditque duodecim casus, quibus pro parentum scelere filij puniuntur, Mattheus de Afflictis in consil. Neapolitanis, in tit. secundo, numero 33: & videndus est etiã numero 24. quamuis leges istas neque probet, neque laudet Dyonisius Alicar. lib. 8. de antiquitatibus Romanis, easque quodammodo ab eius Republica relegauit Plato in libro 9. de legib. Nihilominus iustæ censentur, ut ex infradicendis apparebit.

¶ Et præfata vera sunt non solum in filiis natis post crimen læsæ Maiestatis humanæ commissum, sed etiam in filiis natis ante præfatum delictum, tenuit Claud. in l. si quis id quod, numero 14. ff. de iurisd. om. iud. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & Gig. in tract. de crimine læsæ Maiestatis, quem refert Iul. Clar. infra. Contrariam tamen sententiam, imò quæ præfata poena non habeat locum in natis, vel conceptis ante præfatum delictum, tenuit Cynus in d. l. quisquis, & hanc dicit magis \* communem opinionem Andr. Alciat. in consilio 467. num. 7. & Iulius Clarus vbi infra, & in filiis hæreticorum ante crimen hæresis commissum natis idem tenet Calder. in consil. 3. in tit. de hæreticis dicens, quòd tales filij non puniuntur poenis prædictis, & idem tenet Dominic. & Franc. in cap. 2. de hæretic. lib. 6. & Anania. in cap. vergentis. col. 4. eodem tit. pro quibus facit tex. in l. 2. C. de libertis, & eorum liberis vbi filij eam parentum conditionem sequuntur, quæ est tempore natiuitatis, aut conceptionis, non quæ antea fuerit, vel postea. ex quo loco ibidem notat Bal. delicta parentum non nocere filiis primò natis, sed tantum nascituris: dicta tamen, lex secunda, loquitur quoad statum libertatis, & seruitutis, non quoad alia, tandem in fauorem huius sententiæ multa adducit Didac. de Couarr. in lib. 2. variarum reso-

lutionum, cap. 8. num. 8. & eam tenet Simacas de instit. Catholicis, cap. 29. num. 3. & Iulius Clarus in libro receptorum sententiarum in §. hæresis. vers. quæro nunc. sed contrariam sententiam.

99. Imò quòd ¶ filij hæreticorum nati ante hæresim paternam afficiantur præfatis poenis, tenet Ioan. Lupus in tractatu de Regno Nauarræ, in 5. par. §. 8. & Gonçaluis à Villa Diego in tractatu de hæresibus, in quest. 23. & repertorium inquisitorum, in uerbo filij, & Alphonsus Castren. in libro 3. de iusta hæreticorum punitione, in cap. ult. & in libro 1. de potestate legis pœnalis, in cap. 7. in corollario primo, & hanc sententiam sequitur Didacus de Couarruias in dicto libro secundo, variarum, in ca. 8. numero 5. propè finem, & hanc sententiam dixit esse communem Galindus in Regia disputatione, in §. 18. quem refert Simancas ubi supra, & ita consuetudine recepta est hæc \* communis sententia.

100. Imò, quòd ¶ fortius est, filij hæreticorum, & receptorum priuanti beneficiis obrentis tempore commissi criminis ipso iure, asserunt Ioan. Andr. in capitu. ut commissi. col. 2. & Dominic. ibidem in §. priuandi, & Henricus in cap. vergentis. col. 4. & ibi Ananias col. 2. de hæreticis, Imol. in l. in insulam. in princ. ff. solut. matr. & Præposit. in c. satis peruersū. §. 6. distinct. & Ioan. Lupus in tracta. de Regno Nauarræ, in 5. parte, in q. 8. vbi fatetur hanc \* opinionem magis \* communem esse, pro qua est tex. in c. felicitis. §. quòd si quis. de poenis, libro 6. ex quo probatur, filios percutientis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, ipso iure priuari beneficiis, quæ commissi criminis tempore obtinebant: & tamen crimen illud multo lenius est, quam crimen hæresis. Contrariam sententiam, imò quòd filij hæreticorum nec iure ipso, nec sententia mediante priuentur beneficiis ecclesiasticis, quæ tempore iam commissi criminis obtinebant, probant Panorm. in d. c. vergentis, post Ant. ibidem, & Gonçaluis à Viella Diego in dicto tractatu de hæresibus, in quest. 23. & repertorium inquisitorum in dicto uerbo filij, & hæc opinio secunda consuetudine Hispaniæ recepta est, quòd non sint priuati ipso iure præfati filij hæreticorum beneficiis, quæ obtinent tempore commissi criminis, nec etiam per sententiam veniunt priuandi, & ita hæc sententia, quæ consuetudine obseruatur, tenenda est contra communem sententiam: ut probatur ex supra adductis in c. 19. numero 46.

101. Pro qua sententia facit: quia ¶ vbi quis efficitur indignus ratione alicuius criminis ad obtinenda beneficia ecclesiastica, seu alia munerata, & honores publicos, non est iam obtentus

etis tempore criminis commissi priuandus: ut inquit glo. in clem. 1. in §. ipsius. de poenis, quæ sequuntur ibidem Cardinalis, Imola, & Bonifac. num. 54. & Panor. in clem. 2. eodem titulo, vbi gloss. in uerbo obtentis. eadem ratione tenet, eum, qui ob delictum priuatur obtentis, non esse indignum, neque inhabilem ad obtinenda, quam sententiam probant ibi Card. Panorm. Imol. & Bonifac. num. 50. & multa in fauorem adducit Didac. de Couar. in d. lib. 2. in c. 8. num. 4.

102. Et præfata poena afficiuntur non solum filij, sed etiam nepotes alicuius, qui crimen læsæ Maiestatis commisit humanæ: ut inquit Cynus, & Alberic. num. 4. & Salic. col. 3. in d. l. quisquis. C. ad legem Iuliam Maiestatis, vbi dicit Salicetus, hanc esse \* communem opinionem, & Didac. de Couar. in lib. 2. variarum, cap. 8. num. 2. in fin. & Iulius Clarus libr. 5. receptorum sententiarum in §. læsæ Maiestatis. in vers. præterea quæro, bene tamen verum est, quòd non extenduntur, nisi usque ad secundum gradum descendendum ex masculis inclusiue, & usque ad primum gradum descendendum ex feminis præfata poenæ, & hæc est \* communis opinio: ut inquit Salicet. vbi supra, num. 22. quem refert Ias. in consil. 106. num. 3. lib. 4. & Iulius Clarus vbi supra, & idem etiam dicendum est in filiis, & nepotibus hæreticorum; ut declarat tex. in c. statutum. il 2. de hæret. lib. 6.

103. Quod adeo verum est, quòd etiam si præfati filij, & nepotes hæreticorum sint illegitimi, hac eadem infamiae poena afficiuntur, ne plus fauoris habeat luxuria quam castitas: ut tenet gloss. celebris, & ibi Ioan. Monachus, Archi. Anchara, & doctores communiter in d. c. statutū. de hæret. lib. sexto, il secundo, & tenet Gundisaluus à Villadiego in tractatu de hæresibus, quæst. 22. & repertorium inquisitorum in uerbo filij, & probatur: quia hæc poena filijs inferitur ex eo, quòd à sanguine illius hæretici processerint, & sint eius corporis pars, quæ quidem ratio etiam in filiis illegitimis obtinet, ut ex Bar. deducitur in l. secunda. ff. de accusat. & in l. hos accusare. §. omnibus. ff. eodem titulo, vbi est textus pro hac sententia, & sic. l. Pompeia de parricidijs puniendus est filius etiam spurius parentem occidens, ut resoluit Didac. de Couarruias lib. quarto, de sponsal. in secunda parte, capitu. octauo, in §. sexto, in princip. ex Baldo in capitulo primo, in §. naturales. ff. de feudo fuerit controuersia inter Dominum, & agnatos vasalli, & ita resoluit Didac. de Couarr. in libro secundo, variarum resolut. in capitulo octauo, numero tertio, dicens quòd de cetero textus in dicto capitulo statutum, il secundo, de hære. libro sexto, non tantum locum obtinet, in filiis naturalibus, & legitimis, sed etiã

in spurjis ac incestuosis, vel ex alio coitu dånato, modò pater sit certus, ex quibus omnibus clarè probatur, filios ac descendentes alicuius delinquentis iure optimo posse puniri, etiam si culpam minimè habeant. Vnde iure optimo dicendum est, quòd præfata statuta possunt excludere nouiter ad fidem conuersos, ac eorum successores à præfatis dignitatibus, officijs, ac beneficijs ecclesiasticis.

104. Neque obstat dicere, quòd ¶ est iniquum, filium pro delicto patris puniri: ut probatur Ezechielis capitu. 18. Anima (inquit) quæ peccauerit, ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris, neque pater portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super eum, & probatur in capitulo Iudæi, & in capitulo iam itaque, & in capitulo primo, & in capitulo secundo, prima quæstione quarta, & ex Diuo Augustino 1 Epistola 48. ad Vincentium, & hoc idem probatur in l. crimem. ff. de poenis. Et præterea, quia poena sequitur criminis auctorem, ut in l. sancimus. C. de poenis, & in capitu. secundo, de constitut. & in capitu. quæstus. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli, & capitu. Roma. in fin. de sententia excommunicationis, & in l. secunda. §. in filiis. ff. de decurionibus, & in l. lege 12. C. de legitimis hæredibus, eaque ratio à iure naturali procedit: cum criminis poena culpam necessariò præmittat, alioquin poena non esset, imò potius iniuria, quæ rationi naturali minimè conuenit. Deinde innocentem puniri, occidi, aut verberari à iustitia alienum est: ut in l. absentem. ff. de poenis, quibus, & alijs, quæ passim adducuntur, constat, præfata statuta iniusta esse. Non (inquam) obstat hæc confidenda ratio: quia pro Mutatione distinguendum est: nam aut loquitur de poena æterna, aut temporali, quæ spiritualis est, & hac poena nunquam diuino iudicio puniti fuerunt, neque puniuntur innocentes ob alterius culpam neque potuerunt humana lege puniri: ut constat ex adductis à Diuo Augustino in Epistola 7. ad Auxilium Episcopum, ut probatur in capitu. non imputatur. vbi glossa, & in summa, prima, quæstione quarta, & in capitu. vndecimum, & ibi Card. à Turri Cremata §. distinct. Diuus Thomas in secunda secunda quæstione 108. in articulo quarto, & in prima secunda quæstione 87. in articulo vlt. & Alphonsus de Castro in lib. 1. de iusta hæreticorū punitione c. 11. & Io. Arboreus in lib. 6. Theosophic c. 9. & hæc opinio \* cõis est oium scribentium, & spirituales poenam hic intelligo, non quamcumque ecclesiasticam, canonicam, qualis est irregularitas: hæc non est spiritualis poena, quicquid dixerit gloss. in summa, prima quæstione, quarta, sed eam intelligo poenam spirituales, quæ

fit amiffio iuris ad gloriam fufcipiendam, & ipfius gloriæ eorumve, quæ ad animæ salutē maximè neceffaria funt, priuationē, ex mente Diui Thomæ, & aliorum, qui rem iftam diligēter tractauerunt. Aut verò loquimur de pœna exteriori, nempe pœna bonorum, aliæ fimili, & hac pœna bene poffunt ex caufis iuftis, & propter Reipublicæ vitiatem, quo promptius, & cautius à delictis, & criminibus homines abftineant, filij ac descendentes delinquentium puniri, atque ita paffim legibus definitum eſt, vt in ſpecie ita adnotauit Diuus Auguſtinus in q. 8. ſuper Iofue, Alexā. Alenſis in 3. parte, q. 41. in membro 4. in articulo 1. & Diuus Thomas in 2. 2. q. 108. in articulo 4. & in 1. 2. q. 87. in articulo vlt. & Io. Arboreus in lib. 6. Theſophiæ in c. 9. & Alphonſus de Caſtro in l. 2. de iuſta hæreticorum punitione, in ca. 1. & hæc ſententia \* communis eſt: vt inquit Didac. de Couar. lib. 2. variarum reſolutionum, in ca. 8. num. 1. in verſi. quarta poterit, & ſic ſatis conſtat, prædicta ſtatuta defendi poſſe, quibus mediantibus innocentes vel aliorum crimina, & peccata pœnis temporalibus afficiuntur, quod not. gloſſ. in ſumma, prima q. 4. & ibi doct. ſimiliter gloſſ. & ibi Card. à Turre Cremata in d. c. vndecumque, § 6. diſtinct.

105 Quod non eſt mirum ꝑ nam quandoque ex caufa etiam abſque culpa aliqua diuino, & humano iudicio pœna inferitur: vt in c. quoniam frequenter. in §. ſi verò, vt lite non conteſtata, & ibi gloſſ. & in c. renouantes. 2. 2. diſtinct. & in c. antiq. de priuilegijs, & gloſſ. ab omnibus communiter recepta in c. 2. de conſtit. ſicq; Leuitici cap. 20. interprete Diuo Auguſtino, peccus licet ratione careat, & à culpa immune ſit, ſuſpenditur cum ipſa forma, quæ ſe ei commiſit, ne tali flagitio cõtaminatum indignâ refricet facti memoriam, & in c. mulier. 1. §. q. 1. cuius poſt alios ſcribentes meminit Iaſ. in l. furioſum. C. qui teſtamenta facere poſſunt, num. 10. & Guido Papæ q. 338. & habetur de iure Hiſpaniæ in l. 2. in tit. 22. in partita 7. in quo loco præfati ſcribentes citant tex. Exodi, in ca. 21. Si animal hominem occiderit, lapidibus obruatur. & addit Guido Pap. ſeipſum vidiffe animal quoddam furca ſuſpenſum, eo quod puerum quendam occidiſſet, & olim apud Athenienſes ex Draconis legibus, non homines ſolummodo, ſed animantes atque etiam inanimata cadis perpetrare iudicium ſubire tenebantur, eaque accuſatio aduerſus animalia ratione carentia, & inanimata in prytaico iudicabantur: vt inquit Demotheſes in oratione aduerſus Ariſtocratem, quod ex eo adnotant Budæus in l. aut facta. in §. euentus. ff. de pœnis, quibus etiam iure conuenit, quod ſcriptum eſt in Geneſi cap. 9. hoc tamen apud nos

minimè ſeruatur: quia hæc animalis punitio, quod ſenſus rationali caret, omittitur, culpaque vbi non eſt caufa maxima id agendi propter delicti immanitatem, & ſic ex præfatis deducitur abſque culpa pœnam inferri à legiſlatoribus ratione criminis commiſſi exiſtente tamen iuſta caufa, & eſt etiam optimus text. in capitulo, in Eccleſia que pactiones, prima, que ſitione quarta.

106 Et ꝑ quandoque ſimiliter ex caufis humano iudicio occultis, & latentibus Deus optimus maximus ob alterius culpam innocentes temporali pœna bonorum, & corporis afficere dignatur, quod maniſteſſimè conſtat Exod. ca. 20. Ego (inquit) ſum Deus Zelotes viſitans iniquitatem patrum ſuper filios, in tertiam, & quartam generationem, qui locus & ſi variè intelligatur ab Auguſtino, & alijs in cap. homini, prima queſt. 4. tamen hanc conſiſionem probat, ſi veram verborum ſignificationem penſitemus. Si quidem viſitare Deum cui iuſtiam iniquitatem, idem eſt, quod eam punire, ſic Dominus per Dauid Prophetam in pſalmo 88. dixit. Si iuſtias meas prophanauerit, & mandata mea non cuſtodierunt, viſtabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Eadem ratione conſtat, ꝑ puer Davidis natus ex illicito coitu ob parentis crimen à Deo extinctus eſt: vt probatur Regum ſecundo, capitu. 12. & propterea paruuli Gommoræ, & Sodomæ abſque villo proprio peccato ſimul cum adultis peccatoribus igne conſumpti fuere: & habetur Geneſi cap. 19. ſicuti, & terra deglutit filios cū Dathan, & Abiron ſine vlla criminis labe ob ſcœlera parentū diuina quadam vltione: vt habetur Numerorum cap. 17. & ſic facit tex. celebris in cap. vergetis. in §. nec huiusmodi. de hæreticis, & Iofue cap. 6. & 4. Regum cap. 5. & Geneſi in capitu. 9. quibus auctoritatibus opinionem iſtam approbarunt Diuus Auguſtinus, Alexan. Alenſis, Diuus Thomas, Arboreus, Alphonſus de Caſtro vbi ſupra, & Cardinalis à Turrecremata in c. vndecumque, § 6. diſt.

107 Et hinc eſt, quod ꝑ poteſt quis à ſtatuto pro alterius crimine puniri pœna pecuniaria, & externa, nõ tñ corporali: vt inquit gl. in ſignis rubri. C. de decretis Decurionum, lib. 10. cū conſenſus pprius cuiuſq; poſſit eū ſubmittere dano pecuniario, & abſq; eius culpa, non ſic dano membrorum, & corporis: vt in l. liber homo. ff. ad l. Aquiliam, & in c. cõtigit. de ſententia. excomm. ſic etenim præfata glo. doctores ſequuntur, & commendant, maximè Bal. in l. 1. C. ne filius ꝑ patre, & idem ia l. ſeruum. §. publicè. 2. col. ff. de pcurat. & in rub. C. res inter alios acta, Ale. in l. ſepe. nu. 10. ff. de re iud. Ang. & Iaſ. nu. 68. in ſactiones. inſt. de actio. & idē Iaſ.

Iaſ. in l. ſi quis in ſuo. §. lex. & in aucten. nouiſſima. col. 3. C. de inofficioſo teſtamento, vbi ſcribit, hanc opinionem \* communem eſſe. Idem tradit Hyppolit. in l. infans, num. 16. ff. de ſicarijs, & Philip. Dec. poſt Fely. ibidem in c. 2. de conſtit. & ſic in cap. 2. de delict. puerorum, ibi. tamè permittitur ſtatutum, ex quo pater pro crimine per filium commiſſo puniatur pœna pecuniaria, & hæc eſt \* cõmunis ſententia: vt inquit Didac. de Couar. in d. lib. 2. variarum reſolutionum c. 8. nu. 7.

108 Quæ ꝑ communis ſententia vera etiam eſt quantum ad pœnam in famiæ: quia ea quis puniri poterit etiam per ſtatutum pro peccato, & culpa alterius: vt eſt text. optimus in d. l. quiſquis. C. ad legē Iuliam Maieſtatis, & in ſpecie ita notat Alex. in l. ſepe, num. 10. ff. de re iudi. & Fely. in c. ius generale. prima diſtinct. col. penult. & Philip. Dec. in d. c. 2. in lectura 2. & Socin. in l. cum filiis familias. num. 8. ff. de verb. oblig. licet Bal. contrarium voluerit in d. rub. C. res inter alios acta, & de intellectu legis, vel ſtatuti, quo quis puniatur pro alterius crimine præter alios ſcribentes legendus eſt Philipp. Dec. in conſi. 52. §. & Roman. in conſi. 154. & Soc. in conſi. 57. lib. 3. col. pen. & Corn. in conſi. 211. lib. 3. Hippolit. ſingul. 362. & in conſi. 82. col. 3. & Socin. in l. Modesti. ff. de exceptio. & ſic validum eſt ſtatutum, quod filii mercatorum teneantur ſoluere debita parentum: licet non ſint eorum hæredes: vt inquit Bald. in l. dotis. C. de iure dotium, & Alex. in conſi. 42. lib. 1. & Philip. Dec. in d. c. 2. de conſtitu. & idem conſi. 359. & Hyppolit. in ſingulari 224. & Io. Crocus in l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iure, col. 5. ver. 1. an ſtatutum.

109 Ex ꝑ quibus apparet, poſſe lege, vel ſtatuto ſanciri, patrem teneri ad ſoluendam pœnam pecuniariam, qua filius ſuit condemnatus vſq; ad quantitatem debitam filio ratione legitime partis, vt probat Bart. in l. cum filiis familias. ff. de verb. oblig. vbi cæteri doctores idem ſequuntur, maximè Bart. Socin. num. 6. dicens hanc opinionem \* communem eſſe, quamvis ſecluſo ſtatuto iure obtentum ſit, patrem non eſſe cogendum ſoluere pœnam pecuniariam pro crimine filiorum etiam ex bonis, quæ pro legitima parte poſt mortem parentis filijs deberentur: vt inquit gloſſ. Panor. & alii ſcriben. in c. 2. de delictis puerorum, & Speculator in tit. de ſent. exeq. in verſi. quod ſi filius & Bald. in l. ſi qua pœna, per tex. ibi. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, tex. & ibi Bart. in l. 1. in §. ſi impuberi. ff. de collatione bonorum, Philipp. Dec. in conſi. 438. & Cremen. in ſingulari 12. & 89. & ſcriben. ita notant in l. tam ex contractibus. ff. de iudicijs, & in ſactiones. inſtit. de actionibus.

110 Imo ꝑ publicatis bonis ipſius filij de iure cõmuni cenſetur publicata legitima portio ei debita ex bonis parentis, qui tempore ſententiæ viuēbat, etiam vt poſt ipſius obitum in ſiſcum deferatur, vt inquit Bald. in l. ſi qua. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & Alex. in conſi. 37. lib. 1. col. antepenultima, & Socin. Iunior in conſi. 51. lib. 1. & eodem pacto ratione ſumpta ex dictis Iuriſconſultorum, & Ceſarum auctoritatibus propter crimen mariti non publicantur bona, quæ ex acquiſitis matrimonio cõſtante ad vxorem pertinent, vt inquit Ioan. Lupus in repet. rubricæ de donationibus. §. 66. numero 24. & Didacus Segura in tractat. de acquiſitis matrimonio conſtante, nu. 16. & Caſan. in conſuetud. Burgund. in rub. 2. in §. 2. ad finem, & Regia lex. 77. Tauri Regni Hiſpaniæ, & tamen poterit in his caſibus lege aut ſtatuto ſanciri, ob crimen filij publicandam eſſe legitimam etiam iure natura debitam, ita vt poſt obitum filij, vel etiam ante obitum ſiſco deferatur.

111 Et hinc eſt ſimiliter, quod ꝑ iure cauetur, ne ſententia excommunicationis in vniuerſitatē, aut collegium proferatur: vt probat tex. in ca. Romana. in §. in vniuerſitatem. de ſent. excomm. lib. 6. quod mirum videtur: nam vniuerſitas, ſeu collegium ex perſonis conſtat: vt in capit. cum clerici. de verbo. ſignifi. & per totum titulum. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, & perſonæ poſſunt excommunicari: vt habetur in cap. ſacro. de ſenten. excomm. & præterea ipſa vniuerſitas poteſt delinquere, culpamque contrahere excommunicatione dignam, vt inquit gloſſ. in l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, cuius præter doctores ibi meminit Abb. in c. in Geneſi. col. 1. de elec. & Phil. Dec. in cap. omnes. in prima lectura col. 7. de conſtitutione. nempe vbi omnes de vniuerſitate concurunt, & conſentunt in delictum, vnde vniuerſitas puniri iuſte poteſt etiam ſpeciali pœna, quibus quidem aliquot iuris Pontificij interpretes reſpondent, vniuerſitatem eſſe fictam, repræſentatam quandam perſonam non veram, & ideo anima rationali carentem nec capaceſpiritualem pœnæ, & excommunicationis, quæ non poteſt aptari animæ irrationali: vt in cap. primo, de ſenten. excomm. lib. ſexto, & in capitu. P. & G. de officio delegati. & in capitu. ſicut. il. 3. de iureiurando, hæc autem ratio ſufficiens non eſt: quia vniuerſitas ex perſonis, quæ capaces ſunt Canonice cenſuræ, conſtat, neque aliud eſt ipſa vniuerſitas, ſi rem ipſam materialiter cõſideremus, quam perſonæ eam adminiſtrantes, neque aliud eſt ciuitas, quam ipſa ciuium collectio: ut inquit Cardinalis in cap. requiſiti, de teſtamen. & textus in l. ciuibus. ubi Ludouicus Iuſti-



ranus in 6. col. ff. de rebus dubiis, traditque Bar. in laur facta. §. vlt. ff. de pœnis, qua rōne absque villo dubio apparet, eam posse excōicari. Vnde vera ratio est, quod actus, & passiones vt consistant in facto, & ad factum referantur, singulis omnino tribuendæ sunt, non collegio aut vniuersitati: nam his tribuuntur, & eorum esse censetur, quantum habet ea res iuris effectum: vt est optimus tex. in c. 2. de testib. lib. 6. & colligitur ex Barr. in d. l. aur facta. §. vlt. ff. de pœnis. Excommunicatio verò ferenda in aliquem non est, nisi ob actum verè proprium culpa mortalis criminis perpetratum: vt in c. nullus, & in c. nemo. 1. q. 3. qui quidem actus etiam si ab vniuersitate processerit, ad quemlibet peculiariter referendus est quoad pœnam excommunicationis, & similem, cum non agatur de iuris effectu, ne si vniuersitati tribuatur, absurdum sequatur, scilicet quod puniantur hi, qui verè innocentes sunt: sicut tex. in d. §. vniuersitatem, probat, qui omnino puniuntur, si excommunicatio posset ferri in vniuersitatē, quam rationem colligo ex cap. si habes. 2. q. 3. Dominic. & Præpositus in c. sicut vir. 7. q. 1. Fel. in c. responso. de sent. excom. & in c. dilecte. col. 2. de exception. laf. in l. 1. §. vltimo. columna prima, ff. de acquir. possess. Anania. in c. dilectus. il. secundo, numero 10. cum seq. de symonia. Cassa. in consil. primo, argumento 8. ex quibus apparet, excommunicationem posse pronūciari contra illos de vniuersitate, qui contumaces, & rebelles fuerunt, culpamque contraxerunt, non autem alijs, sic denique si erent Decanus, & Canonici, & Decanus, & capitulum sub excommunicationis cēsurā, & in capitulo cum citatio eis proponitur, eiusque certiores fiunt, certi quidem canonici reperientur capitulum constituentes, si ipsi mandato non obediunt, poterunt excommunicari eadem ratione, etiam si iudex malè pronūciat excommunicationis sententiam in vniuersitatem, nihilominus ligat eos, qui ob culpam ea cēsurā digni fuerint, vt tenet Fely. in c. dilecte, secunda columna, & Imol. in capit. capitulum. de rescript. colum. penul. & iuxta hunc sensum potest intelligi secunda opinio gloss. in d. §. vniuersitatem. verbo penitus, quæ tutior est: tamen si ex iuris rigore prior opinio, ex qua omnino ea excommunicatio nulla censetur, tenenda esset, secundum Philipp. Franc. & alios scribentes ibidem, & Paludanum, & alios scriben. in quarta sententiarum, distinct. 18. q. prima; in fin. & Cur. seniores in consil. 20. in dubio secundo, & probatur ex his, quæ tradit Ludouic. Gomes. in regula de idiōmate q. 2. & hæc sententia est communis, prout inquit Couar. in lib. secundo, variarum resolut. capit. §. num. 9. propè finem. Imo quamuis iure pos-

set excommunicatio ferri in vniuersitatem, minime ligantur hi, qui post ipsam cēsurā pronūciationem collegium aut vniuersitatem ingressi fuerint, prout inquit Bal. Paul. Castré. Imol. Arret. & alii scriben. in l. si grege. ff. de legat. primo, & Fely. in dicto capitulo responso. de senten. excom. & laf. in l. inter stipulantem. in §. sacram. ff. de verb. oblig. in fin. vbi testatur hanc esse communem opinionem, pro qua est tex. in capitulo primo, in princip. de officio Vicarii, lib. 6.

112 Certi tamen iuris est, quod si licet grauis sit cēsurā ecclesiastica interdicti pœna, plerumque tamen ob culpam illius, qui Ciuitatis aut Prouinciæ Dominus est, vel in ea habet sæcularem, ecclesiasticamve iurisdictionem, tota Prouincia, tota Ciuitas submittitur interdicto: vt probat tex. in capitulo non est vobis. de sponsal. & in c. sanè. il. 2. vbi optimè Dec. de offi. de leg. & in c. si sententia. de senten. excom. lib. 6. in 2. parte. nam isthæc pœna spiritualis non est in hoc casu respectu eorum, qui culpam interdicti non sunt: quia animam non afficit, quod patet, quia non priuat communionem suffragiorum Ecclesiæ, sed tantum suspendit interdictos a iudicio, & celebratione diuinorum officiorum, quæ quidem priuatio directè animam non afficit, & sic distat ab excommunicationis cēsurā. Vnde ciuibus interdictis, hi & interdicti censentur, qui in locum aliorum ciuium post sententiam successore in eam ciuitatem domicilium transferentes, glo. in c. si sententia. in verbo non competant, de sententia excommunicat. lib. 6. quæ ibidem communiter à scribentibus recipitur, quam esse ordinariam asserit laf. in d. §. sacram. col. vlt. extant in hand rem pulchra Plutarci verba in libro de Sera numinis vindicta, col. 3. qui legendus est, sic e contrario. Ciuis interdictus, qui culpæ particeps non est, si seipsum ad aliam Ciuitatē causa mutandi domicilium transtulerit, immunitus est ab ipso interdicto, vt inquit Anchara. Philip. Franc. & alij scriben. in dicto capitulo. si sententia. & Calder. in tractat. de ecclesiastico interdicto, in 2. q. in fol. 4. quibus duo addenda sunt. Primum, quod si iudex interdicto subijciat commune alicuius ciuitatis, personæ & locus huic cēsuræ subiecta censentur, secundum Federicum in consilio 188. secundum quod is, qui habitat in loco interdicto, si interdictus non est, potest in ecclesia sepeliri extra locum interdictum, vt inquit Feder. in consil. 121. & aduertit Didac. de Couar. in d. lib. 2. variarum resolutionum. c. 8. num. 10.

113 Et præfatis accedat etiam, quod si Ciuitas, quæ proprium Episcopum occiderit, licet omnes ciues nec peccati, neque erimnis rei sint, priuatur honore, & dignitate Episcopali, vt inquit

tex.

text. in c. ita nos. 1. q. 2. & ibi notant scribentes, cuius tex. meminit Bald. in l. si nondum. C. de furtis, & laf. in l. 2. col. 2. C. de inofficioso testam. id intelligentes, quando is Episcopus erat iam consecratus, hæc etenim pœna temporalis est, & ideo ex causa iusta possunt innocentes eam pati, ex quibus omnibus latè adductis in hoc quarto fundamento clarè probatur, quod in pœnis temporalibus non autem spiritualibus sæpissime puniuntur aliqui sine culpa, non tamen sine causa. Vnde clarè colligitur, non iō iniusta esse præfata statuta: quia puniuntur ij, qui culpa carent, nempe in priuatione dignitatum, officiorum, ac ecclesiasticorum beneficiorum, imo præfata statuta iustissima sunt: quia ex videntissima causa facta sunt, vt ex superius adductis, & inferius adducendis clarissimè patet.

114 Quintò pro hac parte affirmatiua facit argumentum de clerico egrotante, qui quidem quamquam nullam culpam commiserit, pœnam tamen temporalem subiens à sacrorum remouetur administratione: hoc etenim in c. tua nos. de clerico egrotante vel debilitato, statutum est, vbi præcipitur per hæc verba. De sacerdotibus, qui diuino iudicio lepre morbo reperiuntur, in parrochiali Ecclesia prælationis officio fungitur, dicimus, quod pro scandalo & abhominatiōe populi ab administratione debet officio remoueri, ita quod iuxta facultates Ecclesiæ sibi necessaria, quoad iuxta vixerit, ministrentur, & ibi latè notant gloss. Innoc. Ioan. Andr. Anchara. Ant. Henricus, Pan. & alij scribentes. ex quo textu non minimum colligitur argumentum ad prædictorum statutorum iustificationem, ac defensionem: nam si pro scandalo, & abhominatiōe populi is, qui culpa caret, ab administrationis officio remouetur, à fortiori in casu nostro filij ac descendentes nouiter conuersorum à Iudejs, vel Sarracenis ad fidem Catholicam remouentur ab aliquibus ecclesiis cathedralibus, seu collegiatis præcipuis Hispaniæ pro vitandis scandalis, & abhominatiōibus, quæ verisimiliter oriri possent, si admitterentur.

115 Neque obstat, si exauctore dicatur, quod est diuersa ratio in casu nostro erga præfata statuta, quam in clerico egrotante, & leproso: nam ipse clericus leprosus effectus fuerat, & abhominabilis res erat eum videre celebrantem. Ideo & si non pro culpa, pro causa tamen rationabili, ac legitima, ad tollendum scādalum, & horrorem, quæ ex suo nascebantur morbo, vt consideratur in c. tua nos. de officiis, & administrationibus publicis in sua Ecclesia exercendis remouebatur, & hoc est, quod voluit dicere text. in d. c. tua nos, & tex. in c. ex parte, eiusdem tituli de clerico egrotante: non tamen pro hoc intel-

ligere debemus, quod interdicitur omnino leproso facultas celebrandi, sed tamen corā populo parrochiali, cui erat præpositus, & hoc prophororem, & abhominatiōem ab eodè populo tollendam, vt patet ex verbis. d. c. tua nos, erat. nis, de quo loquitur tex. Prælati Ecclesiæ parrochialis, etiam potens semper celebrare saltem priuatim, nisi forte esset in eo nimia debilitas, vel deformitas: vt inde posset, vel ex parte dignissimi sacramenti, vel illius aut populi circūstantis oriri scādalu: sic enim intellexit Alex. de Hales in 4. par. suæ summæ in q. 47. in membro vltimo, & post eam Diuus Thomas in 4. sententiarum, dist. 9. in q. 4. in articulo vlt. & scribentes omnes in d. c. tua nos. Non (inquā) obstat præfata respoſio: nam in casu nostro erga præfata statuta eadem ratio, imo maior est, nam pro vitandis scandalis, & abhominatiōibus, quæ euenerunt ex eo, quod in prædictis Ecclesiis habuerunt dignitates, officia & beneficia ecclesiastica hi, qui originem duxerunt à Iudejs, vel Sarracenis facta fuerunt prædicta statuta, & propter alias etiā non minus vrgentes rōnes.

Sextò pro hac parte affirmatiua facit aliud argumentum, nepe quod bigamus cum sine peccato contraxerit bigamiam, nihilominus indignus censetur, vt sacris seu minoribus initijs ordinibus & ecclesiastica obtineat beneficia seu officia: vt determinatum fuit in Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. de quo metio fit in c. 1. de bigamis, lib. 6. cuius verba sunt. Altercationis vitij dubium præsentis supplicationis oraculo decidet bigamos omni priuilegio clericali declaramus esse nudatos, & coercionem fori sæcularis addictos, consuetudine contraria non obstante, ipsi quoque sub anathemate, phibemus deferre tollunt, vel habitum clericalem. Si igitur bigamus ex eo solo, quod diuersis temporibus duo contraxerit matrimonia, clericus esse ac ecclesiastica beneficia phibet, ex iuris cōis dispositione pro significationis definitum, vt inferius dicendum erit, merito præfata statuta sūt in dictis ecclesiis, & auctoritate Apostolica confirmantur, pro vehementem suspicionem contra nouiter conuersos ex Iudejs seu Sarracenis, & eorum successores ortā. Quæ quod de irregularitas bigami à veteri testamento originem duxit nā Leuit. c. 21. scriptum est de sacerdote, scortum, & vitæ p̄stibulum non ducet vxorē, nec eā, quæ repudiata est à marito, & apud Ethnicos auctore Aulo Gellio, lib. noctiū Atticæ c. 1. Flaumen si vxorē amisit Flaminio decedebat, eo quod non poterat secundam vxorem accipere. Septimius Tertulianus in lib. de exhortatione ad castitatem, inquit. Monogamia apud Ethnicos in summo honore est, vt etiā virginibus legitime nubentibus vni viro pronuba adhibetur, & sic auspicii initium est. Item in quibusdam solēmbus, & auspicijs vt prior sit vni-



virē locus. certē flaminia non nisi vniura est, quæ flaminia lex: nam duo ipsi Pontifici maximo iterare matrimonia non licet, quod monogamiæ gloria est. Hæc Tertullianus inquit, qui idem repetit in lib. 1. ad vxorem, & in lib. de monogamia, ad finem, & in libro de præscriptionibus aduersus hæreticos, & idem inquit Diuus Hieronymus in Epistola ad Herodiam de monogamia ita scribens. Flamē vnus vxoris ad sacerdotiū admittitur, flaminia quoque vnus mariti eligitur vxor ad Tauri Aegyptii sacra semel maritus adsumitur, cuius etiam ex minoribus meminit Ludouicus Gellius libro lectionum antiquarum 15. in c. 2. Denique post legem Evangelicam statim bigamia ab Apostolis instituta fuit, quod sacris ordinibus, & officiis esset impedimento: vt probatur in canone 16. Apostolorum, cuius verba sunt. Qui post baptismum duabus implicatus fuit nuptiis, aut concubinam habuit. Is Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique in consortio sacerdotali esse non potest, quod sumptum ex Diuo Paulo in Epistola ad Thimotheum in c. 3. vbi inquit. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum, & idem dicit in Epistola ad Titum in c. 1. & idem Diuus Paulus in dicta Epistola ad Thimotheum in c. 5. inquit, deligatur vidua, quæ vnus viri vxor fuerit, quorum verborum interpretationem ponit Gratianus in 26. dist. & videndus est circa præfata Didac. de Conarrui. in clem. si furiosus. in 1. par. in §. 2. in princip.

17 Imò præfata bigamia de iure diuino videtur introducta: vt patet ex dictis Epistolis Diui Pauli, nam quicquid in illis legitur de iure diuino videtur. & præterea ex text. in ca. super eo. de bigamis, vbi Lucius Papa inquit, quod cum bigamis contra Apostolum dispensare non licet, & in c. nuper. eodem tit. ait Innocēt. Pontifex; quod cum clericis, qui quantum in illis fuit, secundas mulieres sibi matrimonio coniunxerunt, tanquam cum bigamis non licet dispensare.

Sed breuiter dicendum est, quod prædicta irregularitas ex bigamia proueniens iure tantum humano, & non diuino fuit introducta, & hæc est communis sententia scribentium in iure nostro, & ita videmus, quod summus Pontifex aliquando dispensauit cum bigamis: vt possint sacris initiari ordinibus, & ecclesiastica beneficia obtinere, quæ quidem dispensatio fieri non potuisset, si irregularitas præfata iure diuino esset introducta. Quod autem Romanus Pontifex possit cum bigamo dispensare, tenet Diuus Thomas in quarto sententiarum, distinct. 27. q. 3. & ibi alii scribentes, & Floren. in 3. par. in tit. 28. in c. 3. gloss. & scribentes

in c. super eo. de bigamis, & hanc opinionem tenet Ioan. Montaigna in tract. de bigamia in q. 2. vbi dicit, hanc esse communem opinionem, de qua quæst. videndus est Didacus de Couarruias, qui latè tractat in clem. si furiosus. de homicidio, in prima parte, in §. 2. numero 4.

Neque obstat auctoritates Diui Pauli supra adductæ: nam respondendum est, quod Apostoli non erant tantum Apostoli, verum & Ecclesiæ Rector, & pastores, sicut modo est summus, & reliqui Pontifices. Vnde quatenus Apostoli vtebantur spiritu prophetico, quo condebant scripturam, sed quatenus pastores, & prælati statuiebant in Concilio leges, vt ætuum Apostolorum capit. 15. probatur, & consilia dabant. In prima ad Corinthios c. 7. probatur ibi. præceptum Domini non habeo, consilium autem do, & sic Paulus tanquam rem decentissimam, & significationi connubii Christi apia admonuit: vt sacerdos esset vnus vxoris vir, veluti vt esset hospitalis &c. & hac ratione auctoritates illæ non probant irregularitatem à bigamia prouenientem esse iure diuino introductam.

Nec similiter obstat tex. in d. c. nuper, quia sensus illius text. est, quod cum illis, qui de facto complura illegitima matrimonia contraxerunt, non liceat dispensare, aliter, quam si legitima, & iuridica matrimonia contraxissent, sed non negat ille tex, quin sit vtrumque dispensabile. Et eodem modo responderi potest ad tex. in d. c. super eo. Vel aliter potest ad hunc text. responderi, quod quatenus tex. inquit, q. cum bigamis contra Apostolum dispensare non licet, vt debeant ad sacros ordines promoueri, vel in eis, si promoti fuerint, remanere, loquitur de dispensatione Episcoporum inferiorum à Rom. Pont. vt patet ex eius litera. Nam quauis Romanus Pontifex cum bigamo (vt supra dictum est) dispensare possit: Episcopus tamen, vel alius inferior à Pontifice Romano dispensare non poterit, vt resoluunt scribentes in cap. at si clerici in §. de adulteriis. de iudiciis, & resoluunt Didac. ab Alua Abulensis Episcopus in libro primo de Conciliis, cap. 2. numero 2. & tenet Prepositus in c. lector 50. distinct. & Angel. in summa in verbo bigamus, & Ioan. Montaigna in tract. de bigamia, in questione septima, & Gonsaluis à Villa Diego in tract. de irregularitate, in questione vltima, & hanc opinionem dicunt esse communem Prepositus, & Ioan. Montaigna vbi supra, & Didac. de Couarr. in d. §. 2. numero 4. Cardinalis autem à Turre Cremata in capitulo lector. 50. distinctione post Diuum Thomam in 4. sententiarum, dist. 27. in q. 3. & Siluester in verb. bigamus. q. 7. probare conantur, posse Episco-

Episcopum dispensare cum bigamo in minoribus ordinibus, quæ quidem opinio defendi poterit, quæ tamen maxima luberit dispensandi causa, quemadmodum Ludouicus Gomefius opinatur in tractatu breuium, nume. 2. aut fact. vbi qui bigamiam contraxit, eo tempore mens erat laycus. Hæc etenim irregularitas quoad ordines minores Episcopi dispensatione tolli poterit secundum Henricum in c. 1. de bigamis, in fin. quasi secus dicendum sit eo auctore in eo, qui post clericatum bigamiæ vitium contraxerit, quia cum hoc nec in minoribus Episcopus poterit dispensare, quia iste talis omnino amittit clerici & ordinis ecclesiastici priuilegium ipso iure, vt clarè probatur in ca. vnico, de bigamis, lib. 6. & ideo non potest ex Episcopi dispensatione idem recipere, quæ quidem opinio probabilis est, tamen dubia nimis mihi videtur. Nam etiam summus Pontifex maxima cum difficultate in hoc, quæ ex bigamia procedit irregularitate, dispensare solet, quod post alios scribentes fatetur Io. Staphil. in tracta. de iuris gratia & iustitia, ad finem, & Didac. de Couarr. in d. clem. si furiosus, in prima parte, in §. 2. num. 4.

Neque huic fundamento obstat si ex aduerso dicatur, quod nulla est similitudo in casu nostro de bigamo ad iudicium nouiter ad fidem conuersum, & eius successorem. nam si bigamus omnibus spoliatur clericalibus priuilegijs, ideo est, nam ipse habet in se defectum significantiæ vnionis naturæ diuinæ & humanæ in vna hypostasi, & persona verbi, vnde glo. in d. c. vnico. de clericis coniugatis, libro 6. in verbo contraxerint, inquit, carnis coniunctio conformatem designat humanæ, diuinæque naturæ, quæ per incarnationis mysterium fuit in vtero virginali contracta. Oportet ergo, quod consummatio matrimonialis, quæ ipsum ministerium designat, fuerit facta in vtero virginali, &c. & bene facit ad hoc text. in c. maritum. 3. distinct. Vnde Diuus Augustinus scribens in epistola ad Titum, cuius doctrina ponitur in c. acutus. 26. distinct. & similiter Diuus Ambrosius in cap. vna. 26. distinct. dicunt. Nec repetita nobis culpa permittitur, & in ipso coniugio lex est, non iterare coniugium, nec secundæ coniugis foritri coniunctionem, & qui talis est, constat eum normam sacramenti non admisisse, vel ad vitæ meritum, aut ordinationis signaculum, vt habetur in epistola prima ad Titum in c. 1. vnus quippe vxoris vir Episcopus significat ex omnibus gentibus vnitate, vni viro Christo scilicet esse subditam, vt dicunt præfati. Præterea bigamus clericalibus spoliatur priuilegijs propter prerogatiuam clericatus, & emittentiam sacerdotalis dignitatis, & hinc Diuus

Ambrosius in dicto c. vna tantum. in §. Ioann. Baptista, inquit. Bigamus verò in sacerdote ordinari non debet, non quia deliquerit, secundæ accipiendi vxorem, sed quia prerogatiua exutus est sacerdotis, & in c. qui sine crimine eiusdem 26. distinct. dicitur ex doctrina eiusdem Ambrosii, qui autem iteratè coniugium, culpam quidem non habet coinquinati, vel prerogatiua exiuit sacerdotis, & notant scribentes. Et præterea bigamus priuatur clericalibus priuilegijs propter incontinentiæ presumptionem, nam quomodo potest esse hortator vilitatis, dicunt Diuus Ambrosius, & Gratianus, qui coniugia frequentauit. nemo quippe dubitat polygamiam humano diuinoque iure permissam fuisse vitandæ incontinentiæ causa.

19 Non inquam obstat præfata, quia in casu nostro maxima deduci potest similitudo de bigamo ad nouiter ad fidem conuersum, seu eius descendentes. nam si considerarem prerogatiuam clericatus, indignum videtur, quod ei, qui originem duxit à suspectis in fide, cum ipse sit similiter suspectus, clericus efficiatur, ac ecclesijs præficiatur egregijs, quas ei similes cõtaminare ceremonijs iudaicis, & sarracenis voluerunt, & præterea quo pacto poterit esse hortator christianæ religionis, qui suspectus est in fide, & quorum parentes in ea præuicati sunt.

20 Neque omnimoda similitudo necessaria est in tota ipsa re, vt possit dici simile, vt inquit Panor. in c. translato. nume. 3. de cõstitutionibus, & Ias. in l. creditorii. num. 8. de oper. no. nunc. & in l. vlti. nu. 1. C. de collationibus, & Franc. de Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. me. 23. & in l. si aliquam rem. nu. 42. ff. de acq. posses. & Andre. Alciarius in l. creditor is est, in fi. de verb. signifi. & not. scriben. in cap. causam quæ inter, de iudic. & ita similitudo præfata sufficit, quamuis non reperitur defectus significantiæ vnionis naturæ diuinæ & humanæ, prout in bigamo reperitur.

21 Septimò pro hac parte affirmatiua facit, nã ex causa publicæ vilitatis Princeps potest inducere pœnam contra non delinquentes propter delictum alterius, vt inquit Bart. in l. iure C. de fabricen. lib. 1. & Bal. in l. sancimus. C. de pœnis, & in l. 1. in 1. col. in fi. C. ne filius pro patre, & Ange. in consil. 63. col. 1. & Salyc. in l. 1. C. res inter alios acta. & Calcanes in consil. 64. col. 1. & glof. in rubrica de decretis Decurio. lib. 10. Bald. Angel. Imo. & Ias. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pup. Petr. de Ancha. in ca. nonum statuta. col. 3. 2. versicu. quæro vltorius, scriptum est. de consil. & Socy. in consil. 271. col. 1. lib. 2. & Petr. de Anch. in c. 2. de delictis puerorum, & ibi Ioann. de Anania col. 5. versic. & sic vult Dominus meus Salyc. in l. 6

si filiusfamilias, in princ. C. ne filius pro patre, Alberi. de Rosat. in prima parte statutorum q. 47. Hyppoly. in l. infantis. col. 3. ff. ad leg. Corneliā de fca. Bald. in l. de quibus. col. 2. in fi. versi. & valet ideo statutum ff. de legib. & Fely. in c. cognoscentes. col. 1. de constitut. & Bal. in l. si quis in tantam. col. 2. C. vnde vi. la. in authen. nouissima. col. 2. C. de inoffi. testa. & in l. de quibus. col. 2. 4. in fi. ff. de legib. & Roch. de Cur. in c. fin. col. 1. 46. de consuetu. & Dominic. in c. ius generale. col. fi. 1. dist. tandem hęc sententiam dicit esse \*communem Alexā. in l. lex Cornelia. ff. de vulgar. & pupil. sublit. sed sic est, quod præfata statuta facta sunt in dictis ecclesijs ratione publicæ utilitatis, nempe ratione cōseruandæ religionis Christianæ & extirpandi ceremonias & abhominaciones iudeorum & sarracenorum Hispaniæ, quorum conuersio ad fidem catholicam ac successorum est maximè suspecta ex his, quæ longa experientia docuit, prout iam ante dictū est, ergo optima ratione potuit Apostolica sedes præfata statuta confirmare, etiam si ex eisdem aliqua sequantur incommoda, & pœna contra nouiter ad fidem conuersos, & eorum successores, etiam si innocentes fuerint. Et impugnationibus, quæ huic fundamento adduci possunt ex aduerso, iam plene satisfactum est in præcedentibus, maximè in his, quæ adduximus in quarto fundamento, & hoc solum fundamentum sine alio sufficiens esset ad iustificanda præfata statuta, & ea cōseruanda & perpetuum silentium imponendum impugnantibus.

Octauo pro hac parte affirmatiua facit, nam

121 Et videmus, quod in omnibus rebus suspicio maximè ponderatur, ac maximè est effectus: nam æquissimè constitutum est, vt nemo cogatur eum ferre iudicem, qui sibi suspectus est, vt probatur in c. quod superest. 3. q. 6. & in l. apertissimi. C. de iudic. & in c. cum speciali. de appel. & in c. causam quæ inter. de iudi. de qua materia agit Speculator in tit. de recusa. & Stepha. Aufre. in tract. de accus. & Lanfranc. in c. quoniam contra falsam. de probat. in verbo recusat. & Præpositus in c. postrem. de appel. & Jo. Ferrarius in tract. de recusat. iud. & aliqua adducit Didac. de Couarr. in pract. q. c. 26.

122 Et videmus, quod scriptura de falso suspecta nõ probat, vt inquit Ioan. de Anania in rub. de crimine falsi, & Alex. in consi. 77. in vol. 1. & Philipp. Deci. in consi. 615. col. fi. & Franci. Curt. in consi. 64. vbi dicit, quod hæc est \*communis sententia, & in consi. 132. col. fi. vbi idem dicit, & in consi. 166. col. 3. & in consi. 178. col. 2. & Gramm. in consi. 30. col. 1. & Calcane. in consi. 27. col. pen. Bertran. in consi. 139. vol. 3. & in consi. 100. col. 3. vol. 3. & in consilio 4. vol. 2. & in consi. 216. col. pen.

volu. 3. & in consi. 150. col. 2. & in consi. 290. col. 2. volu. 3. & ita declarat Marian. iunior in consi. 6. col. 2. volu. 2. & in consi. 189. col. 8. volu. 2. & Aymo in consi. 28. col. fin. & in consi. 56. in fi. & in consi. 134. col. 6. & Gratus in consi. 60. in fi. vol. 2. & Rui. in consi. 3. col. 6. vol. 4.

124 Et videmus etiam, quod sola suspicio falsi pro veritate habetur in crimine falsi, nisi suspicio diluatur veritatis demonstratione, vt probari videtur in l. iudicem. C. de probat. & Archid. & Dominic. à Sancto Geminiano in c. in memoriam. 19. distinct. & Fran. Cur. maior in consi. 73. col. pen. & la. in consi. 148. nu. 2. vol. 4. & Holtien. in summa in tit. de crimine falsi, in §. qualis probatio requiratur. & Abb. in c. porrecta. per illum tex. in 3. no. de cōfirmatione vtili vel inutili. Anchar. in consilio 173. col. pen. & Deci. conf. 448. col. 4. Hyppo. consi. 27. col. 2. Purpu. in l. transigere. col. fin. C. de transact. & Paris. consi. 12. col. 3. & in consi. 158. col. fi. vol. 4. & Mantua in consi. 144. col. 2. & Marian. iun. in consilio 189. col. 8. volu. 2. & decif. Neapol. 30. in nouis & Franc. de Rip. in c. 2. nu. 33. de rescript. Contrarium tamè in quod suspicio falsi non habeatur pro veritate, quia probatio falsi debet de necessitate concludere, vt inquit la. in l. iurisdictionum. §. quod ferè. ff. de pactis. & Dec. in l. singularia. col. pen. ff. si cer. pœa. & in consilio 1. col. 1. & in consi. 602. col. 3. & in consi. 615. & Alex. in consi. 190. col. 2. volu. 7. & in consi. 179. volu. 2. & in consi. 70. col. 5. vol. 1. & la. in consi. 62. col. 1. vol. 1. vbi dicit, quod in crimine falsi probationes debent esse luce clariores, & in consi. 153. col. 4. vol. 2. & Marian. iun. in consi. 39. col. 5. vol. 2. & in consi. 61. col. 1. & seq. per totum vol. 2. & Grammaticus in consilijs civilibus consi. 50. in consi. 65. col. 3. & in consi. 66. col. 3. in princ. Ergo non sufficit suspicio, quæ minus, quàm præsumptio operatur, vt per Bar. & alios scriben. in l. admonendi. ff. de iureiur. & ideo scribentes communiter tenent, quod suspicio falsi non tenetur, nec habeatur pro veritate, nec probat falsitatem, vt inquit Grat. in consi. 6. col. fi. vol. 2. & Marian. iunior in consi. 39. col. 9. & in consi. 61. col. 2. volu. 2. & Hyppolit. in l. 1. §. Diuus. col. 5. ff. ad legem Corneli. de fca. Socy. iun. in consi. 45. num. 8. lib. 4. quem refert Herculanus in tract. de probanda negatiua. num. 131. sed pro concordia huius diuersitatis erit distinguendum. Nam aut loquimur in criminalibus ad puniendum aliquem de falso, & tunc ad probandum falsitatem non sufficiunt coniecture, nec suspiciones, sed requiruntur probationes legitimæ, & quæ de necessitate concludant, & hæc est \*communis opinio, vt inquit Socy. iun. in consi. 39. nu. 44.

& num. 77. lib. 2. & in consi. 61. nu. 9. eod. vol. & Bossius in tit. de officia. corrupt. pecu. num. 14. Aut verò loquimur in civilibus, & eo casu vtique talis suspicio falsi pro veritate habetur, & ita intelligi debet opinio Archidiaconi, & aliorum supra relatorum, & ita intelligenda est communis sententia, ut inquit Cur. iun. in consi. 132. nu. 10. & in consi. 166. num. 6. & Iulius Clarus lib. 5. receptorum sententiary, in §. falsum. uerfi. trita est conclusio.

125 Et hinc est, quod non solum hæreticus & scismaticus, sed etiam is, qui in suspensionem hæresis venerit, abiurare debet errores, de quibus suspectus est, cuius rei exēpla uidere licet in magna synodo Chalcedonenſi, ubi actione octaua Theodoretus, qui de hæresi suspectus erat, compulſus fuit Nestorium & omnes hæreticos palam anathematizare, & actione nona eiusdem synodi, simile factum est cum Iba Episcopo, qui de quibusdam erroribus accusatus, quamuis fuerit inuentus innocens, propter suspensionem tamen coactus est dicere etiā in scripto. Anathematizauit Nestorium eiusq; dogmata, & nunc anathematizo eum decies millies, & omnem illum, qui non sapit sicut hæc sancta synodus, anathematizo. Et est ratio, quia hæresis uitiat catholicam fidem, quæ uirginitas mentis est, ab erroris corruptione seruans intellectum, sicut docet Origenes in Leuiti. homilia 12. nam est aliorum criminum suspicio dissimulandi possit. hæresis tamen suspicio dissimulanda non est, cum sit hæresis fornicatio & adulterium animæ, ut plurimis sacre scripturæ capitibus planissime proditur, nempe Deuteron. c. 11. & Osee c. 4. & Hierem. c. 3. & Ezech. c. 16. quod factum est, ut quemadmodum olim ad eleuandam suspensionem adulterij durissima lege uir Zelotypus uti poterat, ut in lib. 6. Numerorum, c. 5. legitur, sic hodie catholica Christi ecclesia diuine admodum conſtituit, ut suspicio hæresis tormentis & abiuratione, & purgatione canonica diluatur, est. n. anima nostra Deo Christo desponsa, cui uirginitatem fidei omnino seruari tenetur, dicitur Paulo Apostolo. Despondi uos uni uiro uirginitatem castam exhibere Christo. & ut Christostomus in Matthæum homil. 52. operis imperfecti scriptum reliquit. Hæretici uirgines dici non possunt, quia sensu adulterino corrupti sunt, & uirginitatem ueritatis Christi adulterino sensu corrumpunt, & Cyprianus ait. quisquis ab ecclesia separatur, adulteræ iungitur, neque pertinet ad Christi præmia, denique August. in epistola, quæ est ad Bonifacium, inquit. An fidem non seruare leuius est animam Deo, quàm femina uiro, ut in epistola 2. ad Corinth. c. 11. & Augu. in epist. 50.

igitur (vt ex præfatis apparet) suspicio est

maximi momenti, & multum operatur. Sed sic est, quod ijs, qui à iudeis, & sarracenis originem ducunt, suspecti in fide sunt, quoniam ad maiorum impietatem imitandam natura procliuus esse censentur, vt iam antea dictum est in hoc capitulo maximè num. 74. Ergo iure optimo defendi possunt præfata statuta, quod equitatem & iustitiam contineant.

Neque obstat dicere, quod nulla ratione, nec experientia, neque testimonio probari poterit, iudeorum seu sarracenorum filios, & descendentes Christianos esse suspectos de infidelitate, & ad eam naturam procliuus. Nam respondendum est, quod suspicio & propensio præfata probatur ex multis. Primò, quia talis præsumitur esse filius, qualis pater fuit, vt probatur ex supra adductis num. 74. & vulgaris ille versus nostris omnibus obuius.

Sæpe solet similis filius esse patri.

quem citat gl. in l. quod si nolit §. qui macipia ff. de edilitio edicto, & in l. qui quis. in verb. in quibus. C. ad legem Iul. Marci. vbi & in eam rē est bonus rex. in hæc verba. In filijs paterni criminis exempla mentiuntur, & gl. in auth. de Reſerendarijs sacri Palatii, ad finem, vbi est quoque bonus rex. & in c. venerabilem. super verbo progenitores, & ibi etiam Panor. col. 4. de elect. & in c. 156. distin. que dicit, hanc vnam causam esse, quare filij presbyterorum nõ promouentur, & glo. in c. item si quis. cum similibus 6. q. 1. & ibi etiam rex. in c. vlti. de consecr. distin. vlti. & in c. 2. super verbo defectu, de filijs presbyterorum, lib. 6. quæ & illud quoque dicit ac inter alia ratione spurios sacris nõ initiari, & facit, quod voluit gl. in l. cum vnus. in princ. in verbo domum ff. de aliment. & ciba. lega. & Cyn. in l. in bonæ fidei. in q. 7. C. de iur. iuran. & Bal. in l. 1. ad finem. C. de loca. & in l. si quos. in fi. & ibi Ang. C. de captiuis, & idem Bal. in consi. 95. incip. regula iuris est. col. 1. in lib. 1. & Alberi. loquens in filio calumniatoris in l. si qui §. 1. num. 10. ff. de accus. & Franc. de Aretio in l. iubemus. in fi. C. de Aduocatis diuersorum iudiciorum. & facit illud sapientiæ ca. 3. de impijs, & ijs, qui sapientiam abijciunt nequissimi filij eorum, quasi nequissimorum nequissimi sint etiam filij. & illud Ezechielis ca. 16. Radix tua & generatio tua de terra Chanaan, Pater tuus Amorrhæus & mater tua Aethia, loquitur enim ibi de iudejs Hierusalem habitantibus, quibus parentes non erant huiusmodi; sed quia mores eorum imitabantur, eos dicit ab eis generatos, & hoc Elidras facer ille scriptor non illepidis similitudinibus insinuat in li. 4. in c. 9. qualis ager, talis & semina, & quales flores, tales & tinctura, qualis operator, talis & creatio, & qualis agricola, talis & cultura. & Matthæi c. 7. & Lucæ cap. 7. dicitur

Non

Non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere.

**127** Secundò, quia naturaliter consanguinei affectionem habent ad consanguineos ac eorum res. Vnde à fortiori eam habent ad parentes & eorum ritus, & hæc est causa, quare consanguineus in causa sui consanguinei iudex recusari potest, vt probatur in c. postremò. de appellat. & ibi no. glo. Inn. Anchar. Henric. Ant. Panor. Franc. & Philipp. Dec. ac alij scriben. similiter; quæ quidem consanguinitas ad hanc effectum recusationis consideratur vsque ad eum gradum, qui successionem ab intestato tribuit, vt inquit ibidem gloss. in d. c. postremò. quam sequutus fuit ibidem Bald. & Philipp. Deci. nu. 5. dicens. si coniunctio consideratur vsque ad effectum successionis, à fortiori vsque ad effectum recusationis, cum recusatio ex leui causa concedatur, vt in c. cum R. canonicus. vbi glo. de officio delegati, & sine dubio hæc sententia tenenda est, quòd possit consanguineus vsque ad illum gradum, qui decimus est, iure ciuili inspecto, recusari, & ultra illum decimum gradum, qui in successione consideratur, vt in §. vlt. in situ. de successione cognatorum, relinquatur arbitrio iudicis perpena personatū qualitate, & mutua inter eos affectione consanguinei recusatio, quod sentit Deci. in l. qui iurisdictioni. num. 14. ff. de iurisd. omn. iudi. & Io. And. in c. postremò. de appell. cum quò sentit Abb. in c. nonnulli §. sunt & alij. num. 10. de rescrip. & Iacob. Menoch. in tracta. de arbitrarijs iudic. quæst. lib. 20. centu. 2. casu 152.

Tertiò, quia multi ex nouiter ad fidem conuersis, & eorum successoribus ex iudeis seu sarracenis rediere ad vomitum, vt latè ex præcedentibus dictum est, & ab inquisitoribus fidei conuicti pœnis violatè fidei & baptismi puniti sunt, & ecclesia Catholica eorū ruina scandalū perpessa est, vt infinitis exemplis iam patet in tota Hispania. ita quòd à communiter accedentibus potest deduci hæc suspicio, quod præfatis conuersis & eorum successores reassumant

**128** paternos mores, & argumentum à communiter accedentibus est vile, & probabile in iure nostro, vt deducitur ex textu notabili in ca. 1. vbi hoc notant Cardinalis. Io. Calderin. Io. de Imo. Panor. & alij scribentes de clericis non redit. & bonus tex. in l. ideoque, & ibi tangitur per glo. ff. de legib. & tex. in l. quædam. §. 1. ff. de edendo, & est gl. not. in l. neque natales. C. de probat. & ibi Cyn. Bal. Saly. & Doctores notant, & tangit glo. in l. cum dotem. & ibi etiam Bal. C. de iur. dot. & glo. in l. eum qui. in princ. ff. de publica. & gl. in l. 1. C. de arb. & in l. eum qui probabilem. C. de episc. & cleri. & in l. cui dens. & ibi Ange. ff. de edilitio edicto, imò huiusmodi argumentum à communiter acciden-

tibus concludit in materia probationum, vt dicit Bal. in c. fi. de causa possess. & proprietat. & idem Bal. in c. v. fallus. in titu. si de feudo fuerit controuer. & Bal. in l. data opera. col. 12. C. qui accus. non poss. & hoc argumentum est valde notandum, vbi cum proceditur ex præsumptionibus, secundum Bald. in repeti. legis cum mulier. colum. 24. ff. solu. matr. & in confi. 70. incip. apparent quædam instrumenta. in prima parte, dicit Oldra. in l. 1. C. de tranfact. quòd omnes tutores sunt barratores à communiter accedentibus. Hinc etiam dicunt Cyn. & Bald. in l. cum oportet C. de bon. quæ liberis. quod omnes Astenfes sunt vsurarij à communiter accedentibus, & nos etiam possumus dicere, quòd in Hispania à communiter accedentibus nouiter ad fidem conuersi ex iudeis vel sarracenis sunt fidei & non verè conuersi, vt ex antedictis patet, maximè ex his, quæ dixi supra num. 96. ex quibus tribus fundamentis simul consideratis manifestè colligitur, quòd ij, qui à iudeis vel sarracenis originem ducunt in Hispania, suspecti circa fidem sunt.

**129** Neque obstat replicare, quòd ex eisdem tribus fundamentis probatur etiam Aethnicorum, & Gentilium nouiter ad fidem conuersorum filios, & descendentes esse etiam in fide suspectos, & ad infidelitatem procliuos. Vnde nò magis illi, qui ex iudeis & Sarracenis originem ducunt, quam isti, qui ab Aethnicis & gentilibus originem ducunt, sunt excludendi à præfatis ecclesijs. Nam respondendum est, quod quamuis primum & secundum fundamentum possint etiã considerari in descendenti. ab Aethnicis & gentilibus. Tertium autem, quod magis ad rem facit, considerari nò potest, nam videmus experientia longa, quòd nouiter ad fidem conuersi & eorum successores, qui ex huiusmodi Aethnicis & gentilibus originem ducunt, verè & non fidei suscipiunt baptismi sacramentum, quod patet ex Aethiopicis & iudeis nouiter ad fidem conuersis & eorum successoribus, nam vix inter eos inuenitur vnus, qui paternos mores sequatur, & ad vomitum redeat, prout omnibus plusquàm notum est. Et ideo maior ratio est, quòd descendentes ex iudeis vel sarracenis excludantur vigore dictorū statutorum à præfatis officijs, dignitatibus, ac ecclesiasticis beneficijs in dictis ecclesijs, quam descendentes ex præfatis Aethnicis & gentilibus.

Nonò pro hac parte affirmatiua facit, quia **130** hi, qui sacris ordinibus initiari debent & ecclesijs Cathedralibus præfici, bona natura ac moribus conuenit esse ornatos, vt probatur in c. cunctis. de electione, & ibidem notant scriben. & habetur 28. distin. per totam, & in cap. clericus 4. distin. & 44. distin. per totum, & 21. q. 4. per totam, & in toto tit. de vita & honesta. cler.

cler. de quo latissimo sermone agit Alber. Scotus in tract. de vero & perfecto clerico, per totum illum tractat, sed sic est, quòd nati ex iudeorum gente vel sarracenorū à communiter accedentibus ambitiosi, inquieti, superbi esse solent, necnon multi eorum sunt inobedientes, vaniloqui, & seductores, ac pacis communis perturbatores, ergo non expedit, quòd præfatis ecclesijs Cathedralibus Hispaniæ præficiantur. Quòd autem præfata vitia eos comitentur, clarè probatur ex adductis à Diuo Paulo in episto. ad Titum in c. 1. cuius verba sunt. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolètum, non percussorem, nò turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelis sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere, sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & seductores, maximè qui de circumcissione sunt, quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, docentes, quod non oportet, turpis lucri gratia &c. ex quo patet, quòd postquam Diuus Paulus designauit qualitates, quas bonus pastor habere debet, aduertit descendentes ex circumcissis præfatis vitijs esse inuolutos, quasi aperte innuat, cauendum esse ab his, & non cito manus eis imponendas, quasi prima facie reputentur indigni. Et ultra præfata doctrinam Diui Pauli longa experientia compertum est, descendentes ex præfatis iudeis in Hispania, multis vitijs inuolutos esse, sunt enim maximè cupidi, ambitiosi, & primarum Cathedralium amatores, ac vsurarij vt plurimum, ex quibus profecto indigni censentur, vt præfatis ecclesijs præficiantur.

**131** Neque obstat, quòd ex aduerso dicitur, quod Diuus Paulus non redarguit eos, qui deserto iudaismo ad Christi ecclesiam se trãstulerunt, nam seipsum & Diuum Petrum, & Thimotheum, ceterosque Apostolos traduceret, qui hoc in numero erant, sed ab ijs cauendum docet, quia à fide, quam semel susceperant, descēdentes, iterum ad superstitiones, & iudaicas ceremonias redierāt, quam interpretationem Diuus Anselmus ex contextu ipsius literæ collegit, & interlinearis glo. manifestè eos ibi notari ab Apostolo innuit, qui renati in Christo non puterant Christi, sed partim legem Moysaycam, partim Christianam obseruare volebant, nunquam enim legitur, Apostolum eos vitasse, aut habuisse suspectos, qui de circumcissione ad Christum venerant, si modò perseuerarent in fide Christi. Imò verò sepe illos suos in verbi Dei prædicationem adiutores fecit, Episcoposque creauit, & laudibus euexit, vt pro-

batur in epistola ad Colossen. in ca. vlti. salutem vos (inquit) Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus confobrinus Barnaba, de quo acceptis mandata, cum venerit ad vos, accipite illū, & Iesum, qui dicitur Iustus, qui sunt ex circumcissione, hi soli sunt adiutores mei in Regno Dei, qui mihi fuerunt solatio &c. Nam respondendum est, quòd quamuis præfatis intellectus in se uerus sit. Nihilominus verba Diui Pauli clarè probant, descendentes ex prædictis iudeis procliuos esse ad prædicta vitia superius enumerata, vt clarè patet ex tenore dicti capituli. primi.

Decimò pro hac parte affirmatiua facit, quia **132** nemo dubitat, quòd ex proprijs bonis potest quis ecclesiam construere, & ad eius beneficia, dignitates seu officia ecclesiastica vocare suos consanguineos, vel alios nobiles, uel ex altera familia, & grauen imponere, quòd nullus alius præter prædictos possit dignitates, officia, & beneficia prædicta obtinere, argumentum tex. in l. in re mandata. C. mandati, ubi not. scribentes communiter, & in l. filius familias, in §. a pud Marcellum. ff. de lega. 1. sed sic est, quod Papa est Dominus beneficiorum, ut supra latè probatum est in c. 13. nume. 58. & habet plenissimam potestatem disponendi circa huiusmodi beneficia, ergo potest optimo iure erigere aliqua beneficia, ut conferantur descendenti- bus ex antiquis Christianis, & non descendenti- bus ex iudeis, vel Sarracenis. Vnde clarè colligitur, quòd potest confirmare statuta aliarum ecclesiarum, quibus habetur, quòd admittendi ad earum dignitates, officia seu beneficia originem ducant ex antiquis Christianis, non autem ex iudeis, vel sarracenis, imò iustum est, ac rationi consonum, ut aliqua ecclesiæ principales conferantur descendenti- bus ex antiquis Christianis, non autem ex Iudeis, vel sarracenis, nam cæteris paribus sine dubio digniores reputari debent ij, qui originem ducunt ab antiquis Christianis, quam qui originem ducunt à iudeis, vel sarracenis, & hoc propter parentum virtutem, vt supra consideratū est nu. 73.

Vndecimò facit pro hac parte affirmatiua, **133** nam in lege Moysayca Deus præcepit, ministros templi necessariò debere esse ex tribu Leui, ut verò sacerdotes ex descendenti- bus Aaron, & domus patris eius, vt apertè probatur in ca. 18. Numerorum, & nihilominus quamuis ex alijs tribubus quam præfatis ministri templi & sacerdotes non poterant eligi, præceptum illud non reputatur iniquum, seu iniustum, quia à Deo emanauit, qui est summa bonitas. Vnde argumento illius tex. dicendum est, quòd statuta prædicta non ideo reputari debent ini- qua & iniusta, quia non admittunt indistinctè descendentes ex iudeis sarracenis.

Duodecimò

134 Duodecimò pro hac parte affirmatiua facit, quia cum præfata statuta sint auctoritate Apostolica confirmata, non licet dubitare, vtrum sint iusta necne. Nam cum summus Pontifex in his, quæ fidei sunt, errare non possit, vt resolutum in tract. de clericis & eorum exemptione, in prima parte c. 14. num. 8. & multis medijs ostendit eleganter Iacob. Simancas Pacen. Episcopus in tract. de Catholicis instit. in tit. 4. §. nu. 20. cum multis seq. hinc deducitur piè, quòd non potuerit errare in confirmatione, præfatorum statutorum, cum præfata statuta regimè & administrationem ecclesiasticam concernant. Tandem cum non liceat à Romani Pontificis sententia ad Concilium vniuersale appellacione interponere, vt diximus in dicto c. 14. nu. 9. non erit etiam licitum censuram aliquam circa determinationem Pont. Romani interponere, sed omnino acquiescere, quòd decet pios viros, alioquin is, qui nõ acquiescit, sine dubio suspectus est, & non bene audit.

Ex quibus omnibus fundamentis pro hac parte affirmatiua adductis, ac responsionibus ad argumenta partis negatiuæ luce meridiana 135 clarius ostenditur præfata statuta iustissima esse, ac omnino conseruanda, & ita videtur sentire Martinus Nauarro in manuali in capi. 27. nu. 205. & expressè præfata statuta defendit dictus Iacob. de Simancas in tracta. particulari, quem fecit in defensione præfatorum statutorum. Tandem omnes pij & Catholici doctores tam iuris diuini quàm humani professores nostræ tempestatis communitè censent præfata statuta æqua & iustissima esse atque omnino defendenda, & ita tenendum est.

Ex quorum statutorum defensione aliqua 136 inferuntur notatu digna. Nam primò inferunt, quòd ex eisdem iuribus & fundamentis censeri etiam debent iustissima statuta omnium fese collegiorum Hispaniæ, quæ quidem excludunt à collegijs præfatis nouiter ad fidem conuersos ac eorum descendentes à iudejs, vel sarracenis, vel etiam hæreticis, maximè attendendo, quòd cum præfata collegia fuerunt instituta ex bonis temporalibus, & patrimonialibus, eorù fundatores optimo iure potuerunt ad collegia præfata vocare, quos voluerunt siue nobiles, siue ignobiles, siue descendentes ex iudejs & sarracenis, vel antiquis Christianis.

137 Secundò inferunt, quòd ex præfatis etiam rationibus defendi possunt statuta militiarum Hispaniæ. nempe Sancti Iacobi, & Alcantaræ, Calatræ, Sancti Ioannis Montefiæ, quæ quidem statuta ad præfatis militias non admittunt aliquem, qui à iudejs, seu sarracenis originem ducat, sed eos tñ admittunt, q. ex antiquis Christianis originè trahunt, & nobiles simul sunt, sicut latus cõtinet in præfatarù Militiarù statutis.

138 Tertiò inferunt, quòd ex eisdem rationibus defenduntur etiam statuta multarum confraternitatum Hispaniæ, quæ quidem ad confraternitates præfatas non admittunt aliquem, qui à iudejs, vel sarracenis originem ducat, sed tantum eos, qui ex antiquis Christianis sunt progenti, & hac conditione à principio fuerunt institutæ atq; dotatæ præfatis confraternitates.

139 Quartò inferunt, quòd ex prædictis defendi etiam possunt statuta aliquorum monasteriorum ex Religionibus approbatis, quæ quidem statuta non permittunt præfata monasteria inhabitare religiofos, qui à iudejs vel sarracenis originem trahunt, sed solummodo eos, qui ab antiquis Christianis progenti sunt, quia ita placuit fundatoribus, & dotatoribus præfatorum monasteriorum, potuerunt enim (vt iam dictum est) cum hoc onere instituire præfata monasteria & dotare ex proprijs bonis.

Tandem ex prædictis inferunt, per argumentum à fortiori statutum ecclesiæ Hispaniæ iustissimum esse, quòd quidem solummodo excludit à dignitatibus, personatibus, & officijs ac beneficijs ecclesiasticis ecclesiæ Cathedralis filios, nepotes ac pronepotes eorum, qui vt iudei seu hæretici condemnati sunt per sanctum inquisitionis officium, vel saltem reconciliati, reliquos autè descendentes minimè excludit.

Vltimò addendum est præfatis, quòd in informationibus seu inquisitionibus, quæ fieri solent ratione præfatorum statutorum, multæ fraudes ac mædacia & fabulæ ac falsæ historiæ & periuria solènt interuenire propter inuidias & contentiones, vt supra dictum est. Vnde oportet cautè aduertere ad subsequencia.

140 Primò, quòd cum in antiquis testibus de auditu probent, vt inquit Inno. in c. quid per nouale, & in c. veniens, de verb. signifi. & Ant. de Burr. in c. licet ex quadam, & in c. tam literis, de testibus, & Cyn. in l. testium C. de testibus, Archidiacon. in c. hoc videtur. 22. q. 5. Bald. in l. conuenticulum. col. vlti. C. de epil. & cler. Barto. in tract. de test. versic. hanc eandem. Aret. in d. c. tam literis. col. 3. & seq. de testibus. in c. licet ex quadam. col. 1. & seq. eod. tit. Aret. in confi. 37. col. 2. & seq. Cassan. in confi. 54. col. 5. Philipp. Deci. in confi. 321. nu. 8. & Cæpo. in confi. ciuili 11. vol. 3. & Bal. in l. arbiter. ff. de proba. Alex. in confi. 187. col. fi. vol. 2. Iaf. in rubr. ff. de iureiuran. col. fin. Tandem hanc sententiam dicit communem Aret. in d. c. tam literis, & in d. c. licet ex quadam. de testibus.

Hæc tamen communis sententia est declaranda primò, vt procedat, si modò testis de auditu asserat audiuisse à pluribus saltem à duobus, secus si ab vno tantum, vt inquit Inno. in c. veniens, & in c. quid per nouale, de verb. signifi. & Aret. in d. c. tam literis. col. fi. de testibus.

& in ca. licet ex quadam. eod. tit. col. 1. & Curt. iun. in confi. 17. colum. 1. & Corn. in confi. 78. col. 3. vol. 3. & in confi. 146. col. 2. vol. 3.

Secundò declaratur, vt præcedat, quando testes deponerent de auditu ante litem motam, hoc est antequam tractaretur de recipiendo in beneficiarium illum, de cuius genere agitur, testes enim, vt probent, debent dicere, quòd antea audiuerunt, vt inquit Barr. in extrauagan. ad reprimen. in verb. denunciat. col. fi. versic. sed si causa. & Pan. in d. c. licet ex quadam. de testibus. & Corn. in confi. 146. col. 2. vol. 3. & in confi. 62. col. 7. vol. 1. & Roma. in singulari 768. Archid. in c. con sanguineos. 35. q. 6. Phil. Deci. in confi. 82. col. 1. Pet. de Moncada in additionibus ad tractatum Croti de testibus. num. 368. & Cæpola in consilio ciuili 31. colum. quarta.

Tertiò declaratur, dummodo testes deponant, quòd id habent ex relatione antiquorum, nec sufficit habuisse ab antiquis, vt inqt Cor. in d. confi. 78. col. 3. volum. 3. & in confi. 146. colum. 2. vol. 3.

Quartò declaratur, vt procedat, dummodo testes deponant, quòd credit ita esse, prout à maioribus audiuerunt, vt declarat Abbas in d. c. licet ex quadam. col. 1. in fi. & Corn. in confi. 62. colum. 7. vol. 1. & in confi. 146. col. 2. vol. 3. & Socy. in confi. 47. col. 2. vol. 4.

Quintò declaratur, vt procedat, quando testes essent graues & bonæ famæ, vt in c. licet ex quadam. de testibus. & Cor. in confi. 78. col. 4. vol. 3. & Soci. in confi. 47. col. 2. vol. 4.

Sextò declaratur, vt non procedat, quando testes deponerent, quòd audiuerunt à dineris personis, tunc enim huiusmodi testes dicuntur singulares, vt declarat Aymo Craue. in tracta. de antiqui. temporum, in 1. par. in sect. incip. viso de fama. num. 12. quam sententiam tenet Host. Io. Andr. in d. c. licet ex quadam. de testibus. & Alexan. in confi. 82. col. 2. in versic. præterea secundum Host. lib. 1.

141 Addendum tamen est prædictis, quòd multi scribentes tenent, quòd testes de auditu etiã in antiquis non probent, nisi saltem cõcurrat publica vox & fama, vel alia adminicula concurrant, vt inquit Host. Io. Andr. in d. ca. licet ex quadam. de testibus. & hanc sententiam sequuntur ibidem Imo. & Abb. & Fely. & similiter Host. in d. c. quid per nouale. & glo. in ca. 1. de præscrip. lib. 6. in verbo memoria, & Corn. in confi. 78. col. 3. vol. 3. & Iaf. in confi. 65. col. pen. vol. 3. & Cæpola in confi. ciuili 38. col. 5. & Calcanes in confi. 9. & decisio Neapolitana 193. in nouis, & Ruin. in confi. 34. col. 3. vol. 1. & in confi. 92. col. 5. vol. 4. & hoc sentit Speculator in titu. de testibus in §. 1. in col. 21. & seq. in versic. item quòd non prohibet. vbi non

ponit istum casum, in quo probatio auditus admittatur in antiquis, licet alios ponat. Et p ista opinioe facit glo. in c. cum nobis. de præscript. vbi gl. videtur tenere, quòd ad præscriptionem centenariam probandam non sufficiunt testes de auditu, cum qua gl. transeunt ibidem Vincentius, Tancredus, Hostien. Abb. Pano. & alij scriben. & hanc sententiam, quòd testis de auditu etiam in antiquis, vbi agitur de graui præiudicio, non probet, videtur tenere Aymo Craue. in tracta. de antiqui. tempo. & ita credo, q. hæc secunda opinio sit magis communis, & videri in eo casu, de quo agitur, quia res grauis est, congruum esset, eã amplecti, sed si tenenda est prima opinio, contraria debet intelligi cum declarationibus. pmissis.

142 Secundò aduertendum est, quòd quando testes sunt contrarij in præfatis informationibus, seu inquisitionibus, fides testibus deponentibus verisimilia, quam non deponentibus verisimilia, magis adhibenda est, vt probatur in c. si testes. 4. q. 6. 3. & in l. ob carmen. §. si testes. ff. de testibus. & in c. licet causam. ver. ex præmissis. de proba. glo. Io. And. Abb. Imo. & Fely. in c. in nostra. de testibus. Innoc. in c. auditus. col. fi. de præscrip. Pet. de Anch. in c. 1. col. 1. de præscrip. lib. 6. Speculator in tit. de testibus. §. postquam. ver. quid si plures. Fely. in c. propositi. col. fi. de proba. & Fely. in c. auditus. col. 12. versic. in quantum postea. de præscrip. & idem Fely. col. 5. in c. licet causam. de probat. & ibi Abb. col. 5. Anto. de Bu. in c. quid per nouale. col. 3. de verb. signi. & Abb. in c. cum oporteat. in fi. de accusa. vbi inquit, hoc esse verum, etiã si contraria probatio præualeat, & in numero aliquantulum excedat, tenet etiam Anr. de Buri. in c. licet. col. 17. versic. cæteris paribus. de probat. & Cosset. in singul. 8. inci. testis. & est glo. quæ hanc tenet sententiam in c. si de offi. Archid. & Ruin. in confi. 67. col. 1. vol. 1. & in confi. 71. col. pen. vol. 2. & in confi. 35. col. fi. vol. 4. & in confi. 92. col. 6. vol. 4. & in confi. 130. col. pen. vol. 4. & in confi. 12. col. 1. vol. 5. & in confi. 51. col. 9. vol. 5.

143 Tertiò aduertendum est, quòd magis creditur testibus deponentibus pro fama bona, quam deponentibus pro mala fama circa genus, vt colligitur ex sententiâ Cardinalis Super glo. fi. in c. cum in tua. de sponfalibus, & sequitur Corneus in confi. 176. col. fi. vol. 4. & Abb. in c. cum oporteat. in fi. de accusat. & Petr. de Anchara. in confi. 189. in vlti. col. & Fely. in c. cum contingat. col. 2. de rescri. & Socy. in confi. 54. col. 2. vol. 3. & Hyppoly. in l. de minoribus plurimum. col. 17. de quæst. vbi limitat. & Alex. in confi. 150. col. 5. vol. 5. & Mantua in confi. 67. col. 1. qui scribentes tenent, hoc verum esse, etiam si aliquantulum excedat in numero

mero testes probantes malam famam.

144 Quartò erit aduertendum, quòd magis in materia nostra credendum est testibus deponentibus in specie quàm in genere. ver. grat. si aliqui testes deponunt, quòd parentela Titij prouenit ex nouiter ad fidem cõuersis, alij autem ex aduerso dicunt, Titium originem ducere ex omnibus progenitoribus ab antiquis Christianis, hoc enim casu sine dubio magis credendum est testibus in specie deponentibus, Titium originem ducere ab antiquis Christianis, quia in specie deponit, quàm alijs, qui in genere deponunt. nam possibile est, prout quotidie solet euenire, & multi in hoc decipiuntur (testis sum oculatus) quod quis habeat consanguineos descendentes ex iudeis, vel sarracenis & ipse ex omni parte originem ducat ab antiquis Christianis, & ita quòd testibus deponentibus in specie magis sit credendum, tenet Socyn. in consil. 54. col. 3. vol. 4. & Hyppoli. in l. de minore §. plurimum. col. 17. in si. ff. de questio. & Alex. in consil. 150. col. 5. & Paris. in consil. 74. col. fin. vol. 1. & in consil. 88. col. 4. vol. 3. & Aymo in consil. 94. col. 2. Marian. iun. in consil. 88. col. 1. & 3. vol. 2. & Ruin. in consil. 13. col. pen. vol. 4. Grammaticus in consil. ciuili 140. col. 2. quod verum est, etiam si in numero excederent testes, qui deponunt in genere, ut inquit Gozad. in consil. 13. col. 11.

145 Quintò erit aduertendum, quòd in præfatis informationibus, seu inquisitionibus magis creditur dignioribus testibus, quàm nõ dignis, ut est text. in c. in nostra. & ibi not. glo. Innoc. Hostien. Anchar. Imo. Anton. Panor. & Fely. col. 1. & 3. de testib. glo. in l. ob carmen. §. si testes. ff. eod. tit. Hyppol. in consil. 51. nu. 22. Gozad. in consil. 13. col. pen. Salyce. in d. l. ob carmen §. si testes. ff. de testibus, Alex. in consil. 136. vol. 6. & Bal. in c. super hoc. circa finem, de renunc. & Corset. in ling. 5. in verbo testis, & propterea magis creditur nobilib. testibus, quàm non ita nobilibus, ut inquit Aymo in consil. 6. col. 6. & Ruin. in consil. 35. col. si. vol. 4. & in consil. 158. col. pen. vol. 5. & And. Tira. in tract. de nobilitate, in c. 20. nu. 35. cum seq. quod verum est, etiam si testes digniores essent numero inferiores, ut inquit Host. & ibi Io. de Imo. in d. c. in nostra. col. 1. & Fely. col. 1. de testib. & Alex. in consil. 27. col. si. vol. 2. & in consil. 99. col. 3. vol. 5. & Paris. in consil. 11. vol. 1. & Fely. in consil. 50. nu. 29. & videndus est Anro. Gabriel. in lib. commu. conclu. in tit. de testibus, in conclusi. 4. nume. 34. cum multis sequen. vbi adducit illationes, & limitationes aliquas.

146 Sextò erit aduertendum, quòd si testibus, qui deponunt cum causæ redditione, potius creditur debet, quàm alijs, qui de causâ scientiæ

non deponunt. ita Iacob. But. in q. per eum disputata incip. in questio talis est, quem refert & sequitur Bald. in l. presbyteri. C. de episco. & cler. & tenet Romanus in repet. rub. de arbitri. col. 10. & in rubri. de noui oper. nuncia. & Fely. in c. in nostra. col. 3. de testib. & Corset. in singu. 4. in verbo testis. & Socy. in consil. 92. col. 3. in si. in volu. 3. & Fely. in c. cum causam. col. 2. de testibus. & Petr. Rebut. in concordat. fo. 265. & Ruin. qui hoc ampliat in consil. 145. col. 2. vol. 5. & Boer. in decil. 323. nume. 24. & Paris. in consil. 17. col. 11. etiam si ij, qui reddunt rationem sint numero inferiores, ut inquit Paris. vbi supra, & Grammaticus in consil. ciuili 30. in colum. 2.

147 Septimò erit aduertendum quòd magis creditur (cæteris paribus) testibus deponentibus in fauorem rei, quàm deponentibus in fauorem actoris, ut inquit glo. in d. ca. in nostra. de testib. & Bald. in l. qui accusare, circa finem. C. de eden. & Alex. in consil. 136. col. fin. vol. 2. & Roma. in consil. 156. circa prin. Specular. in tit. de testib. in §. postquam, vers. porro. circa finem, & Roma. in consil. 24. & Hyppoli. in consil. 28. col. 1. & in consil. 66. nu. 44. & Abb. in c. ex literis. col. 1. in fin. cum seq. de probat. & in ca. cum P. de accusat. circa fin. & Hypp. in l. vnus §. in ea causa. ff. de quest. col. 1. & seq. & Alex. in consil. 169. col. si. vol. 5. Fely. in c. ex literis. col. 2. de probat. & in c. auditis. col. 12. de præscript. & Aym. in consil. 6. col. 13. & in consil. 8. col. 2.

148 Octauò erit aduertendum, quòd magis creditur debet testibus, qui iuris præsumptione possunt esse melius informati, quàm cæteris non ita informati, ut probatur in c. quoties. de testib. & glo. in c. si. de offi. Archid. & Alexan. in consil. 10. vol. 6. & Fely. in c. in nostra. de testib. & Bal. in c. 1. in §. si res. de pace tenen. Gozad. in consil. 13. & Alex. in consil. 86. vol. 2. & in consil. pen. vol. 1. & Bal. in l. 1. versic. & scias, quòd æstimatio C. de rescin. vend. & Purpu. in l. 1. ff. si cer. per. Tandem quando testes sunt contrarij, multa sunt attendenda ad hoc ut sciatur, quibus magis sit credendum, quæ quidem cõgerit Ant. Gabr. in lib. commu. conclu. in tit. de testibus, conclusi. 4.

149 Vltimò erit aduertendum, quòd in præfatis informationibus, seu inquisitionibus non erit admittendum inimici testimoniũ, ut probatur in auth. si testis dicitur, vbi notant omnes. C. de testib. & in §. si verò quis, in auth. de testib. & tenet Fran. de Rip. in c. r. num. 18. de iudi. & Bar. in l. si filius familias. nu. 6. ff. de dona. de qua conclu. agit tex. in l. 3. in princ. ff. de testib. & in c. cum P. & in c. minimus. de accusat. & in c. accusatores, cũ multis seq. 3. q. 5. & viden. est Io. Crot. in tract. de testib. num. 97. & ibi

ibi eius Additionator in 4. par. & probat nota bilis tex. in c. per tuas. de symonia, in quo (quòd fortius est) probatur, nempe testimoniũ inimici nõ recipi in casibus priuilegijs, vbi alię inhabiles & minus idoneæ probationes recipiuntur, ut in crimine lesę maiest. humane, & docuit Bar. in l. in quest. ff. ad leg. Iul. maie. & Marfil. in consil. 20. nu. 27. & Craue. in consil. 9. nu. 6. & Rolan. à Val. in consil. 34. nu. 30. & Gram. in consil. 45. nu. 18. & in consil. 58. nu. 10. & in 64. nu. 7. sic etiã nec in crimine heresis, ut inquit Paris. consil. 2. nu. 61. lib. 4. & sub nu. 64. vnã cum Bar. eam virgentẽ rationẽ adfert, quia iure gentiũ inimici testimoniũ rejicitur. Vnde Paris. affirmat d. consil. 2. nu. 64. Principem facere non posse, ut inimici testimoniũ recipiat, imò clarè respondit Craue. in d. consil. 9. nu. 6. post Ancha. quẽ retulit, inimici testimoniũ nec etiam semiplenè probare, & C. Marf. in consil. 15. nu. 36. post Bal. consil. 36. inci. præsupposito statuto. col. 1. libro 4. affirmat testimoniũ inimici, neq; etiam facere indicium ad torturam.

Quod extenditur primò, ut procedat non modò in vero inimico, sed et in præsumpto. ita Iaf. in consil. 167. nu. 8. li. 4. & Marf. in consil. 15. nu. 7. & Gram. in consil. 12. nu. 2. & 3. & clarus in consil. 45. nu. 17. & 18. & in consil. 58. nu. 9. & 10. & hinc est, quãmicus seu domesticus inimici repellendus est à testimonio, ut in c. repellantur, & in c. cum oporteat. de accusat. & no. scriben. in l. liber. C. de inoff. testa. Cyn. & Bal. in l. si quis testibus. in vlt. col. C. de testib. & Bar. in l. sciendum. §. 1. ff. de legib. & Ioan. Crot. in d. tract. de testib. nu. 98. in 4. parte, & Philii. Deci. in l. consilij §. socij mei. ff. de regul. iur. quod secus est in fratre amici inimici mei, nam contra me potest admitti testis, ut inquit Anto. Corsetus in suis nota. in verb. testis. in no. inci. licet domesticus.

Extenditur secundò, ut procedat & in inimico, cuius inimicitia nõ est publica, sed ignoratur. ita singulariter Marf. in singu. 178. inci. inimicus. post Bar. in l. 1. in si. ff. de his quibus ut indignis, & post alios scriben. ibidem, Alex. in consil. 126. in si. libro 4. & Gram. consil. 12. col. 3. num. 15.

Extenditur tertio, etiam si ex causâ minus probabili hæc inimicitia prouenit, ut videtur tex. probare in c. ueniens. in secundo, de sponsalibus. & Alex. in consil. 99. nume. 3. lib. 1. qui ex multis citat glo. in l. athlete. §. dat remissionem. in verbo facta. & ibi Bal. de excusa. tuto. & idem censuit Iaf. in l. si filius fami. nume. 1. C. de inoff. testa. Bald. in l. hereditas. colum. 1. versic. sed solummodo. C. de his quib. ut indigni. Fran. de Ripa in c. 1. num. 14. de iud. Paris. in consil. 53. nu. 28. & in consil. 61. nu. 16. li. 4. Grã.

consil. 12. num. 6. & 7. Rolan. à Valle consil. 24. nume. 46. libro 1.  
150 Extenditur quartò et in inimico reconciliato, ut in specie tenet Imo. in l. filius fa. ff. de dona. & Inn. in c. cum I. & A. de re iud. & est singu. tex. in c. accusatores. 3. q. 2. quẽ singularem dixit Rom. in singu. 515. inci. Inno. in c. 3. & hanc sententiam latissimè multorum auctoritatib. probauit And. Tiraq. in tract. q. cessante causa cesset effectus. limi. 16. num. 7. & præter eum egregiè tractat Andr. Alcia. in tract. præsumptio regu. 3. præsump. 11. & in præsumpt. 405. nu. 27. & Fran. de Rip. in c. 1. nu. 17. de iudi. & Io. Iaco. Leonar. inter cõsilia Bruni consil. 114. nu. 73. & 74. Plo. in l. si quãdo. nu. 799. C. vnde vi. Craue. in cõs. 9. nu. 6. ver. neq; obstat. & in cõs. 73. nu. 13. & egregiè resoluit Didac. de Couart. in pract. q. c. 18. nu. 3. qui pulchrè declarauit tex. in l. athlete. §. dat remissionem. ff. de excusa. tu. qui quidẽ huic crebriori & veriori sententiæ mirum in modũ aduersari videbatur. Tandem alias extensões assignat Io. Cro. in d. tract. de testib. nu. 97. cũ seq. vltq; ad nu. 100. & ibi eius additionator Pet. de Mõ cada, & est in 4. parte tractatus.

151 Dubitatur si tamen apud Nostrates qualis & quãta debet esse causâ inimicitia ad hoc, ut repellatur quis à testimonio ferendo. Et tandẽ concludunt, hoc esse iudicis arbitrio relinquẽdum. ita censuit And. Sicu. Barba. in consil. 21. col. pen. lib. 2. & in consil. 22. col. 3. prope fi. & in consil. 80. in si. lib. 3. & in consil. 45. col. pen. in si. lib. 4. & Afflic. in c. 1. versic. item habet arbitrium declarandi, quæ sit. ex quibus causis feudum amittatur, ex gl. in c. cum oporteat. in verb. inimicos, de accus. quam etiam probauit Marfil. in l. quest. num. 2. ff. de quest. & quẽ dicitur inimicitia capitalis iudicis arbitrio relinquitur, ut inquit Grammat. in consil. 57. num. 9. Hic autem iudex illam grauem esse inimicitiam hoc casu iudicare poterit, quæ ex controuersia omnium honorum orta est, ut inquit Bald. in l. parentes. C. de testibus, qui docuit, causam pecuniariam arduam capitali æquiparari, quæ sanè ardua causâ tunc iudicatur, cũ de vniuersa substantia controuertitur, ita respondet Anchara. in consil. 26. & Barba. in consil. 3. col. 11. 12. consil. 16. col. 4. in si. libro 2. & capitalem inimicitiam satis ex eo probari, quando de omnibus bonis lis est, egregiè affirmavit post Alexan. Romanum, Curt. & Io. de Anania, Crauera in consil. 31. num. 3. ver. & in terminis. & in consil. 75. nu. 1. & Grammat. in decil. 28. nu. 5. huius sententiæ est ratio, quia pecuniæ (hodie præsertim) sunt loco sanguinis, ut inquit glo. in l. aduocati. C. de aduocat. diuerso. iudic. & Iafon in l. ne quicquam. §. vbi decretum. nu. 20. in si. ff. de officio Pro-



confulis, & Petrasancta singul. 73. col. 1. & Afli ct. in decif. 24. nu. 4. & Rip. in c. 1. nu. 18. de ind. qui in specie hac de re loquitur, causam autem capitalem patere inimicitiam dignam, vt testis suspectus habeatur, probat text. in auth. de testib. in §. si quis verò dicat.

## S V M M A R I V M.

- 1 In persona Neophiti beneficium ecclesiasticum est incompatible, num. 2. vsque ad quintum, & ibi de Neophito multa.
- 6 Beneficium est incompatible in filiis hereticorum.
- 7 Beneficium patris est incompatible in persona filij, num. 8.
- 9 Beneficium est incompatible in eo, qui caret aetate, nu. 19. vsque ad 27. & ibi, de etate requisita ad omnia beneficia.
- 8 Beneficium est incompatible in eo, qui caret scientia, num. 29. vsque ad numerum 42. & ibi de scientia in omnibus beneficiis necessaria.
- 36 Defectus scientia an sit dispensabilis.
- 43 Beneficium curatum est incompatible in persona illius, qui ignorat idioma loci, vbi est beneficium, nu. 44. vsque ad nu. 70. & ibi ampliatum multis modis conclusio.
- 54 Multa tractantur circa clausulam ex certa scientia, nu. 54. cum seq.
- 63 Argumentum de iure ad partes, & econtra, est validum.
- 64 Episcopus venit appellatione beneficij in fauorabilibus.
- 65 Constitutio concernens animarum fauorem omnes indistinctè ligat.
- 67 Mens & ratio legis potius est inspicienda, quam verba.
- 70 Virile per inutile non debet in diuidis vitari.
- 71 Beneficium est incompatible in persona illius, qui caret ordine, num. 72. vsque ad nu. 75.
- 76 Clericus coniugatus vtrum possit habere beneficium, nu. 77.
- 78 Beneficium est incompatible in persona criminosi, nu. 79. vsque ad nu. 82.
- 83 Beneficium est incompatible in irregulari, nu. 84. cum seq.
- 86 Beneficium patrimoniale est incompatible in clerico, qui non est de patria, nu. 87. vsque ad nu. 91. vbi aliqua de his beneficiis patrimonialibus.
- 91 Quae qualitas sit exprimenda: in rescripto relinquatur arbitrio iudicis.
- 92 Beneficium regulare est incompatible in clerico seculari & beneficium secularè est incompatible in regulari, et nu. seq. vsque ad nu. 106. vbi multa de his beneficiis.
- 93 Regularis debet exprimere in impetratione beneficium esse secularè, et econtra.
- 97 Prelatus commendatarius non professus reli-

gionis illius Abbatis vtrum habeat vocem in actibus capitularibus.

- 107 Beneficium iurispatronatus est incompatible in eo, quem non vocauit creator, nu. 108. vsq; ad nu. 114. vbi multa de his beneficiis.
- 109 Beneficia iurispatronatus vtrum comprahendantur in reservationibus, quas facit Romanus Pontifex.
- 115 Beneficium est incompatible in aliquibus Regnis in persona exteri, nu. 116.

De varijs incompatibilitatum speciebus respectu vnius beneficij.  
Cap. XXIII. & vltimum.



N præcedenti capitulo de celebri illa, quæ ratione generis provenit, incompatibilitate satis actum, sed quia sunt etiã aliæ species incompatibilitatis circa vnum beneficium. Ideo breuiter in hoc capite tractandum erit de singulis; vt vltimum huic primæ parti nostri tractatus manum imponamus.

- 1 Prima igitur incompatibilitatis species in Neophito consideratur. Nã quodlibet beneficium in Neophiti persona incompatible est, quia excludit à sacramenti ordinis susceptione, vt inquit Diuus Paulus Apost. in 1. epist. ad Timotheum, in c. 3. vbi inquit. Non Neophitum, ne forte elatus in superbiam in iudiciũ incidat, & in laqueũ diaboli, hoc est in arrogantiã, quæ est dyaboli ruina secundum Gratianũ in summa 48. dist. huc pertinet, quod scribit Inn. Papa Primus in epist. 2. 3. ad Aureliũ. Miserum est (inquit) eũ fieri magistrũ, qui nedũ didicit esse discipulus. Nycena itẽ synodus in canone 2. in specie vetuit, Neophitũ ad Episcopatu vel presbyteriũ admitti, vt probatur in c. quoniã. 48. dist. & Diuus Greg. in li. 7. in epist. 1. c. ad Sagram Episcopũ in c. vlt. eadem dist. inquit. Sicut Neophitus dicebatur, qui in initio sanctæ fidei erat eruditione plantatus, sic modo Neophitus habẽdus est, qui repẽte in religionis habitu plãtatus ad ambiendos sacros ordines irreperit. idẽ Greg. lib. 8. epist. 2. 3. ad Fortunium Neapolitanũ Episcopum scribit. Neminem ad religionem conuersum ante biennium debere tonsurari, vt in c. monasterijs. 19. q. 3. sed & de Neophitis Conciliũ Arelatense secundum sub Syluestro Papa I. celebratũ statuit, eos non esse ad diaconatus vel sacerdotij officium ordinandos; quod in eiusdem synodi canone primo continetur, & idem prohibuit Conciliũ Laodicense celebratum sub Tiberio Papa. c. 3. apud Laodiceam Phrigiæ Urbem, Prouinciale quidem, sed comprobatum in sexta synodo generali,

generali, & Siricus Papa huius nominis Primus hoc ipsum prohibet in epistola 3. ad vniuersos orthodoxos docens, vt Neophiti sacerdotes non fiant, sic & in Neocæsariensi Concilio c. 12. statutum est, quod in aegritudine baptizatus ad sacerdotium nõ admittatur nulla quidẽ alia ex causa, quàm q̄ nondum sit in fide satis confirmatus, vt in c. 1. 57. distin. cuius inter eius singularia meminit Ludouic. Rom. in singulari 4. 16. & est optimus text. in c. si officia. 59. dist. ex Urbano Papa, qui respondit. Officia ecclesiastica gradatim danda esse instructis iam admodum in Christianæ religionis documentis. quemadmodum & secularia officia, ac munera publica reipublice secularis non esse danda Neophitis, probat text. iuxta intellectu gl. ibidem in c. constituit. 17. q. 4. ex Concilio Toletano III. c. 63. & text. in d. c. constituit. ita intellexere scribentes, quo in loco idem adijcitur de his, qui ex iudeis sunt, vt hi apud Christianos officia publica minimè obtineant, & hos glo. intellexit esse Neophitos, quæ sensum sequuti sunt Rom. in singul. 67. 2. & Ias. in rub. ff. de iustit. & iu. col. 1. de qua re latè disputat Montanus Hispanus in l. 2. ti. 3. lib. 1. fori Hispaniæ, contendens non esse Toletanum Concilium intelligendum de his, qui è gente iudeorum Christi fidem susceperunt, quod admitti ad officia secularia non est veritum, sed de ipsismet iudeis & his, qui sunt sub eorũ familia, hi enim non sunt apud Christianos ad munera publica eligendi, ne Christianis præfint, vt inquit tex. elegans in l. vlt. C. de iudeis, quæ procedit non tantum iure ordinario, sed & delegationis ratione, vt neq; ex commissione tanquam delegatus alterius possit iudæus apud Christianos officia publica exercere, sicut docet Iacobus de Nigris in rubri. de offic. eius cui mandata est iurisdicção, contra Martinum Laudensem ibidem. priuatam verò dignitatem poterit iudæus obtinere, nempe primogenium familie, vt probat And. Tiraq. in tract. de primogenijs q. 66. nu. 40. Quare vt præfata melius intelligantur statuenti sunt sequentes conclusiones.

- 2 Prima conclusio, Neophitus quacuq; sit proprie dicitur, qui ex iudaica lege aut Mahometica vel Ethnica nuper legẽ Christi professus fuit, non autem is, qui ex ipsa Natiuitate iam Christi nomen acceperit, genus tamen à iudeorum gente deducens, quod probatur ab ipsius dictionis propria significatione, & ita omnes iuris vniuersæ doctores dictionem istam acceperunt, vel ipsius Pauli testimonio, qui non appellat Neophitum illum, qui ex gente iudeorum iam diu legẽ Christi fuerit professus, alioqui & ipse Diuus Paulus Neophitus ceteretur, eodemq; nomine reliqui Apostoli ceteri re-

etè possent. Et quod hæc sit communis intelligentia affirmat Didac. de Couarr. in clem. si futuriosus. in 1. parte relectionis, in §. 2. num. 7. in ver. 1. concludit. & ita tenendum est.

3 Secunda conclusio, Neophitus non est ad ordines sacros, nec etiam ad minores promouendus, quæ conclusio probatur in præcatis auctoribus Diui Pauli, Cõcilioꝝ & sanctorum doctorum, quibus satis constat, hanc conclusionem veram esse, & præter alios eam tradidit Io. in summa confessorum in lib. 3. ti. 14. & canonistæ in dictis locis paulò ante nominatim adductis, vt resoluit Conarr. vbi supra, fuit verò olim & nunc est maximè utilis hæc prohibitio multis sanè de causis, quæ eam iustissimam efficiunt. Prima causa est, exemplum Apostoli in dicta prima ad Thimotheum in c. 3. ibi. non Neophitum, & propterea Niceno Concilio decretum est contra eos his verbis. Tempore opus est vt Cathecumenus quisquis fiat, & post baptisma multa approbatione indiget, euident namq; est Apostolicũ præceptum non Neophitum, quod scripsit Gratian. in ca. quoniam dist. 48. idque prohibitũ est duplici ratione. prima, ne elatus in superbiam incidat in laqueum dyaboli. secunda, quia alios docere nescit, qui ipse nondum didicit. tertia, alijs sese conformare non valet, qui statum ecclesiæ regendæ nõ est expertus, Prima ratio probatur ex d. c. 3. Diui Pauli. secunda probatur in prin. 48. dist. miserum est enim fieri magistrum, qui nedum didicit esse discipulus, cumq; sacerdotem fieri, qui in nullo vnquam gradu obsequutus fuerit sacerdoti. Inq. Papa in c. miserum. distin. 61. tertiam rationẽ attulit gl. in dist. 48. in prin. in verbo prohibetur. idque per summos quoq; Pontifices est sæuerissimè obseruatum, repetit enim hoc Sicinus Papa in ca. qui ecclesiasticis 59. dist. & Urbanus in c. si officia, eadẽ dist. & Gregor. in c. sicut 48. dist. & in c. hoc ad nos. dist. 59. & in c. sacerdotale. 61. dist. & Celesti, in c. ordinatos. 59. dist. & in c. in sacerdotibus. & in c. non negamus. & in ca. miramur. 61. dist. ex quo sequitur, q̄ præfati etiam Neophiti sunt incapaces ecclesiasticorum beneficiorũ, quia non nisi clericis concedenda sunt, secundum ius canonicum.

- 4 Tertia conclusio, Neophitus quacuq; ex lege christianam legẽ professus tunc temporis ad sacros ordines, beneficia; ecclesiastica, cũ episcopo visum fuerit, eũ iam moribus & christiana disciplina instructũ esse, promoueri poterit, ita quidẽ vt iam veteranus Christi miles censerit iuste possit, tex. optimus in c. 1. 57. distin. ex quo Romanus id adnotauit in singulari. 4. 16. & Fely. in c. cum sit. de iudeis, & Philipp. Deci. col. 3. in c. eam te. de rescri. vbi est text. secundum hanc conclusionẽ intelligendus, nam

ibidē Fel. & Fran. de Rip. nu. 31. farentur, posse ad ordines & ecclesiastica beneficia admitti eū, qui nō nuper sed iamdiu relicta gentilium aut iudaeorum lege Christianam & Evangelicam fuerit professus. sic denique multi fuerē olim ad ordines sacros & ecclesiasticas dignitates admissi, qui ē iudaica vel gentilium lege fidem Christi susceperunt, & tamen ob vitā, & morum probitatem atq; ideo quia iamdiu catholicæ religionis institutis fuerant edocti, nomen Neophitorum amiserant. Is quidem Neophitus non est, qui iamdiu Christianam Religionem proficitur. Vnde hæc irregularitas, quæ ad Neophitos pertinet, alijs omnino similis non est, cum non sit expectanda Romani Pontificis dispensatio, sed tantum est arbitrio episcopi considerandum, an sit nouiter conuersus ad fidem iam dicendus veteranus miles Christianæ Religionis, vel ex morum probitate, & integra legis euangelicæ instructione, vel ex antiqua & veteri Christianæ legis professione, quod caute considerandum erit. Nam videmus, quod ex decreto Concilij Tridentini etiam in descendentes ex antiquis Christianis mandatur, vt annalia interstitia expectentur, priusquam ab ultimo minori ordine ad maiores fiat assensus, vel à quolibet sacro ad alium superiorem sacrum promoueat quis, vt in sess. 23. in c. 11. 13. & 14. de reformatione. Aliquando tamen tanta apparet charitas, humilitas, doctrina, vitæque integritas, vt sine dilatione interstitiorum iure dispensari possit, si necessitas ecclesie sic exigere videatur, vt habetur in d. capit. 13. & 14. quod etiam probat Tiraq. in tracta. de pœnis temperandis, in causa 51. num. 148. ver. led & de grege, dicit enim, quod laicus propter integritatem personæ ac sanctimoniam possit ad Episcopatum prouehi. Barba. in consi. 42. incip. Deum inuocent adiutorem. col. 4. lib. 3. & Fely. in c. super ijs. de accusat. & Romanus in repeti. legis si verò. §. de viro. in 1. fallen. ff. solu. matr. idque contigit olim Sergio Rauenna ti Archiepiscopo & Stephano Neapolitano, qui ex laicis Archiepiscopi nominati sunt, vt inquit Platina in Stephano III. beatus quoque Severus ex lanificio ad Rauennatensem Archiepiscopatum est promotus, Diuus quoque Ambrosius in Episcopum Mediolanen. recens ad baptismum admissus promotus est, de quibus ad c. statumimus. §. his omnibus. 61. distin. & ibidem in ca. Neophitus. habetur testimonium ipsius Ambrosij, qui cum ad Vercellen. scriberet his verbis est vsus. Ordinationē meā Occidentales episcopi iudicio, Orientales etiā exemplo probarunt. Neophitus enim prohibetur ordinari, ne extollatur in superbiam, sed si non deest humilitas competens sacerdotio,

vbi causa non adhæret, vitium non imputatur. hæc Ambrosius, cum de se loqueretur, & de his etiam loquitur Albericus in verbo Neophitus, quæ tamē sanctorum exempla nō sunt ad omnium regulam traducenda. In ipsis enim summa Dei dispensatio interuenit, vt scripsit Raynu. in tit. de Neophito, alioqui si passim promouerentur, penitus contemni videretur ecclesiastica disciplina, & in maximis tumultus, ac pericula ecclesia adduceretur.

Quarta conclusio, Neophitus post paulo ante Christianam religionē sacro baptisinate professus, non est neq; ad secularia officia eligendus, quam sententiam probat Concilium Toletanum in d. c. constituit. 17. q. 4. & ibi gl. & Archidiaconus post eos, Ananias & Fely. in c. cum sit. col. 1. de iudicis, & Ias. in rubrica. ff. de iustitia & iure, num. 6. & Romanus in singulari 672. incip. nunc veniamus. in ver. sed quid de eo, qui est factus de iudeo Christianus, & sequitur Lambertinus in tracta. iuris patronatus, in libro 1. in parte. 1. in q. 7. in articulo. 3. numero. 31. Ergo sequitur clarè, quod neque ad ecclesiastica officia debet admitti, vt probatur in ca. si officia secularia. 38. dist. & quia paria sunt, an quis sit iudeus, quoad ordines & beneficia obtinenda, vel de recenti ad fidem conuersus, prout declarat Io. de Anania in c. cum sit. col. si. de iudic. & sequitur Fely. in consi. 3. incip. habent legist. nu. 9. Tandem videndus est Ludouicus Gomefi. qui de Neophitis & Maranis plenè & congruè tractat, & circa intellectum text. in d. c. constituit. 17. q. 4. valde laborat, & repet. tex. in c. statumimus. de rescrip. lib. 6. post nu. 16. & videndus est Quintilian. Mandosius in practica signaturæ gratiæ, in tit. de dispensat. cum Neophitis. quibus & ea ratio admodum accedit, quod indecorum sit veteranis Christi militibus munere publico præsici eum, qui paulo ante Christianam religionem, vel idolorum cultu, aut iudaicis ceremonijs, & superstitionibus infectabatur, potissimè hæc ipsa conclusio est admittenda, ne in superbiam Neophitus elatus, in præcipitum ruat & dyabolica suggestione peior fiat, atque à noua & vera religione, quæ humilitatem docet, prorsus abtineat. quoniam ex tempore, Fely. in d. c. cum sit, & in c. iudæi, hoc affirmat. Neophitus non esse testem idoneum, neque ad testimonium admittendū contra Christianum, & citat ad hoc tex. in c. non potest. 2. q. 7. ex Concilio Toletano III. in c. 62. vbi id minimè probatur, quia Concilium de eo tractat, qui cū iudæus esset, Christianus effectus fuit, & tandem post in legem Christi est præuaricatus, non autem de eo Neophito, qui nouam religionem Catholicam obseruat, nihilominus sententiam Fely. sequitur Francis.

vil. de Ripa in capitulo. eam te. de rescrip. nume. trigesimo. & in hanc etiam sententiam videtur inclinari Io. Crocus in tracta. de testib. in 4. parte, num. 176. & videndus est Hyppol. de Marsil. in l. 1. in §. præterea. in 2. colum. ff. de quæst. & in singul. 107. inci. priuilegium, & in singulari 373. inci. iudæus. Contrariam tamen sententiam tenet Didac. de Couarr. in clem. si furiosus. in prima parte in §. 2. num. 4. in vers. 4. conclusio, prope si. pro concordia autem dicendum est, quod Felyni sententia procedit, quando quæstio vertitur inter in fidelem & Catholicum. Tunc enim non admittitur Neophitus in testem, si autem quæstio est inter Catholicos, Neophitus bene potest admitti in testimonium, quia par affectio tollit omnem suspensionem, vt probatur in l. qui testamento §. in contrarium. ff. de testam. & ita par causa odij tollit omnem suspensionem, vt in l. non solum. §. 1. de ritu nuptia. & contrariorum eadem est disciplina, vt in capi. hospitium. 3. 2. distin. & in princip. institut. de tutel. & facit, quia quamuis consanguineus regulariter loquendo non sit inter testis pro suo consanguineo, tamen quando est paritas consanguinitatis respectu vtriusque litigantis, est inter testis, vt colligitur ex his, q̄ late adducit Ant. Gabriel. in tit. de testibus. in conclusi. 23. per totam, maxime nu. 15.

Quinta & vltima conclusio, qui iamdiu catholicam fidē relicta falsa religione suscepit, & miles est veteranus militia Christianæ nulla lege prohibetur ad secularia officia eligi & admitti. ita tenet Fely. & Franc. de Ripa in c. eam te. de rescrip. nume. 31. & Fely. in capitulo sit. de iudicis, & ita resoluit Didac. de Couarr. in d. clem. si furiosus. in 1. pat. in §. 2. num. 8. vers. 5. conclusio.

Secunda species incompatibilitatis est in filijs catholicis hæreticorum fautorum & receptatorum vsque ad secundam generationē, qui quidem ad nullum beneficium ecclesiasticum, seu officium publicum admitti sunt, sed ex foro Hispaniæ, neque ad officia etiam secularia, quibus vel honorem consequantur ipsi, vel alijs nocere queant, admittendi sunt, & ideo non debent esse medici, nec chirurgi, nec macellarij, & multo minus iudices, Decuriones, Aduocati, exequutores, nec alijs omnino publicas functiones gerere possunt, nisi forte hoc eis à Principe concessum fuerit, quod si secus fecerint, in penam publicationis bonorum ipso facto incurrunt, quemadmodum plenius in legibus Hispaniæ continetur, & de iure communi probatur clarè in capit. secundo. de hæretici. libro sexto. & similiter præfati excluduntur ab ordinibus sacris, vt declarant patres inquisitores in tertia instructio-

ne Ispalensi, quod verum est non obstante, quod aliqui teneant contrarium, quia filij hæreticorum (vt dictum est) non admittuntur ad ecclesiastica beneficia & publica officia consequenda. Ordines autem sacri ad maxima ecclesiastica beneficia ministranda instituti sunt, tum et quia filij hæreticorum in fama notantur & alijs inferioribus etiam honoribus priuantur, vt in c. scilicet. in §. nulli. de pœnis. lib. 6. & in l. qui indignus. ff. de Senatoribus, & in capitulo clericos. vigesima prima. distin. benigna autem interpretatio legumlatoribus placuit, vt illi tantum hæreticorum filij ab honoribus & beneficijs supradictis arceantur, quorum parentes non fuerunt vnitati ecclesiæ restituti, & vt primus, & secundus gradus generationis solummodo lineam paternam comprehendat, per maternam vero lineam ad primū dumtaxat gradum pena extendatur, cuius differentia ratio potest esse, vel quia deterior est infectio viri quam femine, maiori enim bono maius malum opponitur, sicut Aristoteles docet in libro octauo Ethicorum: præstantior sanè est sexus masculi quam femine, & primæ causæ efficienti propinquior, vt ait Philosophus libro primo de victimis. Nam quicquid femineum est, subditum & imperfectum censetur, vt quod patitur magis, quam agat, vel quia quemadmodum familiæ dignitas, nobilitas & honores descendunt in posteros à sexu virili, sic è contrario, longiorem iacturam in ijsdem soboles pati debeat pro delicto paterno. ita statutum est circa præfata in capitulo statutum. il secundo. de hæretici libro sexto. & ibi interpretes omnes, & in capitulo cum caput. trigesima tertia quæstione quinta. & in l. prima. ff. de iure immunitate, & in l. exemplo. C. de decurionibus libro decimo. Tandem circa hanc incompatibilitatis speciem videnda sunt, quæ supra dixi in capitulo. 23. numero 97. cum multis sequen.

Tertia species incompatibilitatis est in ecclesia, in qua pater obtinuit beneficium, quia filium obtinere beneficium in eadem ecclesia, in qua pater obtinuit, vel de præfati obtinet, est incompatible, quæ conclusio vera est, siue filius fuerit illegitimus, siue legitimus, vt probatur in capitulo ad extirpandas, & in capitulo secundo. cum tribus sequenti. & in capitulo penult. de filijs presbyterorum, & probatur in capitulo. ex parte A. de testibus, & Præposit. in summa quinquagesima sexta distinctione. in fine. & Philipp. Deci. in capitulo. inter cæteras. in secundo nota. de rescrip. & ratio est præcipua, ne beneficia iure hæreditario concedi videantur, contra capitulo. Apostolica, actua quæstione pri-

ma. & capit. 1. de præbend. & capit. consulti. de iure patro. cap. transmissa. de filiis presbyterorum, Anchata. in c. venerabilem, post nu. 9. de elect. vbi etiam Abb. col. 5. num. 15. hoc tamen limitandum est procedere tantum in eisdem beneficijs, vel quasi, vel penitus similibus cum illa distinct. si loquamur de canonicatibus, an habeant distinctas præbendas, vel certum numerum necne, prout in capit. ad hæc. & ibi gloss. Ioan. Andr. & alij scribentes, de filiis presbyterorum, & Felyn. in cap. in nostra, corollario tertio. de rescrip. & Ioan. de Selua in tracta. de beneficio, in tertia par. q. 12. num. 10. in quinta qualitate, quod intelligendum est in filiis legitimis, nam si filij sint illegitimi, nõ licet eis habere beneficia in ecclesijs. vbi eorũ patres beneficium aliquod habent, aut habuerunt quodcumque etiam dissimile, nec in dictis ecclesijs quoquo modo ministrare, neque pensiones superfructibus, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere, quod si in præsentem pater & filius in eadem ecclesia beneficia obtinere reperiantur, cogi debet filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra ecclesiam intra trium mensium spatium, aliàs ipso iure priuatus existat eo, & super ijs quæcumque dispensatio subreptitia censetur, vt clarè probatur in Concilio Tridentino in sess. 23. c. 25. de reformatione.

Et est etiam aduertendum, quod Clemens Septimus Romanus Pontifex reuocauit constitutionem Alexandri III. Pontificis Romani, videlicet tex. in c. ex transmissa. de filiis presbyterorum, quod permittebat filij præesse posse ecclesie, cui pater præfuerat mediate, statuitque Clemens Septimus, filium nec mediate, nec immediate succedere debere in beneficijs per patrem obtentis de anno 1330. ad perpetuam rei memoriam, cuius constitutio incipit, ad canonum conditorem, & est in viridi obseruantia, vt affirmat Quintilian. Mandosius in practica signaturæ gratiæ, in titu. de dispens. ad beneficia in ecclesijs, in quibus pater, in versu. postremò aduertendum est, quam constitutionem Clemens VII. limitauit Domini de Rota dupliciter. primo modo, vt non procedat in beneficijs, quæ patres dimiserunt ante illam constitutionem, & illa verba præfatæ constitutionis. Ibi que aliquando obtinuerunt, declarantur per illud verbum decetero, in sequentia enim inhiuit, vt in l. si seruus plurius, in ff. de legat. 1. cum vulga. & quia natura legis est respicere futura, vt in c. si. de constitu. & Barto. in l. omnes populi. in 5. q. principali. ff. de iusti. & iu. Fely. in c. cognoscentes. in princ. & nu. 7. de consi. Paris. in consi. 49. nu. 3. vol. 4. secundo modo eam limitauerunt non procedere, si beneficiũ tempore, quo pater illud ob-

tinuerat, erat portio, postea verò ex privilegio portio illa effecta est canonicatus, & sic erat aliud beneficium. Ita, declarauit Quintilian. Mandosius in dicto titu. de dispensatione ad beneficia in ecclesia, in qua pater.

Quarta incompatibilitatis species prouenit ratione ætatis, nam si quis non habet ætatem à iure circa beneficiũ requisitam, tale beneficium dicitur incompatibile respectu illius, qui caret legitima ætate. Nam in conferendis beneficijs ratio quoque; habeda ætatis est, quod nos docet Diuus Paulus, cum Thimotheo præcepit, vt nemini cito manum imponat, vt habetur in epistola prima ad Timotheum in ca. 5. & probatur in c. quid est. 7. 8. dist. & Christus Ioanni, quem maximè charum habebat, ideo prætulisse Petrum fertus, quod hic senex, ille iuuenis admodum esset, & horum canonum, qui ætatem legitimam circa sacerdotia statuerunt, constitutio, & obseruatio perutilis ac necessaria non immerito visa est, in his præferim muneribus, quæ grauiora, maiorisq; momenti sunt. Ratio enim, utilitasque; suadet, ut senex aliquis iam maturus potius, quam iuuenis rerum imperitus clauis ecclesie teneat. Idque in omni parte reipublicæ præceptum maxime tenemus, neque vnquam sine graui necessitate violandum est. Quare Sylla de Mario iunior dicebat, debere iuuenem potius remouere, quam gubernaculo admoereri, quamuis Tribunatum militum puero delatum aliquando, atque adeo consulatum, apud iuris ciuilibus auctores legamus, vt probatur in l. nemo. C. de religiosis, & in l. vltima. C. de militari testamento, Tamen arbitror nullam id ætatis hominibus administrationem legibus concessam fuisse, & iuris auctores de Tribunatu, Consulatu, vel honorario, siue imaginario tantum loqui, quo titulorentus, & absque vlla administratione fungebantur, nam & militia huius imaginariæ apud Ciceronem & Tranquillum mentio est.

Videndum est igitur quæ ætas legibus & canonibus definita sit in ecclesiasticis beneficijs. Et imprimis Episcopus prohibetur eligi, nisi qui trigessimus annus excesserit. Idque concilio primùm Agathensi, deinde Lateranensi constitutum est, vt probatur in cap. Episcopus. 77. distinctio. & in capitu. cum in cunctis. de electione, & ibi notant communiter scribentes omnes, quamuis Iustinianus in nouella constitutione 123. tempus trigintaquinque annorum statuat in Episcopo.

Archimandrita siue Abbas cuius ætatis esse debeat, nusquam certo iure definitum, expressumque reperitur, quare ad regulam de dignitatibus episcopali inferioribus generaliter editam, cuius mox mentio fiet, merito hunc

hunc referemus. Et quamuis per argumentum à simili videatur requiri ætas triginta annorum in Abbate, quia mulieri monialium curam gerenti, quæ Abbatissa dicitur, triginta annorum ætas est necessaria, vt probatur in c. indemnitate. de electione libro 6. tamen eam constitutionem ad viros porrigere & extendere rationis dissimilitudo non patitur, cum præferim exemplo turpe esse, dicant iures consulti, fœminæ vocabulo masculos contineri, vt probatur in l. si ita scriptu. ff. de lega. 2. & ita quod in Abbate sufficiat ætas 25. annorum. tenet Abb. in c. cum in cunctis. in princ. & in §. inferiora. de electione, & in c. super inordinata. de præben. Cardin. Floren. in clem. generalem. de ætate & qualitate, Fely. in ca. cum vigesimum. de officio delegati, & hæc est communis sententia, vt inquit Ioan. de Selua in tracta. de beneficijs. in 3. par. in q. 5. nu. 15.

Circa alias dignitates inferiores Episcopatu, nempe Decanatum, Archidiaconatum, & similes, quæ curam animarum habent annexam, ætas viginti quinque annorum necessaria est, vt probatur in ca. cum in cunctis in §. inferiora. de elect. & ibi notant communiter scribentes omnes, & probatur in dicto Concilio Tridentino in sess. 24. in cap. 12. si autem præfatæ dignitates, officia, seu personatus animarum curam non habeant de iure, consuetudine, statuto seu privilegio, tunc temporis ætas viginti duorum annorum sufficiens est, hoc, vt possint obtineri, vt clarè probatur in Concilio Tridentino in sessione 24. in capitu. 12. cuius verba sunt. Ad cæteras autem dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla est, clerici alioquin idonei, & viginti duobus annis non minoris asciscantur.

Circa canoniceorum ætatem in Cathedrali seu collegiata ecclesia non leuis est inter scribentes controuersia, quæ ætas sit necessaria. Nam Hostiensis plenius quam alij declarando hanc quæstionem in c. super inordinata, in col. 3. de præbend. in versu. sed horum aliud requirit consilij maturitatem. Concludit, minorem quatuordecim annis non posse ad canonicatum assumi, eandem sententiam sequitur ibidem Panor. colum. 2. nume. 4. versu. item noto ex textu bonum argumentum, & quasi expressum, quod ante decimum quartum annum non potest quis institui canonicus in ecclesia cathedrali, & postea idem videtur concludere super glo. prima. & ibi per prædicta iura & rationes, quæ videri possunt, allegantur, & inter alias illa potissima est, quod ante illam ætatem quatuordecim annorum non potest quis sapienter tractare concernentia consilium, prudentiam & iura, prout in simili dicimus.

Militem quantumcunque priuilegiatum non posse ante illam ætatem 14. annorum testari, cum non possit sapientum hominum iura tractare, vt est tex. in l. fin. C. de testamento militis, & infinita possunt allegari ad concludendum, quod iura prohibent quasi omnes actus ciuiles, & rationales ante complementum illius ætatis decem & quatuor annorum, & in specie videmus, quod is, qui nõ est maior quatuordecim annis, non potest per se, vel procuratorem agere & defendere causam spiritualem, vt in capit. si annum. de iudicijs, libro 6. & Rota 46. incipien. capit. si annum. in nouis & Milli. in repertorio in verbo 25. annis maior 14. & Abb. in capit. ex parte. numero septimo. de restitut. spoliator. & ante præfatam ætatem quatuordecim annorum non potest quis inuito patre intrare religionem & profiteri, vt probatur in cap. 1. in 2. responso, cum glo. 20. quæstio. 2. & Abba. in capi. ex parte. colum. 3. super glo. 3. numero 11. de restit. spol. & præterea ante illam ætatem non potest quis sibi sepulchrum eligere, vt probatur in capit. licet pater, in primo. & secundo responso, cum gl. in verbo filiusfamilias, quæ supplet, maior tamen pubertate. de sepulchris, libro sexto. & Federicus de Senis in responsione, quæ est post consilium 253. incipien. viso supradicto. numero tertio. in versu. præterea quod ad ius parrochiale, & Abba. in dicto capitu. ex parte. ante numerum duodecimum. in versu. item in electione sepulchuræ. Tandem pro hac parte facit, quia minores quatuordecim annis, neque ad honores, nec ad officia publica admitti debent, vt in l. secunda. §. impubes. ff. de iure immunitatis, & in l. secunda. §. item impubes. ff. de regulis iur. & ita quod ætas quatuordecim annorum sit necessaria in Canonico, tenet Archidiaconus respondens ad argumenta contraria in cap. si eo tempore. colum. secunda. nam licet maior septennio & c. vsque ad fin. de rescriptis. libro sexto. & idem in effectu concludit in capit. ex eo. in principio. de electio. lib. sexto. & idem tenere videntur Domini de Rota in decisio. 324. incipien. supposita ordinatione. in nouis, in principio, vbi dicitur, quod ex ordinatione Gregorij XI. præbendæ Cathedrales non nisi habentibus 14. annos conferri debent, & Bellamera in decisio. 728. quæ similiter incipit, supposita, & idem tenuit Hyeronimus Paulus Hispanus olim peritissimus literarum Apostolicarum corrector in suo tracta. practicæ cancellariæ in fol. 60. in pagi. prima. in versu. nota q. in ecclesia cathedrali nullus potest esse Canonicus, nisi perfecterit decimum quartum annum, & plerique alij scribentes hanc tenent sententiam, vt inquit Quintilianus Mandosius in

reg. 18. cancellarię de etate pro canonicatibus. Contrariam tamen sententiam probat text. in c. ex eo. de elect. lib. 6. cuius verba sunt. Ex eo quod ad electionem Episcopi, quę te in pupillari constituto in ecclesia extitit celebrata, cū ceteris eiusdem ecclesię canonicis non fuisti admittus, de contemptu conuerti, aut electionem eandem impugnare non potes, cum tam iuris quàm rationis existat, vt tales cum discretionem careant, ad præstandum in electione suffragium nullatenus admittantur, ex quo textu clarè deducitur, quod in pupillari etate existens, & sic minor 14. annis, vt ibi gl. declarat in verbo in pupillari, præsupponitur quod sit Canonicus in Cathedrali, sed quod non habeat vocem in electione Pontificis propter etatis defectum. & sic ille text. clarè probat vtrūque, videlicet minorem 14. annis posse esse canonicum in Cathedrali, sed in tali etate non habere vocem. & qui respondet. ad illū text. quod ille minor dispensatūe obtinebat canonicatum, diuinare videntur, quia text. ibi nullam facit mentionem de dispensatione, & ita quod maior septennio & minor 14. annis possit habere canonicatum in ecclesia Cathedrali seu collegiata, tenet gl. verb. in tua ecclesia. in d. c. ex eo. & similis glo. in c. si eo tempore. in verbo etatem. de rescrip. lib. 6. idem etiam concludit Rota 203. in nouis, incip. quod minor 14. annis, in antiquis, & istud. dicit tenere Rotam, licet regula 18. cancellarię cōtrarium teneat, quāsi velit dicere, quod ista opinio procedit de iure & obseruantia Rotę, licet ex superuenientibus prouisionibus eius regulę Cancellarię 18. aliud sit. Neque obstat Rota supra allegata in contrarium, nempe 224. in nouis, & alia Bellemerę 728. quia non sunt contrarię bene intellectę, quia non decidunt ibi hęc articulum, sed præsupposita ordinatione Gregorij XI. quarunt, an annus cęptus habeatur pro completo. Imo magis videntur facere pro hac opinione, nā remota ordinatione Gregorij secus videbatur dicendum, quia illa ordinatione non est in corpore iuris clausa, nec pro lege, seu canone habetur, de qua etiam ordinatione loquitur Staphileus in tract. signaturę, fol. 24. in versu. & est notandum circa præmissa, versu. quod verò ad beneficium simplex. vel remota hac ordinatione cōcludit pro hac opinione, & de eadem ordinatione, & de hac regula 18. loquitur Gomef. in tract. expectatiuaru, nu. 86. versu. sed quoad beneficium simplex. hanc etiam opinionem affirmat Mil. in reperitorio in verbo minor 14. annis potest esse canonicus, & Philipp. Deci. in l. femina. §. impubes. num. 6. ff. de reg. iu. Tandem ista opinio est communis, vt affirmat Philip. Franc. in c. si eo tempore. de rescrip. lib. 6. col. fin. versu. de

canonicatibus verò & præbendis, quę quidem inuestigatio utilis est, imo necessaria ad cognitionem, an præfata regula 18. Cancellarię sit iuri communi conformis, vel dissona, & extendenda vel restringenda, & ad aliud etiam est utilis præfata inuestigatio, quia cessante regula propter obitum Pontificis, vel alijs, ordinarius de iure communi poterit conferre canonicatum collegiatae vel Cathedralis ecclesię excedenti septimum annum, quia Cancellarię regulę expirant per obitum Pontificis, & omnino cessant.

Et facit etiam pro hac sententia communi, 13. quia canonicatus non requirit aliquem ordinem clericalem præter primam tonsuram, vt inquit Abb. in c. 2. in vi. not. per illum text. de instit. & Boer. in deci. 171. & dicit Calderinus in consi. 14. quod statutum Episcopi, quod non habens ordinem Dyaconalem voce capituli, non valet, in titulo de constitut. Et aduertendum est, quod Paulus Hispanus in dicto Prouinciali subdit, quod postquam peruenit ad decimum quartum annum, si non fecerit se pinoueri ad ordines infra semestre, est priuatus omni iure canonicatum & præbendam, allegat extrauagantem Nicolai Quinti incipientem, quia Romana, quam inter alias nō inueni. Vnde præfata opinio cū iure non probetur, non est tenenda, cum præsertim resistat auctoritatibus immediate adductis, quę satis præponderant auctoritati præfati Hieronimi Pauli Hispani, qui licet pleraque uilia adnotauit, in multis tamen defecit, & pleraque digna notatu nuda & sine auctoritate, vel ratione dimisit, vt etiam aduertit Ludouicus Gomef. Hispanus in tract. expectatiuarum, num. 26. fol. 148. in principi. prædictus tamen Hieronimus saluari potest primò dicendo, quod aliqua extrauagans esset tempore suo, quę vt pleraque alię ab obseruantia, seu receptione a curia recesserit, prout quotidie videmus. Vel secundò potest saluari præsupponendo, quod loquitur in casu, in quo canonicatus sacros requirit ordines. puta quia canonicatus illius ecclesię fuerit instituti & erecti hac qualitate appositā, quod in illis ordinibus sacri requirantur, prout etiam videmus, alios canonicatus esse doctorales pro iureconsultis, alios esse magistrales pro Theologis, alios etiam nō posse conferri nisi nobilibus, alios autem nō nisi descendentes ex antiquis Christianis, vt latè dictum fuit supra in cap. proximo. Vel tertio potest saluari, intelligendo, quod fuerit loquutus iuxta terminos text. in clementi. 2. de etate & qualita. vt vocem habere possit in capitulo præfatus canonicus, non autem alijs. 14. Præfata tamen communis opinio & cōtrauerfia hodie cessat cōstitutione dictę regu. 18. Cancellarię.

Cancellarię de etate p canonicatibus, in qua præcipitur, quod promouendus ad canonicatum Ecclesię cathedralis debet habere decimum quartum annum completum, promouendus autem ad collegiatam Ecclesiam debet habere etatem decem annorum completā, alijs promotio, seu concessio, vel mandatum de promovendo ipso iure nullius ioboris sunt, vel momenti: vt clarè disponitur in dicta regula 18. Cancellarię, quam declarat Quintil. Mandosius.

Vltimo loco addendum est prædictis, quod 15. hodie, attento Concilio Tridentino in sess. 24. in c. 12. de reformat. cessat non solum prædicta controuersia, sed dispensatio etiam dictę regulę Cancellarię. Nam expressè disponit Concilium Tridentinum, quod in omnibus Ecclesijs cathedralibus omnes canonicatus ac portiones habeant annexum ordinem presbyterii, diaconatus, vel subdiaconatus, & quod Episcopus cum consilio Capituli designet ac distribuatur, prout viderit expedire, quibus quisque; ordo ex sacris annexus imposterū esse debeatur ita tamen: vt dimidia saltem pars presbyterii sint. Ceteri verò dyaconi aut subdiaconi, ubi verò consuetudo laudabilior habet: vt plures, vel omnes sint presbyteri omnino obseruari debet, & statuit præterea, neminem deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipi debere, nisi is, qui in eo ordine sacro aut sit iniuriatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali etate, vt infra tempus a iure, & ad prædicta synodo statutum iniuriari valeat: vt clarè habetur in dicto cap. 12.

Vnde tamen cum hodie attento dicto Concilio Tridentino ad subdiaconatus ordinem sit necessaria etas viginti vnus annorum, & ad diaconatus ordinem sit necessaria etas vigintiduum annorum, & ad presbyteratus viginti, & quinque annorum, vt probatur in sess. 23. dicti Concilii Tridentini in c. 12. incip. nullus imposterum ad subdiaconatus ordinem & c. q. vult obtinere canonicatum, cui annexus est ordo subdiaconatus, debet esse subdiaconus, vel saltem habere etatem viginti, & vnus annorum, & qui vult obtinere canonicatum, cui annexus est ordo diaconatus, debet esse diaconus, vel saltem habere etatem vigintiduum annorum, & qui canonicatum, cui annexus est ordo presbyterii, vult obtinere, debet esse presbyter, vel saltem habere viginti, & quinque annos: vt clarè ex præfatis deducitur. Si autem in Ecclesia Cathedrali non fuerit designati canonicatus, quibus annexus sit ordo subdiaconatus, & diaconatus, & presbyterii: tunc temporis ad minus is, qui canonicus esse vult in cathedrali debet esse subdiaconus, vel saltem habere etatem requisitam ad ordinem subdiaconatus:

quia omnes canonicatus Ecclesię Cathedralis habent annexum ordinem sacrum presbyterii aut diaconatus, & subdiaconatus: vt clarè probatur in d. c. 12. in sess. 42. Concilii Tridentini ibi. In omnibus verò Ecclesijs Cathedralibus omnes canonicatus, & portiones habeant annexum ordinem presbyterii, diaconatus, vel subdiaconatus, & quod dictum est de obtinere volentibus canonicatus, intelligi etiam debet in obtinere volentibus portiones in dictis Ecclesijs Cathedralibus.

Addendum etiam est prædictis, quod si quis constitutus in ea etate, quę requiritur ad ordinem annexi canonicatus seu portioni, quā obtinet, infra annum non fuit: promotus ad ordinem requisitum, deinceps vocem in capitulo non debet habere, & amittit dimidiam partem distributionum quotidianarum: vt clarè probatur in clem. vt hi qui. de etate, & qualitate, quę hodie renouata est à Concilio Tridentino in sess. 22. c. 4. Imo ibi disponitur, quod si non sit constitutus in ordine subdiaconatus, vocem, in capitulo non debet habere: vt clarè probatur in principi. dicti cap. 4. sess. 22. ibi. Quicunque in cathedrali, vel collegiata, vel seculari, Ecclesia diuini mancipatus officii in subdiaconatus ordine saltem constitutus non sit, vocem in huiusmodi ecclesijs in capitulo non habeat, etiam si hoc sibi ab alijs liberè fuerit concessum.

Prædicta tamen vera sunt circa omnes canonicatus ac portiones Ecclesię Cathedralis: tamen in canonico, qui pœnitentiarius esse debet, vltra alias qualitates necessarias habere debet etas 40. annorum, vt clarè disponitur in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 8. ibi. In omnibus etiam cathedralibus ecclesijs, ubi id commode fieri poterit, pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendę proximè vacaturę ab Episcopo instituitur, qui magister sit, uel doctor, aut licentiatum in Theologia, uel iure canonico, & annorum quadraginta, seu alijs, qui aptior pro loci qualitate reperiat, quod quidem mirandum uideatur: nam in Episcopo, qui supremum habet ordinem, & maiorem curam, quam pœnitentiarius, non requiritur nisi etas 30. annorum, ut supra dictum est. in pœnitentiario autem requiritur 40. annorum etas. Ad hoc autem possumus respondere, quod in pœnitentiario eligendo non requiruntur tot requisita, quot in Episcopo necessaria sunt, & ideo non mirum, si in pœnitentiario requiratur 40. annorum etas.

Beneficium tamen autem, ad cuius Antistite animarum cura spectat, nemini concedi potest, qui non habeat etatem 25. annorum: ut probatur in c. cum in cunctis. in §. inferiora. de electio. & in c. licet canon. de elect. lib. 6. & gloss.



in c. si eo tempore. de rescript. lib. 6. & in cap. cum illis. in verbo prouideri. de præben. lib. 6. & in c. 2. de institut. lib. 6. & Bal. in l. 2. in vlt. notab. C. de his qui veniam ætatis, & Abb. in c. super inordinata. col. 2. de præben. & Federicus de Senis in consi. 132. col. fi. & Ludouicus Roman. in consi. 3 25. in princ. Andr. Barbatia in consi. 3 5. col. fi. ver. capio. vol. 1. & Philipp. Dec. in consi. 542. & Roland. in consi. 47. nu. 57. 58. 59. & 64. in vol. 1. quæ conclusio adeo vera est, quòd collatio facta de præfato beneficio curato ei, qui non attigerit vigesimum quintum annum, omnino viribus caret: vt probat text. in c. licet canon. de electio. lib. 6. ibi. decernentes collationes de parochialibus ecclesiis his, qui non attigerint 25. annum, decætero faciendas viribus omnino carere. & ibi declarat gl. in verbo carere, & alii doctores communiter. Et præterea si habens ætatem 25. annorum prouisus de beneficio curato non se faciat ad sacerdotium promoueri infra annum à sibi commissi regiminis tempore numerandum, est ipso iure priuatus beneficio curato: vt probat text. in c. licet canon. supradictò, ibi. & infra annum à sibi commissi regiminis numerandum, se faciat ad sacerdotium promoueri, quòd si infra idem tempus promotus non fuerit, ecclesia sibi commissi, nulla etiam præmissa mentione, sit præsentis constitutionis auctoritate priuatus, & ibi declarat glo. in verbo priuatus, & communiter scribentes. Est tamè aduertendum, quòd Episcopi, & eorum superiores possunt dispensare cum obtinentibus beneficium curata: vt non teneantur se facere promoueri per septennium, si volunt insistere per idem tempus in literarum studio: tenentur tamen se promoueri facere ad ordinem subdiaconatus dumtaxat infra annum, ne sicut à multis de Christi patrimonio sublimatis olim factum esse dignoscitur, à statu retrocedere valeant clericali, elapso verò dicto septennio hi, cum quibus fuerit (vt præmittitur) dispensatum, ad diaconatus, & presbyteratus ordines infra annum se promoueri facere debent, alioquin ex tunc dictam pœnam priuationis ipso iure incurunt, vt clarè probat text. in capitulo. cum ex eo. de elect. lib. 6. & ibi notant gl. & communiter scribentes omnes.

20 Sunt præterea aliquæ præbendæ, seu capellaniæ sacerdotales ex institutione, erectione seu priuilegio, vel etiam consuetudine, de qua sacerdotali præbenda loquitur text. in c. cui de nō sacerdotali. de præben. lib. 6. & ibi glo. & communiter scribentes omnes, & tunc temporis talis præbenda sacerdotalis conferri non dēt, nisi presbytero, vel saltim ei, qui in ætate ea constitutus sit, qui possit ad presbyteratum promoueri, & aliis idoneus sit: vt probatur per text.

in d. c. ei cui. de præben. lib. 6. cuius verba sunt Ei, cui prouideri mandatur simpliciter de præbenda proximè vacatura, sacerdotalis præbenda conferri non potest, si nondum in ætate tali existat, quòd possit ad sacerdotiū talis promoueri, & probat etiam text. in cap. si is, ad quem de instit. cuius verba sunt. Si is, ad quem electio præsentatio in aliqua parochiali ecclesia noscitur pertinere, quempiam non constitutum in sacris præsentet ad eam, ipsum, dummodo aliàs sit idoneus, & infra tempus à iure statutum ad ordines, quos ipse ecclesiæ cura requirit, valeat promoueri, decernimus admittendum.

21 Non est tamen omittendum, quòd is, qui consequi debet officium inquisitoris hæreticæ prauitatis, debet necessariò habere quadraginta annorum ætatem: vt est text. in ca. nolentes. de hæreticis, cuius verba sunt. Nolentes splendorem solitum negotii fidei per actus indiscretos, & improbos quorumuis inquisitorum hæreticæ prauitatis quasi tenebroso fumi caligine offuscari, hoc sacro Cōcilio approbante statuimus, nullis ex nunc, nisi qui quadagesimum ætatis annum attigerint, officium inquisitionis præfatæ committi, & ibi notant glo. & scriben. communiter, & ibi glo. in verbo quadagesimum. Inquit, quòd est mirandum, quòd in inquisitore ætatis maior maturitas requiritur, quàm in Episcopo, qui tamen inquisitor est, & ibi gloss. dicit, quòd, quia hoc est de arbitriis, non cogimur reddere rationem, & simile inquit Io. And. in c. si quando. de rescript. potest tamen responderi, quòd in Episcopo plures qualitates requiruntur, quàm in inquisitoribus hæreticæ prauitatis, & præfatæ qualitates suppleunt ætatem.

22 Prioratus conuentualis in quo cura per Priorem exerceri debet, requirit ætatem 25. annorum: vt probat text. in clem. ne in agro. §. ceterum. de statu monac. & tenet Abb. in c. super inordinata. de præben. & dignitatibus, & Cardinalis Alex. post Dominicum de Sancto Germaniano in c. de his. 28. distinet. si autem prioratus non est conuentualis, sed curatus, & in eo cura debet exerceri per aliu, quàm per priorem: tunc temporis prior sufficit, quòd habeat viginti annorum ætatem: vt probat text. in d. clem. ne in agro. in §. ceterum. de statu regularium, & tenet Abb. in d. c. super inordinata. de præbendis, & dignitatibus, & Card. Alex. in ca. de his. 28. dist. & notant scribentes in d. clem. ne in agro. in §. ceterum. vbi in d. §. statuitur pœna contra præfatos Priores, qui non acciperint ordinem presbyterii infra tempus ibidem assignatum.

23 Denique in beneficiis simplicibus omnibus extra Ecclesiam Cathedralē, seu collegia-

lem constitutis, in quibusvis aliis Ecclesiis sufficit, q. si quis maior septennio ad hoc: vt possit esse beneficiarius, cum sit verisimile non alio consilio clericis inferioribus hæc assignata esse, quàm vt ex eis ali, & ad ministerium Ecclesiæ institui possint, & notat scriben. omnes in c. super inordinata. de præbendis. & in c. si eo tempore. de rescript. lib. 6. & facit communis sententia supra relata circa ætatem canonicorum, & Syluester mouet hanc questionem in verbo beneficium, tertio, in q. 1. Hodie autem attempto iure nouiori Cōcilio Tridentini nemo potest habere beneficium simplex, antequam habeat decimum quartum annum: vt clarè probatur in sess. 23. in c. 6. cuius verba sunt. Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere, & hoc iure vitium.

24 Non est omittendum, quòd Pontificatui supremo nulla certa ætas à iure statuta est, credo tamen, q. ipse summus Pontifex debet ætatem triginta annorum habere. pro quo facit: quia Episcopus debet esse 30. annorum, vt supra dictum est. Vnde non est verisimile, q. Vicarius Christi debeat esse minoris ætatis, & (vt fertur in scripturis) hæc est vna ratio, & causa, quare Christus elegit Diuū Petrum in Principem Ecclesiæ, & nō Diuū Ioannem, quem maxime diligebat, vt ait sacra scriptura: quia ipse Beatus Ioannes erat iuuenis, & Christus voluit committere Petro tanquam seniori: vt videtur sentire Diuus Hieronimus contra Iouinianum in prima parte Epistolarum lib. 5. c. 13. & Philipp. Dec. in c. translatò. de constitutionibus, & Ioannes de Selua in tractat. de benef. in 3. parte, in q. 5. num. 24. in fine. & facit text. in c. in singulis. 77. distinet. & eadem consideratione defendere possumus, q. quisquis nominatur eligendum in Papam, debeat esse in sacris: sicut alii Episcopi inferiores, qui assumuntur ad Ecclesias cathedrales: vt probatur in sacro Concilio Tridentino in sess. 22. in c. 2. cuius verba sunt. Quicumque posthac ad Ecclesias Cathedrales erit assumendus, is nō solum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis, quæ à sacris canonibus requiruntur, plenè sit præditus, verum etiam in sacro ordine ante saltem sex mensium spatium constitutus. Nam aliquando in prouidendo gubernationi Papatu rectè trahitur argumentum ab inferioribus Cathedralis ad Romanam Cathedralē: vt inquit Ant. de Butrio, quem ad simile citat Iacobatius in tractat. de Concilio, libro 4. articulo 3. versu. si autem loquimur, argumento text. in c. 1. de clerico ægotante, lib. 6. Nam & Papa dicitur Episcopus Rom. & Episcoporum nomine aliquando comprehenditur: vt in particulari casu iu-

dicauit see. record. Pius Quintus Pontifex Maximus. Nam cum Romæ concursus factus esset super parochiali, multiq. fuissent idonei reperti, dubitabatur, ad quem spectaret electio. An ad Papam ipsum tanquam Romæ Episcopum secundum verba Concilii Tridentini. An verò ad Cardinalem titulare. Et respondit præfatus Sanctissimus Pius Quintus, Papam cōtineri sub illis verbis Concilii præfati ibi, ab Episcopo electio facienda est, & ideo ad eundem pertinere talem electionem, & sic obseruatum fuit: vt affirmat Symon Maiolus in tractat. de irregularitat. in lib. 2. in c. 4. num. 2. prope finem.

25 Et quæuis præfata probabilia videatur, duo tamen sunt aduertenda. Primum est, quòd cum Papa quis est electus canonicè à duabus partibus consentientibus tunc temporis, nullæ prorsus exceptio ei obici potest, neque censura, neque obiectum vllum, nec irregularitas vlla, etiam ante electionem contracta: licet. n. aliis dignitatibus, & Episcopis quælibet irregularitas obici potest etiam post electionem, ut probatur in c. vt circa, de electione lib. 6. & ibi notant communiter scribentes omnes: tamè in singulare priuilegiū illius excelæ sedis Apostolicæ nulla electio in Pontificem Romanum exceptio obici potest ex constitutione Alexandri Tertii in c. licet. de exceptione, & prosequitur latè Speculator in c. vbi. in 7. speciali de electio. lib. 6. ex quibus cōcluditur, plurima obici posse, quæ impediunt eligendum in Papam, quæ non impediunt iā electum, de quibus omnibus latè agit Symon Maiolus in d. tractat. de irregularitat. lib. 2. c. 4. per totum. Et ita licet in Pontificem Romanum eligatur minor 30. annis, tenet electio.

26 Secundum est, quòd de iuris rigore nulla certa ætas statuta est summo Pontificatui, vnde sufficit eum, qui electus est, vltim rationis habere, quamquam tanta Cardinalium negligentia non est putanda, vt adolescentulum eligant, non enim vnquam cogitandum videtur de hac electione: vt inquit Bald. in c. licet. de elect. hoc tamen est, puerum infantem nullius ordinis capacem à Collegio electum admitti non posse, & inane, irritamque electionem: vt inquit Ant. de Butrio in tractat. de scismat. quem refert, & sequitur Iacobatius in tractat. de Concilio, lib. 3. articulo. 1. versu. & idem de infante, & Symon Maiolus in tract. de irregularitate. lib. 1. c. 30. num. 13. quod quidem si fieret, non nisi summa Dei ira permitteretur: vt videtur probari ex Isayæ cap. 3. hoc tamen sano modo intelligendum est, præterquam si talis electio de infante facta esset à Spiritu sancto ut inquit Syluester in summa in verbo excommunicatio, nono. in q. 2. in versu. 7. & Symon Maiolus



Maiolus in d. tractat. de irregularitate, lib. 2. c. 4. numero 4.

- 27 Tandem ¶ vt nihil intactum maneat, restat de Cardinalium etate videre, in qua quest. Ioā. de Sela in tract. de beneficio, in 3. parte. q. 5. num. 18. inquit. Cardinalem debere esse 30. annorum etatis, & ad hoc adducit pragmaticam sanctionem in tit. de numero, & qualitate Cardinalium, in §. sint viri, cuius verba sunt. Sint viri in scientia, moribus, & rerum experientia excellentes, non minores triginta annis. miror tamen talem virū, quod auctoritate illius pragmaticæ sanctionis voluerit determinare de iure, q. Cardinalis debeat habere etatem triginta annorum: cum scire deberet, pragmaticam illam sanctionem non esse ius commune, quare melius considerandum dicens, q. Cardinalis debet esse illius etatis: vt possit assumere ordinem annexum Cardinalatui siue diaconalem, siue presbyteralem. Neque obstat, q. constitutum est in Concilio, seu potius conciliabulo Basiliensi scilicet 23. vbi statuitur etas. 30. annorū in Cardinalibus: nam (prout in capitulo præcedenti est dictum) Basiliense Concilium caret auctoritate Concilii generalis. Pontificis enim voluntas sufficit: vt omnē defectum suppleat: cum quod Principi placuit, dispensationis vim obtineat, quinimo læsæ maiestatis crimen incurrit, qui, quos Princeps elegerit, secumque assumpserit, indignos, esse putet, vel de eorum auctoritate dubitet: vt in l. 1. c. ad legem Iuliam Maiestatis, & ita consuetudo iam diu obseruata docuit, nullam certam etatem præter predictam in Cardinale esse necessariam, & ita videtur sentire gloss. pragmaticæ sanctionis in §. sint viri, in verbo 30. annis, & tenet Symon Maiolus in dicto tractatu de irregularitate, lib. 1. c. 30. nu. 13. in versu. ad Cardinalatum quoque. Hodie autem attentio iure nouissimo Concilii Tridentini etas 30. annorum necessaria est in Cardinalibus, sicut in Episcopis, vt probatur scilicet 24. dicti Concilii Tridentini cap. 1. de reformat. cuius verba sunt. Ea uero omnia, & singula, quæ de Episcoporum præficiendorū etate, doctrina, & ceteris qualitatibus aliis in eadem synodo constituta sunt, decernit eadem etiam in creatione sanctę Romanę Ecclesię Cardinalium, etiam si diaconi sint, exigenda, quos sanctissimus Romanus Pontifex ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commode fieri poterit, prout idoneos repererit, assumet. Sed sic est, quod ex eiusdem Concilii Tridentini dispositione requiritur, q. Episcopus habeat etatem triginta annorum, vt probatur in eodem Concilio Tridentino in sel. 7. in c. 1. de reformatione, ibi. ad Cathedralium Ecclesiarū regimen nullus nisi legitimo matrimonio natus, etate matura, grauitate morum, literarumque scientia

iuxta constitutionem Alexandri Tertii, quę incipit, cum in cunctis. in Concilio Lateranensi promulgatam, prædictus assumatur, & præfata constitutio Alexandri Tertii, quę a dicto Concilio renouatur, requirit expressè triginta annorum etatem in Episcopo: vt probatur in c. cum in cunctis, de elect. lib. 6. Ergo eadem etas annorum triginta in Episcopo necessaria est ex dicti Concilii Tridentini præcepto.

- 28 Quinta ¶ incompatibilitatis species ratione illiteraturę, & scientię defectu prouenit: nam certū iuris est literarum imperitiis beneficia conferenda non esse: vt probatur in c. illiteratos. 36. distinc. & cap. penitentes. 55. distinc. & in cap. cum in cunctis, de elec. & in cap. ultimo, de temporibus ordinationum, lib. 6. nam si laycis, prophanisque hominibus doctrina necessaria est, in iis profecto, qui ceteris præfunt, & se doctores aliorum profiterentur, intolerabilis est, neque vllam veniam mererit inficitia: ut habetur in cap. si in laycis. 30. distinc. quia ignorantia est mater cunctorum malorum, & maxime in sacerdotibus euitanda est; vt probatur in cap. ignorantia. 38. distinc. & scriptū est Olee cap. 4. quia tu scientiam repulisti, ego te repellam; ne sacerdotio fungaris, ut habetur in cap. omnes. 18. distinc. in c. nisi cum pridem. de re nunciat. & Malachię cap. 2. habetur. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius, & habetur in cap. si Rector. 43. distinc. & Apostolus Paulus in Epistola 1. ad Thimotheum in cap. 4. præcipit, Episcopū debere esse peritum scientia, & probatur etiam in multis locis adductis à Gratiano in cap. qui ecclesiastici. §. Ecclesię. 36. distinc. & facit text. in cap. ideo. 37. distinc. & in cap. 1. 38. distinc. & Diuus Paulus in Epistola ad Titum cap. 1. & Diuus Petrus in Epistola prima, in cap. 3. necessaria enim officio alicuius absque doctrina, & eruditione præstari non possunt: vt probatur in cap. qui ecclesiastici. 26. distinc. Periculum si quidem est, ne si cæcus cæco dux fuerit, ambo in foueam cadant, ut habetur in cap. ideo 37. distinc. & in cap. quæ ipsi. 38. distinc. & in cap. cum sit. de etate, & qualitate, & facit: quia in beneficiorum collatione magis odiosus est illiteratus, quam homicida, ut notat Innocentius in cap. cum nostris, de concess. præben. & Philip. Dec. in cap. sciscitatus. de rescrip. & in cap. cum in cunctis, de elec. num. 4. & idem Philip. Dec. in cap. prudentiam, de rescrip. in princip. & peccat Clericus, qui patitur defectum scientię, si inopia eum non excusat, ut inquit Innocentius in cap. cum in cunctis, de elect. & Abb. Panor. in cap. venerabilis, in fin. de præben. & Philip. Dec. in cap. prudentiam, de off. delegat. & hinc est, quod ecclesia uinis literatis multum fauet; nam cum illis ad beneficiorum plura-

pluralitatem dispensat: vt probatur in cap. de multa. de præben. in finalibus verbis. & facit text. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. & dicitur infra in 2. parte in c. vlt. & si personæ promouetur, quæ non habent scientiam, Ecclesia grauius patitur detrimenta: vt inquit text. in clem. prima, de etate, & qualit. & ibi in fine dicit singulariter Petr. de Anchara. quod promouens indignum tenetur Ecclesię ad interesse, ad similitudinem magistratus, qui tutelam minus idoneo committit: vt probatur in l. 1. in §. plane. versu. vsque adeo. ff. de tutelam, & rationibus distrahendis, quem refert, & sequitur Philip. Dec. in cap. prædict. cum in cunctis, numero quarto.

- 26 Illiteratum ¶ & indignum beneficio eum accipimus non solum, qui analphabetus est, sed etiam qui prima grammatices rudimenta non didicit, exempli gratia. si Donatum non didicerit: ut olim Episcopus Caluini. de quo in cap. fin. de etate, & qualit. ubi Abb. Panorm. docet practicam probandi illiteraturam, & scientię defectum. Vnde talis illiteratus promoueri non potest ad ordinem, seu beneficiū, vt inquit Speculator in titu. de dispen. §. iusta. in ver. & scias quod est, & probat text. in d. c. si. de etate, & qualit. quod adeo verum est, quod si quis forte literarum ignarus, ad sacrum ministerium assumptus fuerit, is confestim ab eo remouendus est: vt probat text. in d. cap. si. de etate, & qualit. vbi probatur, quod Episcopus priuatur propter defectum scientię, & ibi late de hoc agit Panorm. imo, quod fortius est irrita censetur collatio beneficii facta imperiti: vt inquit Innocentius in cap. cum nostris, de concess. præben. & Fel. in cap. per tuas, de symonia numero primo, & idem Fel. in cap. si quando; num. 13. de rescrip.

- 30 Quæ adeo vera sunt, q. ¶ de defectu scientię est omnino indispensabilis: vt inquit Innocentius in c. dilectus, de temporibus ordinationum: quia literatura requiritur de iure diuino: vt inquit Cardin. à Turre Cremata in cap. si in laycis, distinc. 38. nec vlla dispensatio à quocumque emanet, valere potest: vt scribit Fel. in c. inquisitionis, de sentent. excom. & Bernard. Diaz in practica criminali canonica in c. 18. in versu. illiterati. neque valet illa ratio, q. illiteratus potest excusari, si vicarium scientem habeat: nam vicarii non possunt esse executores Rectorum, sed coadiutores: vt inquit Bernardus Diaz in practica Canonica, in verbo officialis, in cap. 2. imo plus videtur sentire Fel. in c. si quando, de rescript. nu. 13. vbi inquit, quod si cõcurrit totalis illiteratura, credit, quod si Papa dispensaret, esset dispensare directè contra ius diuinū, & ideo nisi lubisset maxima, & euidentis causa, forte sua dispensatio nõ teneret, nedum in pro-

moto ad Episcopatum, sed etiam ad beneficiū curatum, opinio Felini videtur probari ex epistola prima ad Thimotheum in ca. 4. vbi Apostolus Paulus præcepit, Episcopum esse debere peritum scientia, & ita hoc videtur de iure diuino. Sed aduertendum, quod hoc fundamentum non concludit, Papam non posse dispensare circa scientię defectum: nam Diuus Paulus in sua doctrina aliqua posuit, quæ pertinent ad ius diuinum, sicut Apostolus, & in his clarissimum est, Romanum Pontificem nihil posse dispensare. quædam uerò propria auctoritate sicut pastor, & gubernator statuit, iuxta illud, quod habetur in Epistola ad Corinthios in c. 11. ibi. Cetera cum venero disponam, & in his certum est Papam dispensare posse: vt declarat Diuus Thomas in quodlibeto 4. in articulo 13. in fin. & in aliis locis notatis per Ioannē à Turre Cremata Cardinalem Sancti Xisti de potestate Papæ in q. 69. Sed vltimus sine p doctrina Felini. tex. Olee in c. 4. ibi. Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. Ergo clarè uidetur, quod illiteratura in sacerdote est prohibita adeo, & sic super illam non cadit Papalis dispensatio, vt pote quæ non potest operari in prohibitis à iure diuino ut probatur in c. sunt quidam. 25. q. 1. Sed & hoc etiam fundamentum non probat opinionem Felini; quia ille tex. Olee c. 4. debet intelligi ita, q. Dominus ibi loquitur de scientia diuina prophetis reuelata, quam illi sacerdotes repellentes, à Domino repellentur: ut dicit gl. ibidem. Sed breuiter, & resolutiue dicendū est, quod Romanus Pontifex sine dubio potest dispensare circa defectum scientię, sicut dispensat etiam circa defectum etatis ex aliqua iusta causa, & propter utilitatem Ecclesię, aliquando enim ad habendum sacerdotium, tam ardens in homine charitas esse potest: vt scientię uicē suppleat, uel alia similis iusta causa arbitrio ipsius Romani Pontificis iudicanda, & ita multi Romani Pontifices meritò dispensarunt cum aliquibus: ut possent non solum beneficia curata, sed Episcopatus, etiam si etatem, & scientiam à iure requisitam nõ haberent, obtinere.

- 31 Dubium ¶ tamen non minimum est, quæ scientia requiratur in quolibet beneficiario. Et tadem doctores considerant triplicem scientiam scilicet eminentem, mediocrem, & sufficientem. eminentis illa dicitur, per quam quis scit difficillimas quæstiones explicare, & diffinire in promptu sine librorum reuolutione. mediocris autem dicitur, per quam difficiles quæstiones decidantur cum reuolutione tamen librorum. sufficientis autem dicitur ea, quæ legitime requiritur secundum qualitatem officii seu beneficii. Vnde dicitur quis habere scientiam sufficientem, quando potest ea, quæ necessario in-

cumbunt

eumbunt officio suo, sufficienter explere, & hæc scientia consideratur arbitrio boni viri, secundum qualitatem loci, ubi debet beneficia rursus viuere, & conuersari secundum qualitatem officii sui, ita Inno. quem refert, & sequitur Panorm. in cap. cum in cunctis. in princip. de electione. & idem Abb. in cap. qualiter. in 4. not. de elect. & Imol. in clem. 1. de ætate, & qualitate. & Andr. Siculus in consi. 34. in 2. libro. & ita resoluit Philip. Dec. in d. cap. cum in cunctis. in princip. num. 16. & videndus omnino est Cæsar Lambertinus de iure patrona. in prima par. 2. lib. in quæst. 9. artic. 2. 4. per totum, maxime num. 6.

Ex qua doctrina multa inferuntur. Primò, quòd si inter illiteratos non sunt constituendi ij, qui cum literas multas non didicerint: tamen magno usu omnia probè norunt, quæ ad ministeria pertinere videntur, nam & ij promoueri possunt ad sacerdotiũ, ex Abbatis sententia in ca. vlt. de ætate, & qualitate, qui alios ita scienter refert. Nam Sanctulus presbyter miraculis clarissimus elementa literarum non bene nouerat, nec legis decem præcepta: & tamen presbyter erat, vt dicit Gregorius de eo: quia plenitudo legis est charitas. legem totam in Dei ac proximi dilectione seruauit, & quod foris in cognitione non nouerat, ei intus uiebat in amore: vt inquit Diuus Gregorius in libro 3. Dyalogorum. cap. 33. & hystoria tripartita lib. 8. c. 1. refert Ioannem Agyptum Anachoritam pleraque legis dogmata nouisse nullo ex Codice: quicquid enim semel mente per cepit, hoc sub veritate retinebat. & de Diuo Alexandrino peritissimo narratur, quòd puer cæcus factus omnia volumina auribus audiuit, & ingentia ipse dictauit: vt inquit Sanctus Hieronimus in cathologo, & scriptorum ecclesiasticorum. & seruulus paralyticus cum literas funditus ignoraret, sacram tamen scripturam didicit, alijs ipso audiente legentibus, vt scribit Gregorius in Homilia 15. & 40.

Secundò inferitur, quòd si aliquando ad habendum sacerdotium tam ardens in homine charitas esse potest: vt scientiæ vicem supplere possit, si non penitus inscius, & illiteratus est: vt in cap. nisi cum pridem. de renunciatione: p̄fiscis enim temporibus id quandoque permittum fuit, vt charitas scientiæ præponderaret: sperandum enim videbitur, vt qui plurimum diligeret, etiam in scientijs proficere plurimum posset: vt inquit gloss. in cap. sollicitudo 52. distinct. sanctus enim Flavianus Episcopus Macedoneum Anachoritam ad sacerdotiũ promouit virum cuiusvis disciplinæ experte, in locis agrestibus educatum, & in verticibus montium simplicem, sacrarumque literarum imperitissimum. Sed quia in eo summa vige-

bat charitas ob id eum promouerat: vt scribit Theodoretus in siloteo, in vita Macedonij in 2. tomo, & præterea Spiridon vir macedonicus, Cypri Episcopus, ouium custos fuit, dum Episcopatũ administraret, de quo plura Cassiodorus in tripartita hystoria lib. 1. cap. 10. quòd maxime obseruandum est in monaco, cui plus contemplatio congruit, quàm eruditio. nam illite ratur Abbas fieri potest: vt inquit Panorm. c. vltimo, de ætate. & qualitate. in versi. quero, quid & præterea monachus docetis officium non assumit, & ideo scientia illi non tam necessaria est, sed plangentis onus tantum assumpsit: vt in cap. monachus. 16. q. 1. & in cap. hoc nequam 8. quæst. prima, quamobrem Io. gloriator in dicta 16. quæst. prima, dicere conuenit bonitatem sine literatura sufficere in monaco: vt retulit Syluester in verbo clericus. il secundo, in princip. Hoc tamen intelligendum est in regulari anachorita omnino solitario, alio: qui hodie omnes regulares per Episcopum super scientia sunt diligenter examinandi in suspiciendis ordinibus: vt probatur in Concilio Trident. sess. 23. in cap. 12. propè finem ibi. Regulares quoque neque in minori ætate, neque sine diligenti examinatione ordinentur, priuilegijs quibuscumque quoad hoc penitus exclusis.

Tertiò inferitur, quòd si est etiam habenda ratio loci, in quo quis sacerdotio fungi debet: nã ruri non admodum doctus aptus erit, præsertim syluestri loco, quo difficile accedet, qui literis pollet, qualis enim grex, talis & pastor, qualis populus, sic & sacerdos. Ilaye cap. 24. & propterea virgente necessitate, quando idonei non reperiuntur, admittuntur etiam minus idonei: ut inquit tex. in c. p̄fiscis. & ibi gloss. 55. distinct. & in cap. 1. 57. distinct. ibi, raritas hominum, cum glo. ibidem & idem etiam est in Episcopo: nam & si non præcellat, sit tamen literatura competens pro ratione loci syluestris, poterit iure dispensatione Apostolica admitti. Nam & sanctus Augustinus Coepiscopum habuit, quem dicit in ulla natum, in villa enutritum, & non multa lectionis eruditum scientia, sed Deo amicum, & quod ab eo multa acute dicta ipse didicerit cum admiratione, & tamen Episcopus erat, & scribit Possidon. in ipsius Augustini uita non longè à calce operis. Alioqui verò minus literati nunquam sunt ad Episcopatum admittendi: ut inquit Vgo in ca. omnes. 38. dist.

Quartò inferitur ex prædictis, quòd si summus Pontifex debet habere maiorem scientiã alijs: cum ipse habeat curam totius Christianitatis, secundum Abbatem in dicto capitulo cũ in cunctis. quem refert, & sequitur ibidem Philipp. Dec. numero 16. & quia pro eo inquit

quit ius canonicum, quòd præsumitur habere omnia iura in scrinio peccoris, & probatur in capitulo primo, de constitutione. libro sexto.

Et si Episcopus debet habere notitiam veteris, & noui testamenti, & articulorum fidei explicitè: vt videtur probari in cap. qui ecclesiastici. §. ecce. 36. distinct. & in cap. omnes psalentes. 38. distinct. & tenet Panorm. in rubrica de summa Trinitate, & fide Catholica, numero. sexto, & est text. vbi scribentes post Innoc. notant in cap. cum in cunctis. in princip. de elec. maximè Panorm. ibidem & Philip. Dec. num. 17. & idem Innoc. in rubrica de summa Trinitate, & fide catholica, & Imol. in clem. 1. de ætate, & qualitate. & est bonus tex. in c. Episcopus 33. distinct.

Hi autem, qui curam animarum habent in beneficijs tenentur scire explicitè fidei articulos: vt habetur in cap. 1. & 2. distinct. 36. & notat Panorm. in rubrica de summa Trinitate & fide catholica, debet etiam esse præditus in literis sacris. nam ad eius officium pertinet prædicare: vt probatur in Concilio Tridentino in sess. 5. in cap. 11. & sess. 23. in cap. 1. & sess. 24. in cap. 4. de reformatione, ac sacra eloquia, & salutis monita explanare: vt probatur in eodem Concilio Tridentino in sess. 24. in cap. 7. & iò optima consideratione præceptum fuit à dicto Concilio Tridentino, quòd Ecclesiæ omnes parrochiales prouiderentur dignis, & bene meritis clericis mediante concursu, & præuio examine, vt clarè probatur in dicto Concilio Tridentino in sess. 24. in cap. 18. vbi Concilium id etiam fieri voluit in beneficijs etiam referuatis seu affectis.

Circa si alia autem beneficia, quæ scientia sit necessaria relinquuntur arbitrio boni viri, vt resoluunt scribentes in d. cap. cum in cunctis. de elect. & supra dictum fuit, & videndus est Albericus in repertorio in verbo sciencia, vbi multa congerit de clericorum sufficientia. Si autem beneficium sit seruitorium, idoneus dicitur ille, qui scit bene legere, bene construere, bene cantare: vt inquit gloss. & Card. in clem. 1. de concess. præben. & Berthachinus in repertorio in verbo. Idoneus. Illud autem est aduertendum, quòd regulariter ea scientia necessaria est in beneficijs, quæ requiruntur in ordine, qui annexus est beneficio. Vnde cum hodie minores ordines non sint concedendi, nisi etiã qui saltem latinam linguam intelligat: vt probatur in Concilio Tridentino in sess. 24. in ca. 11. beneficium, quòd habet annexum aliquem ex minoribus ordinibus, non est conferendum nisi ei, qui aliàs sit idoneus, & latinam intelligat linguam: aliàs enim non dicitur idoneus: quia non est aptus ad ordinem minorem, qui

beneficio est annexus.

Si autem beneficium fuerit simplex, neque seruitium aliquod requirit, neque ordinè aliquem habeat annexum, sufficit, quòd conferatur ei, qui habet primam tonsuram, & sufficientiam, quæ requiritur ad primam tonsuram, quæ quidem sufficientiam in paucis consistit, nempe quòd fidei rudimenta edoctus sit, & legere, & scribere sciat: vt clarè probatur in dicto Concilio Tridentino in sess. 23. in cap. 4. & vltetius ultra prædictam sufficientiam requiritur, quòd aliquantulum linguam latinam intelligat, nam cum teneatur singulis diebus officium diuinum perfoluere, necessarium est, quòd aliquantulum intelligat latinam linguam, vt possit esse aptus ad officium diuinum recitandum, & regulas generales, & rubricas eiusdem officij intelligere; aliàs enim non potest commodè diuinum officium recitare, ad quod de iure tenetur.

Et si præfata sufficientiam in præfatis omnibus de iure communi necessaria est. Hodie autem per Concilium Tridentinum aliqua sunt innouata circa sufficientiam, nam circa Episcopum, requiritur, quòd is in Episcopum eligatur, qui magister siue doctor, aut licentiatus in sacra Theologia, uel iure Pontificio sit, uel saltem publico alicuius Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur, & si regularis fuerit à superioribus suæ religionis similem fidem habeat. Præterea attenda constitutione Concilij Tridentini scholasteria conferenda non est nisi Doctori, magistro, aut licentiato in sacra pagina aut iure pontificio, vt clarè probatur in dicto Concilio Tridentino in sess. 23. in cap. 18. ibi. Decetero verò officia, & dignitates illæ, quæ scholasteriæ dicuntur, nõ nisi doctoribus, vel magistris, aut licentiatis in sacra pagina, aut in iure canonico, & alijs personis idoneis, & qui per seipsos id munus explere possint, conferantur, & aliter facta promissio nulla sit & inualida. Præterea Canonicus Pœnitentiarius in Ecclesia Cathedrali nemo eligi potest, nisi doctor, aut licentiatus in sacra Theologia, uel iure canonico fuerit, ut probatur in dicto Concilio Tridentino in sess. 24. in ca. 8. de reform. similiter Archidiaconus Ecclesiæ Cathedralis nemo debet eligi, nisi fuerit Doctor, aut licentiatus in sacra Theologia, in Ecclesijs, vbi commodè fieri potest, ut probatur in dicto Concilio Tridentino in sess. 24. in ca. 12. de reformat. quod moribus, & stylo curiæ Romanæ interpretatum est, vt intelligatur de Archidiaconis principalibus illius Ecclesiæ Cathedralis, non autem de alijs Archidiaconis ciuitatum seu oppidorum Ecclesiæ Cathedralis qui vocem, & sedem habent in Cathedrali, similiter sancta synodus Tridentina in sess. 24. in

in cap. 12. hortatur, quòd in prouincijs, vbi id commodè fieri potest, dignitates omnes, & saltem dimidia pars canonicatum in cathedralibus Ecclesijs, & collegiatis insignibus conferantur tantum magistris, vel doctoribus, aut et licentiatis in facra Theologia, vel iure Pontificio. Præterea vicarius, seu officialis capituli ecclesiæ cathedralis sede vacante eligi debetis, qui doctor, aut licentiatus fuerit in iure canonico, vel alijs quantum fieri poterit idoneus: vt probatur in dicto Concilio Tridentino in sess. 24. cap. 16. Denique examinatores concursus, coram quibus examinandi sunt ij, qui ad parrochiales ecclesias debent admitti, Doctores, aut licentiati in Theologia, aut iure canonico debent esse, vel saltem alij clerici seu regulares etiam ex ordine mendicantium, aut etiam seculares, qui ad id videbuntur magis idonei, vt probatur in dicto Concilio Tridentino, in sess. 24. cap. 18.

41. Quintò infertur ex præfatis, quòd Speculator in cap. licet canon. de elect. lib. 6. numer. 30. maximè errauit, quatenus putauit beneficia etiam curata facilius conferri debere: eo quia plerumque causam adferunt, vt quis ipsorum prouentuum auxilio in doctrina ac scientia proficiat, & sic ponebat beneficia curata præuia esse ad beneficia, præsertim curata ut ex supra adductis clarè constat.

42. Illud autem non est omitendum, quòd si quis illiteratus ad beneficia semel fuit admissus, postea autem velit ad alia transferri, non prior illa admissio, & approbatio sufficere, ut transferri possit, ut inquit Albericus in reperiario, in uerbo ordinarius à non Episcopo, vbi refert Oldrad. de hac quæstione disputasse, & se remittit ad Innoc. doctrinam in cap. acceptimus. per illum text. de ætat. & qualitat. de qua re est expressus casus per gloss. in cap. cum secundum. de præbendis in uerbo liceat, cui rei ad stipulatur, quod tradit Abba. in cap. fin. de ætate, & qualitate, de Prælato, qui beneficium contulit adolescenti, quem doctum putabat, an reuocare possit collationem, & Syluester in summa in uerbo beneficium. il secundo, in q. 7. ubi multa colligi possunt ad hanc quæstionem scientia, quæ quidem sententia uera est in eo, qui cum illiteratus esset sine causæ cognitione ad beneficia admissus fuit, at uerò si præuio examine, periculo facto de eius scientia tunc temporis ad alia æqualia beneficia transferri potest, & sufficere eum semel fuisse approbatum, & ita obseruat stylus Curie Romanæ, nisi agatur de præiudicio concursus, tunc enim reiterandum toties erit examen, quoties fit concursus.

43. Sexta incompatibilitatis species est ratio-

ne idiomatis, quod ignorat is, qui prouisus est de beneficio, nam si contingat aliquam personam de parrochiali Ecclesia prouideri, uel gratiam expectatiuam concedi, nisi dicta persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat idioma loci, ubi huiusmodi ecclesia consistit, prouisio seu mandatum, & gratia desuper quoad præfata parrochiam nullius est roboris, seu momenti, ut probatur in regula Cancellariæ de idiomate, quam præter alios optimè declarat Quintil. Mandosius post Ludouicum Gomefium ibi.

44. Dubium tamen est, utrum dicta regula cancellariæ sit conformis iuri diuino, & an discrepet à iure communi. Et videtur dicendum, quòd tam à iure diuino, quàm à iure humano originem duxit. quod ita probatur: nam certum est de iure communi, eum debere in Rectorem curatum eligi, qui probè intelligat parrochianorum voces, & ipse similiter ab illis intelligatur. Nam rector Ecclesiæ officium prædicandi in Ecclesia sua habere dignoscitur, vt probatur in cap. Ecclesiæ, 9. dist. & notatur in cap. inter cætera. de officio ordinarij, & notat gloss. in clem. secunda, de sepulturis, & in c. cum ex iniuncto. de hæreticis, & gloss. in cap. adijcimus. 1. 6. quæst. secunda, cum alijs concordantijs, quas tradunt moderni in additione ad Abbatem in cap. inter cætera, & dictum fuit supra in præcedenti specie incompatibilitatis, debet etiam confessiones audire, & reliqua sacramenta administrare parrochianis, ut probatur in cap. omnis utriusque sexus. de penitenti. & remissionibus. Præterea debet visitare, & vultum gregis sui agnoscere, ut legitur Proverbiorum cap. 27. & ecclesiastici cap. 22. & est tex. expressus in extrauag. sedes Apostolica. Ioan. XXII. in tit. de præben. sed ista præstare non potest Rector Ecclesiæ, aut curatus alie nigena, qui non intelligit, nec loquitur idioma ut de se patet, & probatur in cap. quoniam. de officio ordinarij. Igitur merito ius commune ad regimen animarum non admittit tales, quæ (ut inquit Diuus Paulus in Epistola prima ad Corinthios in cap. 14.) data est nobis lingua ad impetrandum, & distinguendum ea quæ loquimur, nam si nesciero uirtutem uocis, ero ei, cui loquor, barbarus, & qui loquitur mihi barbarus, ut ibi latius.

Secundò pro hac sententia facit, quia originarijs cæteris paribus magis fauendum est, ut supra dictum est in capitulo præcedenti, numero 85.

45. Tertio pro hac sententia facit quia negari non potest, quòd sit utile Rectori habere cognitionem linguæ illius loci, ubi sunt posita beneficia, nam patrius amor, & similitudo linguæ multum conferunt ad hoc: nam facilius

lius quis suadetur, & à malo aueritur ab eo, quem diligit, quàm ab extero. nam satis comperum est ex disparitate linguæ, & dissonantia uocum, nasci quædam inter homines differentias, ac animi similitates, quæ in Rectoribus animarum maximè sunt euitandæ: vbi enim de moribus corrigendis agitur, non libenter Italus Ultramontanum, neque Ultramontanus Italum audit, & sic de singulis: ratio enim in persuasionem morum alterius idioma delectat. Et ad hoc suadendum satis sit in pœnam homini hanc linguarum confusio-nem à Deo datam fuisse, quòd ex eo apparet: quia post diluuium, neque ad ædificationem turris Babel, omnes homines vna lingua loquebantur, ut dicitur Genesis cap. 11. quæ pri-mos homines vno, & eodem loco stare cogebat. Vnde sicut disparitas habitus inter simul uiuentes quendam animorum differentiam inducit, ut in clem. prima, de elect. & in capitu. in noua. 1. 6. quæst. septima. Ita & fortius linguæ dissonantia discrepantem uoluntatem signat. hæc enim loquendi diuersitas facit, ut externus alieno non sit hominis uice, ut inquit Plinius in lib. 6. in cap. primo, ex quibus infer-tur, sacramenta, & prædicationes ministrata, & gesta per homines eiusdem idioma gratia magis fore, & accepta originarijs eiusdem lin-guæ, quàm si per alium non natium habentem idioma licet intelligibile ministrarentur, & hoc non solum de iure positiuo, sed etiam de iure diuino introductum uidetur, ut quidem enim Spiritus sanctus in Apostolos ueniens il-lis uariis linguis loquendi facultatem daret, nisi putaret necessariam fuisse ad effectum prædicandi, & ministeria sacramentorum idioma intelligant: quilibet enim eos lin-gua loquentes intelligebat, & mirabantur, ut dicitur actuum Apostolorum in cap. secundo. cum igitur sit utile, imo necessarium intel-ligere præfatum idioma, uidetur de iure com-muni requiri in parrocho, argumen. text. in l. secunda. ff. de iurisdic. omnium iudicum, & eorum etiam, quæ norant scribentes ibidem, nam qui consequens uult, & antecedens uelle uidetur, ut probatur in l. ad rem mobilem. & in l. ad legatum. ff. de procuratoribus, & in l. oratio. ff. de sponsalibus, & in l. iter §. finali. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum.

46. Quarto facit pro hac sententia text. in capitulo sit Rector. 43. distinctione, ubi dicitur, quòd non debet esse canes muti, non ualentes latrare, & idem probatur Elayæ capit. 58. in princ. Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam: vt in dicto capitulo, sit Rector. dicitur etiam. Praconis quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit: & postea in uersiculo, sed cum Rector, dicitur,

quòd Rector præparet se ad loquendum, at-tendat sub quanto cautelæ studio loquatur, & istorum est annunciare omne consilium Dei, ut habetur actuum Apostolorum capitulo decimo, columna si. vbi Paulus attestatur, se esse mundum; quia non subterfugit annunciare, omne consilium Dei: vt probatur in capitulo Ephesijs 43. distinct. Tandem quòd præfata regula Cancellariæ sit conformis iuri communi, tenet Ioannes de Selua in tracta. de beneficijs, in tertia parte, in quæstione vigesima sexta, & Gomefius in dicta regula 20. de idiomate. in quæstione prima, & Quintilia. Mandos. in dicta etiam regula 20. de idiomate, in quæstione prima, & hanc etiam sententiam, tenet Petrus Rebuff. in praxi benefici. in regul. quòd quis intelligat idioma, in glossa prima, aliqua autem fundamenta pro parte contraria. nempe quòd dicta regula Cancellariæ non sit conformis iuri communi, refert Quintil. Mandos. in dicta prima quæstione, dictæ regulæ, quibus fundamenta ipsemet satisfacit.

47. Ex quibus infertur, quòd dicta dispositum in dicta regula 20. Cancellariæ habet etiam locum, & obseruari debet extra curiam Romanam, quia est eadem ratio in prouisione facta extra curiam, quæ in facta in curia, & argumentum ab identitate rationis validum est, in iure nostro. vbi enim est eadem ratio ibi, idem ius: vt in l. si postulerit. §. ratio. ff. de adulterijs, & in l. prima, §. hoc interdictum eandem habet. & ibi not. Bartolus. ff. de fonte, & in l. illud, cum glo. magistra ibidem, quæ multa adducit concordantia in uerbo æstima. mari. ff. ad legem Aquiliam, & in capitulo tralat. cum glossa finali, de constitutio. de quo argumento latè in superioribus actum est, & ita tenet Ludouicus Gomefius in dicta regula, de idiomate, in quæstione sexta, quæ opinio mihi uerior uidetur, quamuis glossator regularum Cancellariæ, quem refert, & sequitur Quintilia. Mando. ibidem in quæstione tertia, multa in proposito adducens contrarium tenent. Tandem pro opinione Ludouici Gomefij facit, quia regula Cancellariæ ligant etiam extra curiam, ut est communis sententia, quam refert, & sequitur idemmet Gomef. in proemio regulatiu cancellariæ in q. 2. vbi multa adducit pro hac cõi sententia.

48. Ampliatur quòd præfata incompatibilitatis ratio idiomatis, vt habet locum in parrochiali ecclesia cõmendata; vt inquit Guil. Cassadorus in discursu quõnis, quæ scribit in collectaneis suis decisionib. Rotæ, quæ refert Ludo. Gomef. id. regula de idiomate, in q. 5. Tãdè maior pars Doctoru de Rota ita tenuit: vt refert idè Gomef. xbi supra. Pro qua primò facit ratio finalis præfata incompatibilitatis secundum communem opi-

nionem in fauore, & vilitate animarum fundatur, ut tenet expressè Bartho. Belenzi. Rotæ Auditor in tractat. de charitat. subfidio in q. 66. col. 5. & ita resoluit Gomes. in dicta regula, in prima, & tertia quest. sed salus animarum in hoc consistit: vt pastor vultum pecorum suorum inspiciat, uisitet Ecclesias, confessiones audiatur, populo prædicet, & alia ad curam animarum pertinentia sacramenta ministret, vt superius dictum est, quæ omnia in commendatario militant: quia capit fructus Ecclesiæ, quæ sibi propter onus commendatur: vt eius curâ gerat, quam verus pastor gerere tenebatur. Ergo in commendatario ipsius regulæ dispositio locum habebit, argumento tex. in l. 1. ff. ad Municipalem, & l. à Titio. ff. de furtis. frustra enim in commendatario contemporanea ætas, & ordo sacerdotalis requireretur, vt dicit Dominicus in c. nemo. in notab. 1. de elect. lib. 6. per illum textum, nisi ad ea teneretur, ad quæ Rector ipse tenetur, videlicet ad administranda sacramenta fidelibus parrochianis, quæ sine commercio linguæ ministrari non possunt, & ob eam causam in commenda necessitas, & utilitas Ecclesiæ considerat, ut ibi dicit Dominicus. in 3. not. & tamen regula prædicta ad alium effectum edita non fuit, quam propter vilitatem ecclesiarum. ergo videtur in ea includi commenda, cū eadem ratio sit in commendatario, quæ in titulari. Facit secundò: quia præfata regula loquitur generaliter. Ergo omnes casus comprehendere debet, etiam si maior ratio sit in vno, quàm in alio casu, iuxta tex. notabilem, qui de pœna loquitur, in l. 1. §. quod autem. ff. de aleatoribus. nam tex. indistinctè omnes, quos non excipit, ligat, ut probatur in c. 1. de constit. & in c. omnis anima. de censibus, & in c. solitæ. de maior. & obediens. Cum igitur commendatarius à regula non excipiatur, debet sub illa comprehendendi. Tertio facit: quia dicta regula loquitur de provisione, & sub tali uerbo comprehenditur commenda, ut in specie tenet Dominicus. de sancto Geminiano in c. nemo. in 2. col. in uersis. Itæ facit. de elect. lib. 6. ubi ex hoc infert, quod si Papa reseruat provisioni suæ beneficium, si illud dat in commendam, reseruat expirat: secus si colationi suæ reseruat, rationem ibi ponit, quia commendare est prouidere, & ita ibi Dominicus. sequitur Philipp. Franc. in col. 3. & Nicolaus Mili. in verbo beneficium vacans reseruat in repertorio suo. & Ioâ. Franc. Pauinus in suo tractatu de potestate Capituli sede vacante, in 3. q. & ita tenet Ludouic. Gomes. in d. regula de idiomate, in q. 5. & ita tenendum, quamuis Aneas de Falconibus relatus per Gomesium dicat, quod tempore suo fuit proposita præfata questio in Rota, & variat Rota, & diuersis temporibus pro vtraque parte iudicauit.

49. Ampliatur secundò, vt vera sit in vicaria perpetua. nã si vicarius perpetuus ignorat idioma loci, non potest esse vicarius perpetuus, & prouiso ei facta nulla est. Primò quia de iure communi est inductum, dispositionem de parochiali Ecclesia loquentem habere locum in vicaria perpetua, ut probat tex. in clem. prima. de officio vicarij. At uerò præfata regula de iure communi procedit, vt dictum est, ergo habere debet locum in vicaria perpetua, & hinc est, quod tales vicarij perpetui dispositionem. c. licet. de elect. lib. 6. seruare tenentur, & arctatur, licet in parochiali loquatur, ut est gloss. & ibi notant omnes scribentes in dicta clem. 1. de officio vicarij, & eodem modo seruare tenentur dispositionem tex. in c. ex eo. de elec. lib. 6.

Facit secundò, quia vicarius perpetuus in ecclesia, ubi non est Rector, in omnibus rectoris uice fungitur, vt tenet Rota in decis. 141. in antiquis, & hoc vult alia decisio 374. incip. fuit dubitatum, & in consilijs positum, in antiquis unde quod de uno dictum est de alio dicendum erit.

Tertio facit, quia videmus, quod sicut Episcopus cum Rectore super ætate non dispelat: ut probatur in ca. primo. de ætat. & qualitat. Ita nec cum vicario perpetuo, ut notatur in d. cle. 1. & Lapis in additionibus ad Federicum in tracta. permutationis, in q. 14. Quarto facit: quia dicta regula 20. de idiomate indistinctè loquitur de parochiali Ecclesia, nec distinguit, an illa parochialis regatur per Rectorem, vel per vicarium perpetuum. Vnde generaliter est intelligenda siue in Rectore, siue in vicario perpetuo, nam cum tex. non distinguit, neque nos distinguere debemus, ut probatur in ca. ad audientiam. cum similibus de decimis.

Quinto facit, quia eadem ratio est in Vicario, quæ in Rectore, cum vterque prædicandi, ac audiendi confessiones officium habeat, & alia, de quibus supra actum est exercendi. Vnde propter eandem rationem dispositio etiam pœnalis in uno casu loquens ad alium extendi debet, ut dicit gloss. in clem. 1. de elect. & est text. in cap. 1. postquam. in §. 1. de electio. lib. 6. eo magis quia præfata regula non est exorbitans à iure communi, sed conformis, & ita quod præfata regula habeat locum in vicaria perpetua Ecclesiæ parochialis, tenet Ioachinus de Narina, quæ refert & sequitur Ludouicus Gomesius in dicta regula de idiomate. in q. 11.

50. Ampliatur tertio, ut uera sit, etiam si aliquis pro parte intelligat idioma, pro parte autem non, nam talis non poterit obtinere parochialem Ecclesiã, & est ratio, quia in illa regula de idiomate ponitur clausula annullatua, quæ formam inducit secundum Bal. in l. 1. ff. de liber. & posth. & tradunt moderni scribentes in l. pacta,

l. pacta, quæ contra. C. de pactis. sed in formalibus nihil dicitur actum, quando aliquid deficit, vt in cap. 1. de baptismo, & in cap. defecat. de reg. iur. forma enim ita dicitur transgredi in minimo defectu sicut in magno: ut tradit Fely. in cap. cum dilecta. de rescript. & est text. not. in c. queritur. in §. Episcopus. 22. q. 1. quæ autem in hoc casu forma dictæ regulæ deficiat suadet, quia in textu illius duo copulatiue requiruntur, videlicet quod intelligat, & intelligibiliter loquatur, quorum alterum non sufficit: vt in l. si ita stipulatus. ff. de verb. obli. & facit præterea: quia uerba simpliciter prolata intelliguntur in perfecto significato, vt probatur in l. si. C. de his qui ueniam ætatis impetrauerunt, ex quibus clarè colligitur, quod is, qui pro parte loquitur, & intelligit, non perfecte dicitur habere idioma, vt uerba dictæ regulæ adaptentur, & ita in terminis tenet ibidem Ludouicus Gomesius in q. 8.

51. Ampliatur quarto, vt uera sit, quando in aliquo Regno seu Prouincia sunt duo idioma, siue linguæ, vna naturalis, altera accidentalis: vt in Lusitania, quæ habet linguam propriam eiusdem Regni, quæ est naturalis, & linguam similitur Castellanam, quæ est ei accidentalis, & similiter in Cantabria Hispaniæ Prouincia, quæ quidem habet propriam linguam Cantabrorum, & linguam etiam Castellanam, & si militer in Regno Sardinie, quod quidem habet duplex idioma, videlicet Sardum, & Castellanicum, quod est accidentale ex commercio, & uicinitate. Castellanicum acquisitum: tunc enim si Castellanicus impetrat gratiam in Cantabria, vel Portugalia, vel Sardinia, qui quidem non intelligit, neque loquitur idioma proprium horum Regnorum: bene tamen intelligit idioma accidentale, videlicet idioma Castellanicum, per quod intelligibiliter loquitur, & intelligitur, gratia videtur nulla, & ei obstat dicta regula, prout tenuit Ioâ. Vannubius, dicens ita suo tempore decisum fuisse in Rota, quem refert, & sequitur Ludo. Gomes. in d. regula de idiomate, in q. 6. ubi assignat rationem, quod in beneficialibus uerba dictæ regulæ naturaliter, & non accidentaliter intelligi debent: ut probatur in l. 1. §. hoc interdicitum. ubi notat Barto. ff. de fonte. nam in tali casu natura præualet accidenti, vt not. Bar. in l. qui habet per illum text. ff. de tutel. & tradit notantur Angel. in cons. 397. incip. ludus pilæ. unde ex quo dicta regula mens fuit, vt commodius parochialis Rector animarum salutem in confessionibus, sacramentis, & prædicationibus populo exhibendis consulere posset, per quæ simplicibus, & ignaris hominibus, quales sunt mulieres, & populares artifices, magis subuenitur. Ideo in isto casu regula prædicta ob-

stabit. Neque obstat, quod in illis partibus lingua Castellana, vt plurimum à nobilibus, & ab alijs negotiatoribus intelligitur, & eam sufficienter loquuntur. Respondetur enim, quod hoc non sufficit, nisi communter aliæ mulieres, simplicesque persone illud idioma peregrinum, & accidentale, sicut naturale, & proprium intelligant, aliàs regula generaliter omnibus non prouideret, maxime in istis casibus necessarijs sacramentorum per Rectorem parochianis exhibendorum, in quibus personæ rudes magis instrui debent, quod sine commercio linguæ fieri nequibit.

52. Prædicta opinio, & Gomesij uera est in exemplis, quæ assignat, nam licet in Cantabria, Portugalia, Sardinia à maiori parte intelligatur idioma accidentale Castellanicum, non tamen ab omnibus indistinctè intelligitur, & loquitur. si autem sumus in casu, in quo vtraque lingua tam naturalis, quam accidentaliter recitè loquitur, & intelligitur ab omnibus, tunc temporis is, qui intelligit linguam accidentalem, bene poterit obtinere Ecclesiã parochialem. exemplum est in Valentia, ubi lingua materna est illa, quam Catalaniam appellant. omnes autem intelligunt, & loquuntur aliam linguam accidentalem, quæ est Castellana, & similiter Senis accidit, ubi sunt duæ linguæ, vna vulgaris seu rustica, & plebeia, altera nitida, & candida, quam Tuscanam vocant, vt tenet Quintil. Mandos. in d. reg. 20. de idiomate, in q. 4. per totam, sufficit enim, quod Rector intelligatur, & intelligat, si. n. supponimus, quod eius idioma licet non maternum, & naturale omnibus sit notum, cū prædicabit, cum sacramenta ministrabit, cum sermones seu colloquium apud parochianos habeat. Is, qui parochiam obtinet, ab eis intelligitur. neque refert quomodo quis loquatur, dummodo uerborum sensus intelligatur, & probatur in l. in legatis, & ibi no. Bar. & Bal. & Alex. C. de legatis, & facit etiam: quia quando sumus in dubio, interpretatio benignior sumenda est: vt probatur in l. proxime. ante finem. ff. de his, quæ in testamento delentur. ibi. Causa præsens admittere uidetur humaniorem interpretationem: vt ea dumtaxat existimemus irrita esse uoluisse, quæ induxit. Sic in casu nostro regula uidetur uoluisse dumtaxat irrita re, quando in effectu Rector intelligere, & intelligi non potest, & idem probatur in l. quoties in actionibus. ff. de rebus dubijs, & in l. benignus. ff. de legibus, & Philipp. Dec. in cons. 482. incipien. pro resolutione casus. in fin. & in consilio 500. in causa, quæ Mantuzæ. num. 13. & facit similiter: quia etiam uerba impropriari debent, quatenus opus sit: ut deseruiant intentioni, ut probatur in capitulo is, autem. in fine, vigesima secunda, quæ sitio

2. ubi dicitur, quod intentio sola considerari debet, & idem probatur in c. intelligentia. de verb. signifi. & Philipp. Dec. in rub. de probat. col. 2. in fi. in versi. præfata saluatio. & Paris in consi. 20. incip. gratia præfens, num. 2. vol. 4. & ita tenendum est, & idem etiam dicendum est, quando Rector vtramque linguam bene intellexeret. Sed loqueretur lingua accidentali, in qua ab omnibus indistincte intelligeretur: quia non esset inconueniens, quod conscribens vna lingua loquatur, & confessor per aliam illi non incognitam responderet, vt etiam in stipulationibus iura permittunt, quamuis stricti sint iuris, ut probatur in l. 1. §. eadem aut alia lingua. ff. de verb. oblig. & ita declarat aut Man dosius in dicta reg. 20. de idiomatic. in quest. 4. num. 8.

33 Ampliatur quintò ut procedat in gratia facta de Ecclesia parochiali motu proprio, & ex certa scientia, ut tenet Ludouicus Gomefius in dicta reg. in q. 12. allegans glossatorem dictæ regulæ pro hac sententia. Pro qua primò facit: quia clarum est, quod expectatiue secundum stylum Romanæ Curie motu proprio concedi solent: vt notat Io. And. in c. si motu proprio. de præben. lib. 6. & Io. Calderinus in c. madatum. de rescrip. quos refert, & sequitur Abb. in cap. 1. 8. col. de iudicijs, & Gomefius in tractatu expectatiuarum, qui quidem stylus Curie attendi debet: vt probatur in c. quam graui. de crimine falsi, & Rota decif. 79. incip. q. stylus, in antiq. In nouis decisionibus, & Mil. in repertorio in uerbo stylus Curie pro iure seruandus, & Hyp politus de Mat. in singulari 118. & tamen regula illa de expectatiua loquitur, quæ motu proprio conceditur: vt patet ex eius tenore ibi. vel gratiam expectatiuam concedere, ergo eodem modo in quacumque alia gratia motu proprio facta locum obtinet, quia vna pars alternatiue per aliam declaratur, ut dicit Bar. per illud text. in l. 1. ff. de rebus dub.

34 Secundo pro hac parte facit quia in his, quæ sunt facti clausula ex certa scientia nihil operatur: nam non præsumitur Principem eorum habere notitiam, ut inquit Alex. in consi. 120. col. si. uol. 4. & in consi. 215. vol. 7. & in consi. 23. col. fin. vol. 5. & in consi. 125. col. fin. volu. 2. & in consi. 126. col. fin. eod. vol. & in consi. 52. col. 3. vol. 7. & Bald. in l. fin. colum. fin. C. de fructibus, & litium expensis, & Iaf. in consi. 12. col. fin. vol. 3. & in consi. 119. col. fin. vol. 4. & Lanfranc. in cap. quoniam contra. in versi. hic tractauimus materiam sententiarum. col. 2. de probat. & Philipp. Dec. in consi. 143. col. 2. & in consi. 198. col. pen. & Mathæus de Afflict. super cõf. in tit. de officio Capitanei, nu. 23. & Fel. in c. cum inter. col. 3. de excep. & Ripa in 8. responso, col. 3. vol. 3. & Gomefius in

cap. 1. de cõf. lib. 6. in carta 6c. & Zasius in consi. 10. vol. 2. Grammat. in decif. 103. nume. 242. in decif. 105. nu. 3. & Paris. in consi. 1. col. 23. vol. 1. & in consi. 11. col. pen. vol. 1. & in cõ fil. 4. col. fin. vol. 2. & in consi. 3. col. 8. vol. 4. & Bertrand. in consi. 110. col. 3. in fi. vol. 3. Tandem hæc est magis communis opinio, ut inq. Ant. Gabriel. in lib. 6. comm. conclus. in tit. de clausulis, cõclus. 1. nu. 3. vbi nu. 47. refert aliquos, qui contrarium tenent.

55 Tertiò pro hac sententia facit quia quamuis clausula, ex certa scientia, in his quæ sunt de iure communi, derogationem quoad ius cõmune possit impotare, per notata per scriben. in c. 1. in uerbo nascatur. de constitut. lib. 6. vbi latè Ludouic. Gomef. non tamen quoad regulas, quæ licet habeant vim, & ligent homines omnes, sicut ius vniuersale, vt iam dictum est, tamen quoad derogationem ius particulare si cut alia statuta terrarum cõferat, ut inquit idè Gomef. in d. q. 12.

56 Contrarium tamen sententiam, imò quod præfata regula non habeat locum in gratia cõcessa motu proprio, & ex certa scientia, tenet Quintil. Mandos. in d. reg. Pro qua sententia facit primò: quia quando Princeps eligit, seu deputat aliquem ex certa scientia, nefas est, imò sacrilegium improbare, quod Princeps fecit, est text. in l. 2. in terminis. C. de crim. sacril. nam eo ipso quod Papa aliquem eligit, seu deputat ex certa scientia, ad aliquod peragendum, seu alicui beneficium ex certa scientia confert, illum habilitat, ut inquit gl. in c. statutum. in §. 1. in uerbo literarum, de rescriptis, lib. 6. & q. dispensatio inducatur eo ipso, q. Princeps sciẽter, seu ex certa scientia indigno, vel inhabili confert. not. Barr. in l. quidam consulebant. in 2. not. ff. de re iudic. & Roman. in consi. 216. incip. electio dicti Domini Capitanei, num. 6. cum seq. & Fel. in c. nonnulli. col. 2. 4. de rescrip. & moderni in repet. text. in c. 1. de constit. & Philipp. Dec. in cõf. 614. incip. in causa feudali, nu. 21. cum seq. & facit decisio Rotæ 332. incip. licet Romana curia, in nouis, & Paris. in consi. 44. incip. pro Domino Hyeronimo possessore, nu. 25. cum seq. lib. 4. vbi concludit, q. Papa conferendo beneficium inhabili scienter uidetur dispensare, & prouidens spurio scienter de Episcopatu similiter uidetur dispensare.

Secundo pro hac parte vltra Mandosium facit, quia clausula, ex certa scientia, habet vim clausulæ non obstantæ, ut inquit glossa in l. finali. C. si contra ius, uel utilitatem publicam, ut inquit Bartolus, & Baldus in l. idem Vlpianus. §. sunt alii. ff. de excusat. tut. & Guido Pap. in consilio 105. & in singulari septimo, & Fel. in cap. nonnulli. in §. sunt & alii.

alii. col. 1. 6. versi. fallit septimò. de rescrip. & in c. cum inter. col. 4. de excep. & Alex. in consi. 111. col. 2. vol. 6. & in consi. 215. volum. 7. & Aret. qui declarat, in consi. 15. col. 3. & seq. & Curtius Iunior in consi. 157. num. 22. & Rui. in consi. 60. num. 5. volum. 1. & in consi. 196. col. 3. vol. 1. & Bertrand. in consi. 125. col. 3. volum. 2. & Socin. in consi. 3. nu. 1. vol. 3. quod verum est adeò, quod præfata clausula habet vim specialis derogationis, ut inquit Soc. in consi. 178. Guido Papæ in consi. 75. & in consi. 178. & Mil. in repertorio in uerbo scientia certa, quæ uera sunt, si tractetur de modico iudicio, secus autem si de graui, ut inquit Alex. in l. 3. in §. si is, qui. ff. quod quisq. iuris, & Ioannes Crotus in c. 1. col. 2. cum seq. de constitut. lib. 6. & Ruin. vbi dicit hanc esse communem opinionem, in consi. 163. nu. 20. vol. 5. & tradit Gozad. in consi. 5. nu. 16.

57 Pro concordia autem dictarum sententiarum diuersarum distinguendum est, quia aut constat, summum Pontificem habuisse notitiam, quod pronisus de ecclesia parochiali non intelligebat idioma, & tunc temporis procedit, & uera est sententia Quintil. Mandos. aut uerò non constat, quod Princeps habuerit prædictam notitiam, & tunc temporis uera est & procedit sententia Ludouici Gomefii.

58 Ampliatur sextò præfata conclusio ut procedat etiam in ecclesijs parochialibus electiuis, in quibus quis solet mediante electione admitti, ut tenet quamuis incidenter Ludouicus Gomef. in dicta reg. de idiomatic. q. 4. & Quintil. Mandos. q. 2. vbi ad longum disputat. Pro qua sententia facit, quia quando sumus in materia fauorabili, uerbum prouiso, de quo mentio fit in dicta regula, includit electionem, secus autem in materia odiosa, ut inquit Gemin. in c. cum in illis. §. illis uerò, & in §. cum aut. post princip. de præben. lib. 6. & notat Fran. in d. §. illis. num. 6. & in hunc sensum uera est glossa in clem. 1. de præben. in uerbo quamuis ante fin. ubi electionis modus uenit nullo alio expresso, & Zabarella ibidem in §. ad hoc, in q. 5. & Mil. in repertorio in uerbo gratiam habes de beneficio, quod incerto. in prin. & Fel. in c. sedes. de rescriptis, col. 5. & in c. in nostra. eodem tit. num. 77. Sed sic est, quod præfata regula est fauorabilis, quia respicit publicum fauorem, seu utilitatem, ergo beneficia electiua includit, & facit, quia lex, siue constitutio ob publicam utilitatem facta dicitur ualde fauorabilis, & est amplianda, in quantum fieri potest, ut probat text. in l. si quis in graui. §. vtrumque uerbi. is quoque. ff. ad Syllanianum, & ibi notat Barto. in summa illius. §. & Alex. in l. cum mulier. col. pen. ff. sol. tut. matri. & Iaf. in l. qui seruum, in tertia columna, ff. de uerborum obli

gationibus, & Philipp. Dec. in consi. 669. incip. uiso, & perlecto, numero quarto, & quinto.

59 Ampliatur septimò præfata conclusio ut procedat etiam in Cardinalibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ita inquit Bartholo. Bellenzinus vir singularis doctrinæ, qui fuit Rotæ Auditor in suo tractatu de charitatiuo subsidio. q. 66. in 5. col. ubi resolutè tenet, regulam præfata in Cardinalibus locum habere, & inquit, quod cum ipse esset Auditor Rotæ suo tempore, eoque præfente ita iudicauit Rota, quam sententiam ipse hac ratione fundat, quia clarum est, dispositionem præfate regulæ animæ fauorè concernere principaliter, quæ ratio facit, quod prædicta regula fauorabilis iudicetur, iuxta doctrinam glossæ Barr. & scriben. in auctent. sacramenta puberum. C. si aduersus uenditionem, at uerò in fauorabili constitutione Cardinales comprehenduntur, ut dicunt moderni per illum text. in c. omnis. de pœnitent. & remissionibus, ergo clarum est, quod præfata regula ligabit eos. Pro qua etiam opinio facit text. in c. nemo, & quod ibi notant Dominic. & Philipp. Franc. in princip. de elect. lib. 6. & faciunt ea, quæ supra adduxi, in c. 2. num. 6. Tandem hæc sententiam tenet, & sequitur Ludouic. Gomef. in dicta regula de idiomatic. in q. 3. in fin. uerbis ibi. à qua opinione in dubio ego non recedem, quia iustum præsumitur iudicium fuisse, quod plurimorum oculis est comprobatum, ut dicitur in ca. prudentiam. de officio delegati, ipse tamen Gomefius contendit, posse contrarium iure sustineri, & ad ibi per eum dicta me remitto, & hanc sententiam uidetur sequi ibidem Quintil. Mandos. q. 7.

60 Ampliatur octauò ut procedat in dispensato à Romano Pontifice, vt possit tenere plura curata beneficia, & q. non teneat in illis residere, si sibi aliàs canonicè conferant. nã si taliter dispensato conferantur à Romano Pontifice parochialis ecclesia, absque dictæ regulæ derogatione collatio nulla est. Primò, quia dispensatio stricti iuris est, & strictissime interpretanda, vt patet in c. qd dilectio. de cõanguinitate, & affinitate, & Io. And. Ant. de But. & Abb. Pan. in c. de multa. de pben. & tractat. latè Pet. Pau. Paris. in cõf. 88. incip. q. snia. nu. 20. lib. 4. & præterea dispensatio intelligenda est secundum ius commune, ita ut illud, quam minus fieri potest, lædatur vt tenet Abb. in d. c. de multa. nu. 4. de pben. & Geminianus in cõf. 47. nu. 3. & generalis dispensatio, uidemus, q. semper adabilem restringit ut probatur in l. ut grada tim. ff. de munerib. & honorib. & in l. 1. C. de sac. sanc. ecclesijs, & tenet Iaf. in l. q. sicq. nu. 2. ff. de verb. oblig. & Philipp. Dec. in l. si filius familias, nu. 3. cõ seq. ff. si certum petatur, & uidemus, quod factum à Principe



semper refertur ad ius cōmune, quamvis possit etiam ad ius speciale referri: vt latè tractat Alex. in l. quamquā, num. 2. C. de testamen. militis. facit etiam: quia dispensatio solummodo ea, quæ veniunt in necessariam consequentiā, & inseparabilem non autem separabilem comprehendit: vt inquit Fely. in cap. postulasti, numero 10. de rescriptis. in versu. hanc limitationē & in cap. ar. si clerici. in §. de adulterijs. col. vlt. de iudicijs, & facit, quod ecclesia parochialis plura de iure requirit, nempe quod quis non sit pluralis, quod sit maior, quod resideat, & quod habeat idioma, & alia, in quibus si quis defecerit, dicitur inhabilis. Vnde sequitur, quod de omnibus debet fieri mentio in dispensatione, & omnia obstacula necessaria remoueri debent: ut probatur in §. affinitatis. in cap. ex tuarum. de auctoritate, & vsu Palij, nec tunc sufficit clausula, non obstantibus, quia non operatur ultra narrata, & refertur solum ad effectus expressos, vt tenet Bal. in l. 1. colum. pen. C. de furtis, & Philip. Dec. in consil. 10. col. pen. ver. 4. & Petr. Paul. Parisius in consil. 1. num. 90. & 95. cum seq. lib. 1.

62. Accedit etiam, quod si in prædicta dispensatione adest clausula, si tibi canonicè conferantur, per quam clausulam Papa voluit, quod ut dispensatus dispensationis priuilegio, ut possit, requiritur, quod collatio canonica interueniat, quæ quidem clausula in dispensatione semper intelligitur, ut probatur in casu gratioso, in §. de rescriptis. lib. 6. & Geminius ita tenet in consil. 12. 6. incip. pro declaratione, num. 1. in versu. item dispensatio, num. 5. & in consil. 16. incip. super dicto, num. 1. & canonicè pronuntius dici non potest, cui parochialis ecclesia est collata, si ignorat idioma loci. Tandem hæc sententiæ sequitur Bartholo. de Bellenzinis in tractatu de charitativo subsidio, in q. 66. num. 20. vbi inquit, quod habens priuilegium de non residendo, comprehenditur sub dicta regula. Neque obstat, quod cessante ratione legis cessare debet ipsa lex, vt probatur in l. adigere. §. quāuis. ff. de iure patrona. & in cap. cum cessante. de appell. nam respondendū est, quod licet dispensatus de non residendo, si non vult, non tenet residere: tamen si vult residere non cessat in eorum ratione dictæ regulæ, imo habet locum: quia si vult residere non intelligens idioma, nihil agit ut patet ad sensum, imo priuilegiatus in dubio præsumitur, quod vti velit iure communi, & non priuilegio: vt probatur in l. in testamento. la prima, & in l. quamquam. vbi not. Alexan. & alij scriptores. C. de militari testamento, & doctores in l. centurio. ff. de vulg. & Philipp. Dec. in l. ius nostrum. ff. de regu. iur. num. 7. Vnde præsumendum erit, quod etiam dispensatus de non residendo velit residere, & sic ratio regu-

læ non cessat in dispensato. Neque obstat, si dicitur, quod dispensatus ad aliquid videtur dispensatus ad omnia accessoria, & quod dispensatus a residendo arguendo ab identitate seu maiori ratione videtur dispensatus ab idiomate. Nam ad hoc respondetur, quod argumentum ab identitate seu maiori ratione in materia dispensationis non procedit, vt probatur in cap. cui de non sacerdotali. de præben. lib. 6. & Fely. in c. postulasti. in versu. regula est, quod in dispensationibus, & in versu. limita primò, de rescriptis. & in c. ad aures, nu. 3. in conclus. 1. de rescriptis. & lal. in l. omnium, nu. 13. C. de testamentis, & Paris. in consil. 38. num. 20. lib. 4. & Fran. de Rip. in tit. de rescriptis, in responso primo, & nouissimè ita terminatū Domini de Rota die 21. Octobris anni mille simi quingentesimi quinquagesimi secundi, vt affirmat Quintil. Mados. in dicta reg. in q. 7. vbi hanc partem defendit.

62. Ampliat, & non dicitur vt etiam procedat in Episcopatus, Archiepiscopatus, & Patriarchatus. Primò arguendo licet: quia si illud, quod minus videtur inesse, inest, ergo id quod magis vt probatur in l. prima, in §. si consilio. versu. quoniam. ff. de ijs quæ in testamento delentur & in l. Marcellus. ff. de donationib. causa mortis, & clarus tex. qui in nostris terminis loquitur in c. cum in cunctis. in prin. de elect. vbi deciditur, quod ætas, scientia, & alia requisita in sacerdotis ministerijs multo magis debent in Episcopis interuenire, vt probatur in cap. non omnes. Episcopi. 2. q. 7. vbi Diuus Hieronimus contra Episcopos sult. s. exclamat subdens, quod in facta tuatū sal ad nihilum prodest, nisi vt proieciat. Vnde cum in rectore, in quo minus dicendum videbatur, quod idioma requireretur, necessarium sit, & ipse Rector præfata regula liceat, multo fortius ea ligari debet Episcopus, cui non solum idioma, & alia, quæ in Rectore desiderantur, imo plura alia requiruntur, ut probatur in d. c. cum in cunctis, & ibi notant omnes & clarè sequitur, quod si Episcopus ligatur, multo magis Archiepiscopus, & Patriarcha ligantur.

63. Secundò facit quia argumentum de toto ad partes, & contra validum est in iure nostro, ut probatur in l. qua de toto. ff. de rei vindic. & in l. qui scit. in primo responso. ff. de vsuris, & l. iurisdictionum. in §. adeo. & ibi notat lason qui ponit limitationes. ff. de pactis, & uidentus est Nicolaus Euerardus in locis legalibus, in loco 8. qui optimè declarat. Sed sic est, quod in prouiso ad vnam parochiam seu ad partem diocesis, requiritur idioma, nempe in Rectore. Ergo idioma huiusmodi requiritur etiam in prouiso ad multas parochias, & ad totam diocesis. Nam sicut Rector suam parochiam partitam, & ab alijs parrochijs diuisam ha-

bet

habet, ut probatur in c. Ecclesias singulas. in princ. 13. q. 1. ita & Episcopus suam ciuitatem cum diocesi, & similiter Archiepiscopi, & Patriarchæ suas Prouincias, ut probatur in cap. primo. & in cap. in illis, & in cap. Episcopi. 30. distinct. ergo idem ius seruari debet in omnibus parrochijs vnus diocesis, seu Prouinciæ si mul iuris, sicut in vnaquaque ipsarum, quod maximè procedit in Episcopatus, & Archiepiscopatus, ubi Ecclesiæ parochiales non gubernantur per proprios Rectores, sed per vicarios temporales arbitrio Episcoporum seu Archiepiscoporum: quia ipsi Episcopi seu Archiepiscopi sunt vestri Rectores, dictarum parochialium ecclesiarum. exemplum est in toto Archiepiscopatu Ispalē. vbi nulla Ecclesia parochialis gubernatur per proprium Rectorem sed per vicarios temporales arbitrio ipsius Archiepiscopi, qui est proprius Rector illorum, & alia beneficia totius Archiepiscopatus sunt simplicia, & nullam habent animarum curam.

64. Tertiò pro hac parte facit quia præfata regula iuri ac rationi consona est, vt supra iam probatum est, & sic fauorabilis. At uerò in fauorabilibus beneficiorum appellatione secundam communem opinionem veniunt etiam Episcopatus, & Archiepiscopatus: ut probat tex. in cap. 1. & ibi notat gloss. quæ casum ponit, de regulis iur. lib. 6. & tenet gloss. 1. in clem. unica. de caus. possess. & proprietat. & tractat late Ioan. de Selua in tractatu de beneficio in prima parte, in q. 3. num. 6. & ante num. 3. quod magis procedere debet in casu dictæ regulæ, quæ loquitur in ecclesia parochialis, quæ quidem magnam similitudinem, & conformitatem tam in cura, quàm exercitio, & plerisque alijs habet cum Episcopatu. Imo Rector, videtur quidam quasi Episcopus, & Episcopatum, & parochialem Ecclesiam in materia regularum cancellariæ æquiparat Romanus in consil. 340. incip. circa primum articulum, num. 4. Imo uerè considerando, Episcopatus nihil aliud est, quàm magna parochia, quæ in se diuisa est in multas parochias, ut clarè patet.

65. Quartò facit quia constitutio concernens animarum fauorem, ut est ista, omnes in distinctè ligat nemine excluso, ut dicitur per scriben- tes in cap. omnis vtriusque sexus. de pœnitentijs, & remissionibus, & in specie quod mens illius canonis liget in distinctè omnes, etiam Papatem, tenet Ioan. Andr. in cap. significasti. de foro compet. in versu. iurisdictioni. & ibi Abb. eolum. 7. Anchar. in repe. tex. in cap. primo, in 2. opposit. & ibi notat Fel. num. 34. & 35. de constitutionibus, & Prepositus in cap. non licet. in princip. 10. distinct. & Ioan. de Selua in tractat. de benef. in prima parte, in questione tertia, numero 8. Igitur dispositio dictæ regu-

læ comprehendit etiam Episcopos, & omnes alios superiores.

66. Quintò facit quia omnia ea, quæ incumbunt parrocho in parochia, incumbunt etiā Episcopo in Episcopatu, & ea ratio, quæ militat in parrocho, militat etiam in Episcopo, & clarum est, quod de iure, vbi est ratio, idem ius debet esse, & ubi est eadem ratio, non dicitur extensio, sed proprius intellectus, & comprehendit sicut genus speciem, ut probatur in l. semper generalibus. ff. de reg. iur. & in l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verb. signific. & supra iam dictum est, & Tiraq. multa adducens ita resoluit in l. si vnquam. in uerbo libertis, num. 45. cum pluribus seq. C. de reuoc. donat. quod autem ea, quæ incumbunt parrocho in parochia incumbunt etiam Episcopo in Episcopatu, clarè probatur, nā respectu prædicationis ad Episcopatum tanquam proprium ministrum pertinet prædicare ex proprio officio: secundariò autem pertinet ad sacerdotes ut tenet Dionysius in libro de ecclesiastica Hierarchy. in cap. 5. & Dominic. de Soto lib. 4. sententiarum distinct. 1. in q. 5. articulo 6. in versu. ex administratione sacramenti. quod respectu autem audiendi confessiones Episcopus etiam est proprius minister sacramenti confessionis, multa adducens resoluit Dominic. de Soto in 4. sententiarum. dist. 18. q. 4. in art. 1. & probat etiam tex. in cap. vlt. de censib. lib. 6. & ibi notant scribentes, quod adeo verum est, quod sunt multi casus, qui quidem referuntur quoad absolutionem ipsi Episcopo, & prius parrochus non potest absolueret, de quibus agitur summi omnes, & maximè Martinus Nauarro in manuali in cap. 27. num. 256. cum seq. & si milititer administrat cetera sacramenta pertinet etiam ad Episcopatum, ut clarum est, & negari non potest, de quo diximus in tractat. de cleric. & eorum exemptis. in parte, in cap. 10. numero 28. & ita tenendum est, quod idioma sit necessarium in Episcopo seu Archiepiscopo si cur est in parrocho. Quamuis Quintil. Mandosius in dicta regula. 20. de idioma in contrariam partem inclinet, in q. 8. cuius fundamenta non concludunt.

Nam imprimis inquit ipse, quod Episcopatus non solum non uenit una sub specie beneficiorum, quæ exprimitur in dicta regula, imo etiam sub generalitate non comprehenditur, ut probatur in capitulo secundo in §. cum uerò. iuncto textu in capitulo dilectus. de concess. præben. hoc tamen fundamentum nihil probat.

Nam postsumus respondere primò, quod non procedit, quando constitutio est fauorabilis, vt iam dictum est. Vel secundò, & melius postsumus respondere, quod quāuis dicta regula assignet

vnam speciem beneficiorum, nihilominus cō-  
67 prehenditur Episcopus † nam potius est inspi-  
cienda mens, seu ratio legis, quam verba ipsius  
vt plane ostendit tex. in l. scire. §. aliud. ff. de ex-  
culat. tut. ibi. Sed & si maxime verba legis hunc  
habent intellectum: tamen mens legislatoris  
aliud vult, & idem probatur in l. 1. in §. condi-  
tio. ff. de alimentis legatis, vbi dicitur. Sed me-  
lius est sensum magis, quam verba amplecti, &  
in l. pen. ff. ad exhibendum vbi dicitur. Non  
oportere ius civile calūniari, neque verba eius  
captari, sed qua mente quid dicatur animad-  
uertere, & idem probatur in l. credendum. ff.  
qui petant tutores, ibi. Incidit in constitutionis  
verba, sed hæc sententia excusatur. & in l. sed  
sciendum. ff. ad l. Pompeiam de parricidijs, ibi.  
Sed & nouerca, & sponsa omisa sunt: senten-  
tia tamen legis continentur, & in l. si quis adul-  
terium. in §. 1. ff. de adulterijs, cum dicitur, ex  
sententia legis tenetur, quamuis verbis non cō-  
tinetur, & ita cessat primum fundamentum  
Quintilianii.

Adducit aliud secundum fundamentum  
idem Quintilianus, nempe quod vbi verba le-  
gis non conueniunt, dispositio non debet con-  
uenire: nam præfata regula solummodo loqui-  
tur in Ecclesia parochiali, ergo non debet ex-  
tendi ad Episcopatum. Sed ad hoc respondetur,  
quod quamuis verba expressa non conueniunt  
sufficit quod conueniat sententia, & mens con-  
stitutionis, quæ deducitur ex identitate ratio-  
nis. Præterea (vt iam dictum est) Episcopatus,  
& parochia æquiparantur, & negari non po-  
test, quod Episcopatus sit parochia, quamuis  
negari possit, quod parochia sit Episcopatus.

Tertium fundamentum pro sua opinione  
adducit Quintilianus, nempe quod est diuersa  
ratio in Episcopatu: nam officium audiendi cō-  
fessiones, & remittendi peccata est proprium  
Rectoris, & alia administrare sacramenta simi-  
liter propriè pertinent ad Rectorem. Sed in  
hoc fundamento aperte decipitur ipse Quin-  
tilianus: nam (vt iam dictum est) absolueret, &  
predicare propriè ad Episcopum pertinent, &  
similiter pertinet etiam ad Episcopum admi-  
nistrare alia sacramenta sicut ad Rectorem, ma-  
ximè in propria Ecclesia Cathedrali, & ita vi-  
demus, quod Episcopi sæpissime administrant.

Quartum fundamentum adducit Mando-  
sius, nempe quod Episcopatus & c. sunt hodie  
referuati per regulas Cancellariæ, & non con-  
feruntur, nisi consistorialiter formatis proces-  
sibus, & cum magna deliberatione, & assensu  
Cardinalium, & ex certa scientia habita quali-  
tate, & distinctione personarum, locorum, &  
Ecclesiarum. Vnde diuersissimus est modus  
ab illo prouidendi de parochialibus, & sic re-  
mota omni subtilitate actus coram Principe

quomodocumque facti sustententur, attenda solum  
veritate, vt inquit Bald. in l. rescripta, nu.  
5. cum seq. C. de precibus Imperatori offeren-  
dis, & conferunt cumulata per Gomefium in  
simili dubio in regula de infirmis resignanti-  
bus. in q. 14. & cum Papa ex certa scientia, &  
optime informatus prouideat, dispensare cen-  
setur. Tandem hoc fundamentum non con-  
cludit primò: quia quamuis Episcopatus sint  
referuati, hoc est mediatis regulis Cancellariæ,  
quæ quidem cessant per mortem Ponti-  
ficis, & eis cessantibus recurrendum est ad ius  
commune, quod disponit idem, quod prædi-  
cta regula Cancellariæ, ut supra iam dictum  
est. Vel secundò responderetur, quod quamuis  
referuatio esset perpetua: nihilominus non se-  
quitur, quod ex quo fit prouiso de Episcopa-  
tibus in Consistorio præmissa cognitione, &  
ex certa scientia, Papa censetur dispensare cō  
Episcopo, qui ignorat idioma. Nam possibile  
est, quod ipse Papa, & Consistorium nesciant  
Episcopum ignorare idioma loci, ut in simi-  
li dictum est supra in ampliatione quinta.

68 Prædicta declaratur primo modo † ut non  
procedant in beneficiis simplicibus, in quibus  
quidem de iuris vigore non requiritur, quod  
beneficiarius sciat idioma illius loci, ubi est si-  
tum beneficium: quia rationes supra adductæ  
in Ecclesia parochiali locum nō habent, imo  
cessant in beneficio simplici, & cessante ratio-  
ne cessat dispositio, ut est vulgaris iuris regu-  
la, & ita declarat scribes omnes in dicta re-  
gula Cancellariæ, & ita tenendum est, quia  
dicta regula solummodo loquitur in parro-  
chiali.

Dubitatur tamen, quid dicendum, quando  
69 † in eadem supplicatione impetratur parro-  
chialis Ecclesia, & beneficium simplex eius-  
dem ciuitatis seu oppidi, & impetrans non  
intelligit idioma loci, an sicut gratia quoad  
parrochiale nulla est, eodem modo sit nul-  
la quoad simplex beneficium. Breuiter omisa  
disputatione tenendum est, prædictam gra-  
tiam quoad simplex beneficium ualidam esse,  
non obstante quod respectu parochialis Ec-  
clesiæ inuálida sit.

Pro qua sententia primò facit tex. in d. regu-  
la Cancellariæ. ibi. quoad parochialem Ecclē-  
siam nullius sit roboris, uel momenti, & sic  
expressè declarat nullitatem prædictam solum-  
modo quoad ipsam parochialem referunt  
debere. Inclusio enim unius aliorum est ex-  
clusio, & e contra, ut est text. vulgaris in l.  
cum Prætor. cum multis similibus. ff. de iu-  
dicijs.

Secundò facit, quia verba in statutis & in  
materia stricta interpretanda sunt, vt aliquid  
operentur, etiam si interpretatio faciendā ve-  
niat

niat contra ius commune, vt in l. si quando. in  
princ. ff. de leg. 1. & tenet Bart. in l. 4. §. Prætor  
ait. col. 1. nu. 1. ff. de dam. in factis, & in l. 3. ff.  
de usucapionib. & tenet Felyn. super rubri. de  
præscrip. col. 2. in fi. in versic. responde ex do-  
ctrina, & tenet Philipp. Deci. in consi. 502. in-  
cip. ex duobus, col. 2. num. 6. & in consilio  
527. incip. in ciuitate Rauennæ. col. 2. fin. nu-  
mero 12. & in consi. 617. incip. adeo plenè. in  
fi. sed sic est, q. si illa verba, quoad parochiale  
ecclesiam, posita in dicta regula Cancellariæ  
non interpretantur sic, vt apposta dicamus  
ad excludendum aliorum beneficiorum sim-  
plicium in gratia cōtentorum inuáliditatem,  
nihil penitus operarentur, cui enim dubium  
est, quod si regula loquitur de idiomate quo-  
ad parochialem ecclesiam annullando gratiā  
in idiomatis defectum, non possit absque illa  
clausula quoad parochialem ecclesiam fieri  
interpretatio, nisi quod ita intelligi debuif-  
set, tanquam si apposta fuisset.

Tertio pro hac parte facit, quod in sup-  
plicatione, quæ fit ad ecclesiam parochialem &  
simplex beneficium, solet apponi illa clausu-  
la simul vel ad partem, etiam in vna, non facta  
mentionē de alia, seu alia expediri possint,  
quæ clausula operatur, quod gratia omnino  
diuisa censetur, cōtentaque in ea diuisi pos-  
sunt, & literæ diuersæ super vna supplicatione  
expediri, & sic in casu proposito vna bulla su-  
per impetratione beneficii simplicis, nulla de  
parochiali ecclesia facta mentione, in huius-  
modi bulla poterit expediri, & sic cum secun-  
dum bullam sit iudicandum, nulla penitus  
inualiditas resultare poterit respectu parro-  
chialis ecclesiæ, quæ in hac bulla non conti-  
nebitur, quia non entium nullæ sunt partes,  
vt in l. quidam referunt. post principium in  
versicu. nullius enim momenti, & in §. 1. ibi.  
hæres. ff. de iure codicillorum, & in c. Abbate  
sanè. de re iudic. lib. 6. & in c. bona. in primo.  
in ver. contra vero legati, cum gl. in verbo per  
rerum naturam, in prin. de elect.

Quarto & vltimò pro hac parte facit, quia  
70 † in diuiduis vile per inutile vitari non de-  
bet, vt probatur in l. 1. §. Trebatius. ff. de aqua  
quodiuersa, & in l. 1. C. famil. ercisc. vbi pro-  
batur, quod minus sollempne testamentum fa-  
ctū inter liberos & alios valet quoad liberos,  
licet non quoad extraneos, & in l. si vnus in §.  
si cum mihi decem. ff. de pact. vbi debens de-  
cem pactus in viginti ad decem teneatur, licet  
pactum quoad alia decem nō subsistat, vt pro-  
batur in l. sed & si ff. de constituta pecunia, &  
scribentes in dictis iuribus ita tenent nemine  
discrepante. Sed sic est, quod in hoc casu su-  
mus in diuisibilibus, ergo gratia prædicta non  
debet vitari quoad simplex beneficium, licet

annuletur quoad parochialem ecclesiam.  
Quòd autem sumus in diuisibilibus, clarè pa-  
ter, quia aut consideramus & conferimus be-  
neficia inter se, & certum est, quod parochia-  
lis nihil commune habet cum simplici, imo  
neque vnus simplex cum alio simplici. Aut  
verò consideramus gratiam factam, & tunc li-  
cet fuerit facta vno contextu, cum ad plura  
fuerit facta, plures gratiæ reputari debent, seu  
vna gratia plura & diuersa continens, sicut in  
simili dicimus, plures esse stipulationes, si vna  
stipulatio plures res contineat, vt probatur in  
l. scire oportet. ff. de verb. oblig. Si verò confi-  
deramus ipsam supplicationem gratiam conti-  
nentem, tunc temporis illa non facit, quin  
contenta in ea separabilia sint, alioquin in si-  
mili sequeretur, quod institutio, & legata di-  
uersa in testamento vno eodemque contenta  
reputarentur indiuisibilia, quod minime di-  
cendum est, ex quibus omnibus clarè sequitur,  
veram esse hanc sententiam, quod non vitia-  
tur gratia quoad simplex beneficium, quam-  
uis inualida sit respectu ecclesiæ parochialis  
ob ignorantiam idiomatis, & hanc sententiam  
sequitur & defendit Quintil. Mandosius in di-  
cta regula Cancellariæ, in q. 9. vbi refert aliqua  
fundamenta pro parte contraria, quibus ipse  
satisfacit.

71 Septima † incompatibilitatis species est ra-  
tione defectus ordinis, siue sacri, siue mino-  
ris. nam omnino laicus beneficium ecclesia-  
sticum obtinere non potest, vt inquit Abb. in  
c. cum adeo. & tex. ibi de rescriptis, & Phillip.  
Deci. in c. 2. de iudic. nu. 3. & Benedic. Capra  
in tractat. regu. & fallen. in regu. 97. nu. 39. &  
Ioan. de Selua in tractat. de benefic. in secunda  
parte, in questione 23. nume. 14. & tenet glo.  
in c. cum M. vbi Abb. & alij scribentes præfer-  
tim Fely. de constitut. & idem Abb. in cap. tua  
nos. de symonia, & notant doctores in clemē.  
2. de ætate, & qualita. & Archid. Geminian. &  
Præpositus in c. placuit. ante finem. 32. distin.  
& Archid. in c. si quis hoc gesserit. 1. q. 6. 3. &  
Hostien. in summa de institutionibus, in §. si  
quis instituit. & Panor. in c. maiores. de preben.  
& ita resoluit Cæsar Lambertinus in tractatu  
de iure patronatus, libro 2. in 1. parte. q. 7. arti-  
culo 7. numero 2. & Petr. Rebuff. in praxi be-  
nef. in titu. de clericis, & à quibus & quando  
creentur, numero 4. Pro qua sententia est text.  
in c. ex literis. de transact. & tex. in ca. 2. de in-  
stitutionibus, & in c. ecclesia S. Mariæ de con-  
stitutionibus. Et ratio præfate conclusionis  
est, quia ius beneficii spirituale est, vt probat  
text. in ca. dilecto, & ibi notant omnes docto-  
res, de præbend. quem text. ad hoc exclamat  
Abb. in d. cap. maioribus & Cardinalis in cle-  
ment. si iusta. in secunda questione. & ibi mo-  
derni

cerni de præbendis, maximè Imola in prima, & secunda colum. & idem Cardinalis in consilio 131. incipien. sanctissimus. ad finem, & spiritualia in layco non cadunt, vt probatur in capitu. si quis deinceps decimasexta quaestione septima. & in capitu. Messana. de electio. & in cap. sacrosancta. eodem ritu, & in capit. causam quæ. de præscript. & in §. primo. & in §. sacrum. institutu. & inutilibus stipulationibus, & hinc est, quòd laycus non potest habere decimas & oblationes, cum sint iuris spiritualis, & ideo laycis, quia incapaces sunt, concedi non possunt, vt probatur in cap. quamuis. & ibi nota. Abba. in secundo not. de decimis, vbi dicit, quòd ex illo textu inferitur, Episcopum non posse concedere Domino domus, vbi est pictura alicuius sancti, vt de illis oblationibus dispenseret ad libitum.

72 Imò ¶ quòd fortius est, laycus etiam si sit in ætate, in qua posset esse clericus, non potest ad beneficium ecclesiasticu à patrono ipsius præsentari, si actu non est clericus, quamuis postea incontinenti fiat clericus. Pro quo facit, quòd inquit Innocen. Abb. & Doctores per illum text. in capitulo secundo. de institutu. nempe laycum non posse creari Canonicum, & postea recipere primam tonsuram, quia cum crearetur, debet esse talis, vt seruire possit ecclesiæ per ecclesiasticos ordines, & sic ordinandus est antequam creetur canonicus, & in specie ita tenet Cæsar Lambertinus in tracta. de iure patronat. vlt. parte, secundi libri quæst. septima articulo tertio. & articulo septimo. & ita tenendum, quamuis glo. finalis in capi. secundo, de institutio. contrarium teneat, & videndus est idem Lambert. in articulo vigesimo nono. d. 7. quaestione. vbi agit de illa quaestio. Vtrum ætate idoneus ad sacerdotium, sed non ad illud ordinatus, præsentari possit ad capellam sacerdotalem ex institutione fundatoris, quam late tractat & disputat.

73 Inferitur præterea ex prædictis, quòd ¶ cum mulier sit in capax ordinis ecclesiastici, vt dixi in tract. de clericis & eorum exempt. in prima parte in capit. 8. numero 6. similiter erit incapax ad beneficium ecclesiasticum obtinendum. & hæc est catholica sententia contra hæresim Quintilianorum & Pepsianorum, qui mulieribus sacerdotium committebant, vt inquit Diuus Augustinus in libro de hæresibus, in capitu. 27. Vnde piè credendum est, fabulã apertam esse historiam illam Ioannis Angli scemina; quam aliqui ex historicis fabulis Pontificatum Romanum gessisse dicunt. & doleo plurimùm id leuiter à plebe rudi creditum fuisse, quòd quidem non est sentiendum de Christi sponsa, in qua nulla vnquam ruga, nulla macula fuit.

De Hermafroditò autem dicendũ est, quòd ¶ is potest obtinere beneficium, qui initiari potest ordinibus, quis autem possit ordinibus initiari, declarari in dicto tract. de cle. & eorum exempt. in 1. par. in c. 8. nu. 7.

75 Prædictis addendum est, quòd ¶ quamuis inter scribentes sit controuersum, vtrum prima tonsura sit ordo, & ordinis appellatione comprehendatur, vt patet ex his, quæ adduxi in tractatu de clerici. & eorum exempt. in ca. 2. in prima parte, numero secundo. Hoc tamen certum est, quòd clericus primæ tonsuræ potest ecclesiasticum beneficium obtinere, vt inquit Abb. in cap. cum contingat. de ætate & qualitate, colum. secunda. versicu. qui de presbytero, & idem Abba. in capit. super inordinata. de præben. & ibi Ioan. de Imo. Cardinalis & alij scribentes de præbendis, & in specie ita tenet Cæsar Lambert. in tracta. de iure patronatus in prima parte, secundi libri, in quest. 7. in articulo secundo. & est ratio, quia clericus primæ tonsuræ gaudet priuilegijs, quibus alij clerici gaudent, vt dixi in dicto tracta. de clerici. & eorum exempt. in secunda parte, in ampliacione secunda.

76 Et ¶ quia clericus coniugatus vt laycus reputatur in omnibus præterquam in priuilegio canonis si quis suadente. decimasextima quaestione quarta. & in priuilegio fori ecclesiastici in criminalibus, vt clarè probatur in capitu. vltimo, de clericis coniugatis, libro sexto, in finalibus verbis ibi. In cæteris autem, vel nisi (vt præmittitur) tonsuram & vestes deferant clericales, etiam in præmissis eos gaudere nolumus priuilegio clericali, & ibi notant glo. Dominic. & alij scriben. & Benedic. Capra in tractatu regularum & fallentiarum, in regu. 97. numero vigesimo tertio. cum sequen. Hinc est, quòd huiusmodi clericus coniugatus non potest habere dignitatem, officium, vel personatum, aut ecclesiam curatam, vt probatur in capitu. sanè. & ibi notant scribentes, de clericis coniugatis, imò nec beneficium simplex habere potest, vt resoluit multa adducens Benedic. Capra in dicta regula 97. numero trigesimo tertio. cum sequen. quòd fallit primò quando talis clericus coniugatus obtinet dignitatem, officium, personatum seu beneficium curatum, aut simplex ex dispensatione Apostolica, vt inquit Ioann. Andre. in capitu. Ioannes. de clericis coniugatis, & Florian. ibidem tenet, & Benedic. Capra, vbi supra numero me. trigesimo quarto. vbi dicit, hanc esse communem sententiam. Secundo fallit, quando beneficium simplex concederetur pauperi clerico coniugato, non in titulum, sed in stipendium, tunc enim ex misericordia poterit beneficium præfatum absque aliqua dispensatione,

tione, dummodo hoc propter vtilitatem ecclesiæ, propter seruitia, quæ ecclesiæ facit concedatur, & ita procedit, quòd habetur trigimasexta distinctio. in capitu. si qui. & duo decima, quaestione prima. in capitu. quia tua. & facit, quòd notatur in capitulo cum M. de constitutu. & in capitu. clericus. de vita & honestate clericorum, & ita resoluit Benedic. Capra vbi supra numero 35. cum sequen. vbi dicit, hanc esse communem sententiam.

77 Tertio ¶ fallit in eo clerico coniugato, qui ex dispensatione episcopi obtinet simplex beneficium, tunc enim potest licitè obtinere. Nam Episcopus cum ipso circa simplex beneficium obtinendum dispensare potest, vt voluit Abbas antiquus in dicto capitu. Ioannes. de cleric. coniugat. argumento text. in capitu. si qui verò, vigesimasexta distinctio. & in ca. quia tua, duodecima quaestione prima. ita tenuerunt Goffredus & Philip. in cap. cum de corem. de cleric. coniugat. & Speculator in titu. de bigamis, in §. nunc dici potest, in versu. vigesimo quinto. & Hostien. in cap. sanè. in primo, & in secundo. & in capitu. diuersis. eodem ritu, de clericis coniugat. & Anto. de Butrio in dicto capitu. diuersis. & in d. capitu. Ioannes. vbi etiam tenuit Petr. de Perusio. Tandem hæc est communis opinio antiquorum, vt inquit Benedic. Capra vbi supra numero quadragesimo primo. quòd tamen sublimant prædicti doctores, vt non procedat, si ex huiusmodi dispensatione scandalum immineret, tunc enim Episcopus dispensare non possit per iura, quæ adducit glo. in capitu. primo, de cleric. coniugat.

Contrariam tamen sententiam, imò quòd Episcopus non possit dispensare cum clerico coniugato ad obtinendum simplex beneficium, tenet Ioann. de Imo. & Egidius de Bellamerra, Florianus & Panormitanus, quos refert & sequitur Benedic. Capra vbi supra numero 43. Vbi dicit, quòd hæc est magis communis opinio modernorum, & hanc sententiam sequitur Ioann. de Selua in tracta. de beneficio, in prima parte. quaestione septima. numero decimo septimo. & decimo octauo. pro qua sententia facit primò text. in dicto capitu. diuersis. de clericis coniugatis. Secundo facit, quia (vt supra dictum est) clericus coniugatus præterquam in duobus censetur laycus, & laycus non est capax beneficij etiam ex dispensatione Episcopi, prout habetur in cap. causam. de præscript. per scribentes ibidem. Tertio facit: quia, quòd laycus habeat ecclesiasticum beneficium, est contra ius commune, vt probatur ex supra adductis, contra quòd ius Episcopus dispensare nõ potest, nisi expressè permittatur à iure dispensatio, sed solus Papa,

prout notant scribentes in capitu. dilectus. de temporibus ordinationum, & in capitu. at si cleric. de iudicijs, & in capitu. secundo. de maioritate, & obedientia, in clementina ne Romani. de elect. & sic apertè videtur, quòd Episcopus dispensare non possit cum prædicto clerico coniugato ad simplex beneficium obtinendum. Quarto facit pro hac sententia, quia tales clerici coniugati altari ministrare prohibentur, vt probatur in capitu. multi. decimasexta quaestione secunda. propter quòd ministerium datur beneficium etiam simplex, vt probatur in capitu. proposuit. de filijs presbyterorum. Præterea pro hac sententia facit, quia dispensationis rei exorbitantis nõ est facienda extensio, etiam ex maioritate rationis, prout notatur in dicto capitu. at si clerici. & in regu. quæ à iure. de regu. iur. libro sexto. Neque obstant iura pro contraria parte adducta, ad quæ respondetur dupliciter, primo modo colloquantur, quando layci tenebant præfata beneficia in stipendium. Secundo modo respondetur, quòd ibi fuerunt tolerati clerici coniugati ex mandato Papæ, & mediante eius dispensatione. Vel aliter & tertio responderi potest, quòd ille text. habet locum respectu clericorum Græcorum, non autem Latinorum, nam Græci ex dispensatione Apostolica nõ seruant votum continentia. capitu. cum olim. de cleric. coniugat. vbi probatur, quòd clerici & beneficiati possunt esse coniugati, & sic non videtur ibi esse aliqua differentia inter coniugatos, & non coniugatos. In hac tamen diuersitate scribentium Benedic. Capra vbi supra numero 48. & 49. assignat concordiam, nempe quòd prima opinio antiquorum procedat in clerico coniugato cum vnica & virgine incedente in habitu & tonsura. secunda, autem opinio procedit, quando alterum ex prædictis deficit. Hæc tamen concordia sustineri non potest: quia quando loquimur de clerico coniugato, intelligimus de eo, qui cum vnica & virgine coniugatus est, & vestes & tonsuram clericalem defert, aliàs deficiente aliquo ex prædictis, talis clericus coniugatus non gaudet aliquo priuilegio clericorum, & clarissimè probatur: in dicto capitulo vnico. de cleric. coniug. lib. sexto. Ideo secunda opinio magis communis, quia melioribus nititur fundamentis, tenenda est.

78 Octaua ¶ incompatibilitatis species inducitur ratione criminis, quia is, cui beneficium ecclesiasticum conferri debet bonis moribus præditus esse debet & non criminofus, vt clarè probatur in cap. graue nimis. de præbendis, vbi notant scribentes omnes, & idem probat text. in capitu. cum in cunctis. in principio. de electio. qui dicitur in hac materia magistralis, &

Et tenent scribentes maxime Felyn. in capitu. querela. de iureiurando, & idem Felyn. & ibi Philipp. Deci. in capitu. secundo. de rescriptis, & Abb. & alij scribentes in capitu. si celebret. de clerico excommunicato ministrante, & Rocchus Curt. in suo tracta. de iure patronatus, in verbo honorificum, in quarta quaestione principali, columna tertia. in versicu. quis autem dicatur indignus. vbi dicit, illum dicimus indignum, vel non idoneum, ita vt non presentari, nec institui debeat, & ad beneficiu ecclesiasticum promoueri, in quo non concurrunt ea, de quibus fit mentio in dicto capitu. cum in cunctis. de electio. quem tex. dicit esse magistrum in materia. Vnde ad illum, & ad ibi notata per scribentes me remitto.

79 Sed inter scribentes controuertitur, quae crimina faciunt quem inhabilem ad beneficium obtinendum. Breuiter assignanda est haec regula, quod omnia illa delicta, quae inducunt irregularitatem, degradationem, depositionem, priuationem beneficiorum, excommunicationem, suspensionem, vel interdictum latae sententiae, vel illa crimina, quae inducunt infamiam iuris vel facti impediunt, quem ad beneficium promoueri, quam regulam assignat Caesar Lambertinus in tracta. iuris patronatus, in prima parte, secundi libri quaestione nona. articulo vigesimo tertio. & videndus est idem Caesar Lambertin. per omnes articulos dictae nonae quaestio. vbi optime discurret per omnia crimina de irregularibus degradandis, & deponendis. Et est ratio, quia non possunt se immiscere diuinis, & amittunt beneficia, quae propter officium dantur, vt inquit idem Caesar Lambert. in dicta quaestione nona, in articulo quarto, & quinto. De illis autem, qui sunt priuandi beneficijs, est ratio, quam ponit Abbas. in capitu. super eo. de elec. colum. secunda. vbi inquit, quod facilius prohibetur quis a beneficio acquirendo, quam priuatur acquisito per regulam illam iuris, quae habet, facilius abdicari a nobis ius querendum, quam quaesitum, & adducit etiam illud dictum vulgare, quod turpius eijcitur, quam non admittitur hospes. Vnde cum veniret priuandus beneficium quis, multo magis prohibetur, ne beneficium adipiscatur, vt notat Abb. idem & Caesar Lambert. in dicta quaestione nona, articulo decimo sexto. & ex istis etiam sequitur ratio alterius dicti. Infames ideo non esse promouendos, quia indigni sunt beneficijs habitis. Vnde multo magis beneficijs acquirendis, vt inquit Lambert. in dicta quaestione nona, articulo decimo quinto. Ratio autem, cur excommunicati, suspensi, vel interdicti promoueri non possunt ad beneficia, est illa, quia non debent admitti ad beneficia ecclesiastica, qui sunt

extra ecclesiam, vt late inquit idem Caesar Lambertinus in dicta quaestione nona, articulo 2. & 3. cum sequen.

80 Ex quo deducitur, quod si aliquis commisit aliquod crimen, per quod non efficitur irregularis, non venit degradandus, seu deponendus, vel priuandus beneficijs, neque est ipso iure infamis, excommunicatus, suspensus, vel interdictus, sed venit forsan excommunicandus, suspendendus, vel interdicendus, poterit bene ad beneficium ecclesiasticum promoueri, quia adhuc est habilis, neque in eo militat ea, quae in excommunicato, vt resoluit Caesar Lambertinus in tractatu de iure patronatus, in prima parte secundi libri, quaestione nona in articulo. vigesimo tertio. sed contra hoc magnum dubium facit, quia beneficiandus debet esse clericus, vt dictum fuit in praecedenti incompatibilitatis specie. At verò ille, qui appetit ad ordines promoueri, vel ascendere, debet esse sine crimine, vt probat tex. in c. vnum horarium. in §. nunc autem. 2. §. dist. vbi ad hoc allegatur dictum Apostoli, & beati Hieronimi, & sic cum nemo possit esse clericus quocumque crimine irretitus, ita videtur dicendum, quod non possit esse beneficiarius. Ad illum textum, multipliciter responderetur, quod ibi appellatione criminis non comprehenditur omne peccatum, sed illud tantum, quod est indispensabile. Secundo responderetur, quod intelligitur de crimine, in quo quis perseverat. Vel tertio & melius responderetur, quod ille text. intelligitur non de quocumque crimine sed de crimine enormi, sunt enim quaedam crimina, quae appellantur enormia, quia ad normam poenitentiae ex vi ipsorum induci non possunt, cum semper aliquid de poena remaneat, etiam post ipsam poenitentiam, vt inquit Albertus Trotius in tractatu de uero, & perfecto clerico, in secundo libro, in requisito vigesimo quinto. ubi enumerat omnia crimina, quae post peractam poenitentiam impediunt executionem ordinis, quae autem crimina dicantur enormia, mediocria & leuia ponit Abb. Barbatia, & scriben. in capitu. at si clerici. in principio, & in §. de adulterijs. de iudicijs, & Archiepif. Florentinus in tractatu de censuris, in titulo seu rubrica de irregularitatibus, seu enormibus, & mediocribus criminibus contractis, & Albertus Trotius in tracta. de uero & perfecto clerico, in d. 2. libro, in 2. §. requisito.

81 Tandem per praedictis multa inferri possunt, quae integrum implerent librum circa crimina, quae impediunt, quem ad beneficia promoueri, & qui multa in proposito videre voluerit, legat Caesarem Lambertinum in dicto

dicto tractatu de iure patrona. in prima parte, secundi libri, in quaestione nona, per omnes articulos illius quaestio. vbi curiosè de multis criminibus agit, quae impediunt promotionem ad beneficia. Denique videndus est Petr. Rebuff. in praedicta benefic. in tertia parte, in principio. vbi agit de multis modis amittendi beneficia, & quando propter delictum amittitur quis beneficium ipso iure, & quando id amittit mediante sententia.

82 Et quia dubitari etiam solet, vtrum collatio beneficii facta criminoso sit nulla ipso iure. Rocchus Curtius in dicto tracta. de iure patrona. in verb. honorificum, quarta quaest. principali inquit, allegando Compofellatum, se non inuenisse electionem, vel collationem factam constituto in crimine non inducente irregularitatem, esse nullam, cuius doctrina secundum ius sustineri non potest. Nam videmus, electionem de excommunicato & de alijs criminibus nullam esse. Ideo constituta est haec regula, quod collatio beneficii facta criminoso tunc demum ipso iure nulla est, quando hoc à iure est expressum, prout dicunt scribentes maxime Fely. in capitu. secundo. de rescript. & scriben. in capitu. querela. de iureiurando, & ibi etiam Eelyn. quam regulam ponit etiam in specie Caesar Lambert. in dicta quaestione nona, in articulo vigesimo tertio. & facit gloss. in capitu. fina. de iure patrona. vbi inquit, quod poena priuationis ipso iure non incurritur, nisi exprimat a iure, similis gloss. in capitu. cum vos. in glos. secunda. in fine. de officio ordinarij, & alia gloss. in clementi. secunda. in fine. de officio ordinarij, & alia gloss. in clement. secunda. in verbo suspensus, de vita & honestate clericorum, & tenet lafon in l. prima. colum. fina. ad fin. C. de transactio. & Fely. in capitu. at si clerici. in principio. columna secunda. de iudic. & idem Felyn. in dicto capitu. secundo. in columna secunda. de rescript. & ibi Deci. in columna secunda. idemque Deci. in rubrica de iudicijs, colum. prima, in prima lectura, & videndus est Andreas Tiraquel. in l. si vnquam. in verbo reuertatur. numc. 246. cum multis sequen. vbi pro hac sententia multa more solito adducit. C. de reuoc. donat.

83 Nona incompatibilitatis species est ratione irregularitatis, qua quis innodatus extitit, nam irregularis non potest eligi ad beneficium ecclesiasticum, nec in eo institui, vt probat tex. in capitu. is qui. in §. is verò. de sententia excommunicationis, lib. sexto. cuius verba sunt. Is verò, qui scienter in loco celebrat supposito interdicto, nisi super hoc priuilegiatus existat, aut à iure sit concessum eidem, irregularitatem incurrit, à qua nequit per alium, quam

per Romanum Pontificem liberari, & adeo efficitur ineligibilis, quod neque ad eligendum cum alijs debet admitti, & ita tenent ibidem gloss. Dominicus & Francus & alij scribentes communiter, & idem tenent ijdem scribentes in capitulo pro defectu. de electio. & ita tenet Caesar Lambertin. in tractatu de iure patronatus, in prima parte, secundi libri in quaestione nona, in articulo quarto. dicens hanc esse communem sententiam. Et quamuis ille text. loquatur in electione, idem est etiam in aliqua prouisione quacumque canonica, quia est eadem ratio. Et facit vterius, quia excommunicatus, suspensus, vel interdictus promoueri non potest ad beneficium ecclesiasticum, vt resoluit Caesar Lambertin. in d. quest. 9. in art. 2. & 3. ergo multo magis irregularis non potest promoueri ad ecclesiasticum beneficium. Facit & secundo, quia irregularis priuandus est beneficijs per eum habitis ante irregularitatem, vt probatur in cap. clericus. de clerico excommunicato vel deposito, si irregularitas prouenit ex culpa propria, vt declarat Symon Maiolus in tracta. de irregularitatibus, lib. 4. in c. 1. ergo à fortiori non poterit promoueri ad beneficiu, postquam iam est irregularis, nam non tanta ratio habetur iuris quaerendi, quam quaesiti, vt inquit Barbatia in consil. 41. col. 1. 6. versic. item est ponderandum, quod iste lib. 1. vbi multa collegit, & Felyn. in cap. quae in ecclesiarum. col. 1. 9. versic. & ista ratio, de constit. & lafon in consil. 2. §. 6. An Rex Romanorum, colum. 4. lib. 2. & Philipp. Deci. in l. seruus. C. de pact. & in consil. 269. incip. consultus, col. 4. versic. & hoc est praesertim, & Andr. Tiraq. in d. l. si vnquam. in versic. donatione largitus, nu. 181.

84 Adeo verum est hoc, quod si ex iurisconsultorum legibus non dicitur pati damnum, qui perdit spem lucri futuri, vt probat tex. in l. Proculus ff. de dam. infect. per quem ita dicit Alex. in l. 2. §. in fideiussores, & in l. seq. ff. qui fuit d. cogan. post Bal. in consil. 182. incip. locata fuit quaedam possessio. col. 2. libro 1. vbi inquit, quod qui perdit lucrum nondum factum, sed quod est tantum in fieri, vt ipse loquitur, non dicitur pati damnum, de quo dicit esse text. expressum & notabilem in l. si pecuniam. in princ. ff. de condi. ob. cau. & in l. si stulas. in §. frumentum. ff. de contrahen. empt. & in l. si ea lege. C. de vsuris. & facit tex. in l. si factum. ff. de contrahen. empt. & videndus est in legibus conubialibus in gl. 2. nu. 35. cum multis seq. & preced. Andr. Tiraq.

85 Tertio pro praedicta opinione facit, quia irregularitas nihil aliud est, quam canonicum impedimentum ex facto, seu defectu proueniens, quo quis prohibetur ad ecclesiasticos ordi-



ordines promoueri, & in eisdem ministrare, vt inquit Specul. in tit. de legato, in §. iusta. & Archi. Io. And. & doctor. in c. 1. de re iudi. lib. 6. Hostien. in c. 2. de clerico excommunicato, & Gonfal. à Villadiego in tractatu de irregularitate, in princ. & Syluester in summa in verbo irregularitas. & Nicolaus Plot. in tract. de irregularit. in princ. & Albertus Trotius de verò & perfecto clerico, lib. 2. in §. 2. Ergo clarè sequitur, quòd irregularis non potest ad ecclesiasticum beneficium promoueri, quòd quidem propter officium & ministeriū concedi debet.

Quibus autem modis irregularitas contrahatur, declarat Didac. de Couar. post alios antiquos in repe. clqn. si furiosus. de homicidio, & Paulus Borgasius in suo tract. de irregularitatibus, & Symon Maiolus in suo tract. de irregularitatibus, & alijs canonicis impedimētis.

86 Decima ¶ incompatibilitatis. species cōsideratur in beneficijs & patrimonialibus. Nam ij, qui non sunt de ciuitate, oppido, seu villa, vbi sunt prædicta beneficia sita, non possunt ea obtinere. Et vt clarius intelligatur hæc, præsupponimus, quòd beneficia patrimonialia sunt, q̄ ex Apostolica cōcessione vel statuti seu synodali constitutionibus Apostolica auctoritate confirmatis, vel ex immemorabili consuetudine natis seu degentibus in tali patria secundum diuersitatem statutorū, seu constitutionum conferri necessariò debeant, & sic illa erunt beneficia patrimonialia, quæ talibus filijs patrimonialibus assignari debent, & non alijs personis. deriuando hoc nomen patrimonialia à patria, vbi sunt prædicta beneficia.

Nam ab etymologia licitū est arguere, vt probatur in l. 2. in §. appellata. ff. si cert. pet. & in l. iugurium. ff. de verb. signifi. & in l. facta. §. si videnda. ff. ad Treb. & in c. clericos. 2. r. distinc. & in c. si cupis. 27. quæst. 1. & in c. clericus. 12. quæst. 1. & in c. puberes, de desponsatione impuberum, de quibus patrimonialibus beneficijs mentionem facit Caslad. in decis. 18. in titu. de præben. & loquitur etiam Gomez. in regu. Cancellarij de non tollen. iure quæsto, in 1. quæst. nu. 10. vers. & quòd dictum est, quæ quidem patrimonialia beneficia multa sunt in Hispania, maximè in Burgen. Archiepiscopatu, & in Episcopatibus Palentino, Callaguritano & Gennensi, tex. tamen de iure communi non reperitur, qui de istis patrimonialibus beneficijs loquatur, & si quis est, ego non vidi.

87 Et ¶ vsus communis in Hispania circa prædictorum patrimonialium beneficiorum provisionem talis est, quòd vacante beneficio patrimoniali, pluribus concurrentibus ad illud sese inuicem opponūt, & oppositio talis habetur loco acceptationis, & ordinarius causa cognita ac negotio discusso mediante examina-

tione quis ex oppositorib. sit habilior, & idoneior, declarat, & tali magis habili, & idoneiori beneficium confert, mandataque illum in possessionem immittit.

88 Et ¶ quantum ad prædicta beneficia patrimonialia attinet, naturales seu oriundi illi dicuntur, qui in tali loco nati sunt, vt inquit Caslad. in d. decit. 1. 8. de præben. & tenet Quint. Mandosius in reg. 19. Cancellarij de infirmis resignantibus in q. 1. 5. nu. 18. neque expositio ista, & deriuatio discrepat à iure cōmuni. Natiuitas enim propria, siue paterna facit aliquem siue municipem, & plura cōmoda tribuit, vt in l. scripti. §. filius. ff. ad municipalē, & in l. filius. C. de municipibus & originarijs libro 10. & in l. ciuem, & vtrouique. C. de incolis, eodem libro, & latè Iaf. post Pau. de Castr. & alios scribentes in l. huiusmodi. in §. legatū. in 4. notab. ff. de legat. 1. Et quoad prædicta patrimonialia beneficia obtinenda sufficit, quòd quis descendat ex patre vel matre, auo vel auia alicuius parrochijæ ex prædictis Episcopatibus, licet ipse natus fuerit in alia parrochia, vel diocesi, vt resoluit Quintil. Mandosius vbi supra num. 2. r. dicens quòd ita obseruari audiuit in prædictis Episcopatibus, quòd regulariter verum est, nisi aliter sit statutum & dispositum de iure particulari prædictorum statutorum.

89 Et ¶ secundum cōsuetudines prædictorum episcopatum, vbi sunt patrimonialia beneficia quatuor requiruntur copulatiuè ad hoc, vt quis possit obtinere prædicta beneficia patrimonialia. Primum est, quòd sit naturalis, seu oriundus ex dicto loco. Secundum est, quòd se opponat infra tempus statutum. Tertium est, quòd subiiciat se examini. Quartum est, quòd sit alijs filijs patrimonialibus habilior. Vnde cum plura ad actus perfectionem requirantur, omnia interuenire debent copulatiuè, vt probatur in l. si heredi plures. ff. de condi. in deb.

90 Ex quibus clarè inferitur, quòd ¶ si quis impetrauerit à Romano Pōtifice aliquod ex prædictis beneficijs patrimonialibus, non facta mentione, quòd beneficium sit patrimoniale, gratia cōferitur subreptitia, ex eo quòd necessariò in rescripto narranda sunt ea, quæ si expressa fuissent, Princeps vel non concessisset, vel difficilius saltem concessisset, vt probatur in c. dudum. de elect. & in c. super literis. & in cap. postulasti. de rescri. & latè tradit Iaf. in l. 1. r. nu. 2. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. & Philip. Deci. in consi. 541. num. 20. & Gozad. consi. 6. nu. 6. Curt. Iunior consi. 27. in fi. & in consi. 27. in fi. & in consi. 32. in fi. & Crauet. in consi. 296. col. 4. in fi. & Card. in consi. 96. ad fi. & clarius Craue. in responso Republice Sauiiani nu. 124. & sine dubio arbitrio iudicis, vel iuri boni considerandum est, quòd si

Papa

Papa sciret beneficium esse patrimoniale, ue-

rissimiliter id non concessisset impetranti.

91 Et iudicis arbitrio relinquitur, quæ qualitas sit exprimens in rescripto necessariò, ita dixit Abb. in c. ex conquestione. nu. 4. de restit. spol. & Fely. in c. ceterum. de rescri. nu. 4. & Deci. in c. super literis. de rescri. nu. 9. & Soci. iun. in consi. 95. nu. 71. lib. 3. & Tiraquel. in tract. quòd cessante causa, in limit. prima, nu. 15. & Didac. de Couar. lib. 1. variarum resolutionum, ca. vlti. nu. 5. vers. falsitas, & videndus est Jacob. Menoch. in tracta. de arbit. iudic. q. in lib. 2. in centuria. 3. in casu 201. nu. 25. cum multis sequen. vbi de hoc eleganter agit. Facit etiam, quòd cum prædicta beneficia sint electiua, id est mediante electione digniorum concedenda, hæc qualitas necessariò exprimens est in gratia, & tenet gl. in c. cum in illis. de præb. libro 6. & clarè decidit Rota in decis. 41. inci. nota quòd vbi Papa. de rescri. in antiq. quam sequuti sunt Fely. in c. in nostra. nu. 25. vers. 31. corollarium. de rescrip. & Io. de Selua in tract. de beneficio, in 3. par. q. 1. nu. 39. qui quidem Cardinalem & alios doctores in fauorem huius sententiæ recenset. Rota in decis. 13. nu. 5. de præb. in antiquioribus. Ratio est, quoniam non est intentionis Pontificis suis literis perimere electorum iura, & probatur in c. cum in illis. de elect. libro 6. Vterius pro hac sententia facit, quia si beneficium est iuris patronatus, gratia eius obtinens necessariò exprimere debet, beneficium esse iuris patronatus, vel voluit gl. in clement. 2. de præben. & dignitatibus, & Gemin. & ceteri scribentes in c. 2. de præb. lib. 6. & Fely. in c. in nostra. nu. 39. de rescri. & plenissimè idem Fely. in trac. quando literæ Apostolicae noceant patronis, & Io. de Selua in tracta. de benef. in 3. par. in q. 11. nu. 29. Qui quidem amplissimè multis relatis declarationibus hoc explicat, & Pet. Rebuff. in praxi benef. in 3. par. signaturæ, nu. 6. & latè Crauet. in consi. 68. vbi recenset, quæ qualitates ipsius iuris patronatus exprimendæ sint. Vnde idem etiam videtur dicendum in eo, qui impetrat beneficium prædictum patrimoniale. Nam magna est similitudo inter beneficia iuris patronatus, & beneficia patrimonialia, & de similibus ad similia est validum argumentum, vt resoluit Enerar. in locis legalibus, in loco 13. à simili.

92 Vnde decima ¶ incompatibilitatis species est respectu qualitatis beneficiorum, nam beneficia regularia regularibus conferenda sunt, & secularia secularibus. Et beneficium regulare dicitur incompatibile in clerico seculari. Et econuerso, seculare beneficium in regulari dicitur incompatibile, vt probat tex. in c. cum de beneficio. de præben. lib. 6. & probat tex. in cap. nullus. de elect. lib. 6. & in cap. cum singula. de

præb. lib. 6. & probatur in Concil. Trident. in sess. 14. in c. 10. de refor. cuius verba sunt. Regularia beneficia in titulum regularibus professis prouideri consueua: Cum per obitum, aut resignationem, vel aliàs illa in titulum obtinent. vacare cōtigerit, religiosi tantum illius ordinis, vel ijs, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, conferantur, & Staphil. de literis gratiæ & iustitiæ, in titu. de qual. & statu beneficiorum, quem refert & sequitur Pet. Rebuff. in praxi benefic. de dispensat. ratione ætatis in verb. incompatibilia, nu. 7. & ita voluerunt Mili. in reperiitorio in verbo beneficia consueua dari clericis, & Philip. Deci. in consi. 169. incip. & diligenter. ad fin. Et regularia beneficia illa dicuntur, de quibus in fundatione dictum extitit, quòd per religiosos regerentur, vel quæ confueuerunt regi per regulares, mediante spatio quadraginta annorum, vt probatur in dicto capit. cum de beneficio. de præb. libro 6. de quibus latè agit Pet. Rebuff. in praxi benef. in titu. regularia beneficia multiplicia, & idem dicendum est de beneficio seculari (quòd dixerim) quia qualitas beneficij mutari solet, & regulare solet fieri secularare, & econtra, vt probatur in d. c. cum de beneficio. Multa tamen requiruntur ad hoc vt prædicta qualitas mutari possit. Primum est, quòd is, qui possedit beneficium, fuerit ibi institutus, vt probatur ex d. c. cum de beneficio. ibi, institutus, & accipitur largè institutio pro collatione, vel alia prouisione, vt inquit Dyn. in regu. 1. de regu. iur. lib. 6. per illum text. & in c. post electionem. iuncta glo. de concess. præben. & sic quando de facto tenetur beneficium, non haberet locum ille text. vt inquit gl. quam sequuntur doct. ibidem, in d. c. cum de beneficio, quia nõ esset institutus, vt requiritur ibi tex. Secundum, quòd requiritur, est bona fides. Nam si clerici seculares contra Papæ præceptum, vel prohibitionem beneficium possederint regulare, non præscribunt, vt inquit Fely. in c. in nostra. col. pen. de rescri. & Io. de Selua in trac. de benef. in 3. par. quæst. 12. nu. 49. & per Rebuff. in concordat. in titu. de firma & irreuocabili concordatorum stabilitate. in §. 1. quia malefidei possessor nullo tempore præscribit, vt probatur in ca. vigilanti. de præscrip. Tertium requiritur est, quòd confertus eo animo & intentione cōferat, videlicet vt imprimat alium statū in beneficio. Et idem in collatione debet collator dicere regulari confero beneficium seculare, & seculari debet dicere, confero seculare, licet non sit illius qualitatis. Alioquin si daretur in commendam, vel ex dispensatione possideretur, vel diceretur dependere à monasterio, aut diceretur officium regulare, & econtra, tunc temporis qualitas



litas contraria non prescriberetur, vt declarat Dominic. & Perusim. in d. c. cum de beneficio, & viden. est Egidius de Bellamer. in consil. 4. 1. incip. supposito, nisi beneficium commendaretur aliud iam habenti, quia hæc commendanda fieri censetur ratione alterius beneficii non ratione qualitatis beneficii, & ideo si seculari habenti beneficium in titulo commendetur regulare, non expressa tamen ea qualitate, sed simpliciter Papa dixerit, parrochiale ecclesiam tibi commedamus. Tunc in illa commenda qualitas non prescribitur, vt dicunt doctor. in d. c. cum de beneficio Quartum requisitum est possessio quadraginta annorum, quando probatur beneficium esse regulare, vel e contrario, vel vera qualitas, vt probatur in d. c. cum de beneficio. Secus autem si contraria qualitas non probaretur, quia tunc sufficit, quod fuerit beneficium vltimo loco possessum per secularem, licet non interuenit prescriptio ad hoc vt seculari debeat, quia attenditur vltimus status beneficii, vt voluit Rota in decis. 482. incip. nota quod impetranti. in antiq. & decis. 32. in nouel. & Nicol. Mil. in repertorio in verbo beneficium. §. 34. & Federic. de Sen. in consil. 240. incip. salua. & Anch. in consil. 162. inci. in quest. & Gomef. in tract. gratiarum expectatiuarum, in decima forma, & ita resoluit Pet. Rebuff. in concordat. in tit. de colla. in §. volumus. in verb. regularia.

93 Et hinc est, quod clericus secularis impetrans beneficium regulare, debet exprimere in impetratione beneficium esse regulare, vt affirmantur Fely. in c. in nostra. nu. 4. 1. de rescri. & Io. de Selua in tract. de benef. in 3. par. in qd. 1. 1. num. 12. auctoritate Bald. in l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de legat. 3. & Cassad. decis. 4. in titu. de preben. vbi optime declarat. Ita similiter e contra cum beneficium sit seculare, & impetratur a clerico regulari exprimens da est illa qualitas beneficii secularis, quod decidit Bellamera in decis. 172. incip. collatio facta canonico, quem sequutus est Fely. in d. c. in nostra. num. 44. imo procedere hoc videtur, etiam si adsit clausula motus proprii, ita censet Bald. & ceteri supra relati. Et ratio preter illam Baldi est, quoniam clausula motus proprii non tollit personam inhabilitatam, vt inquit Deci. in consil. 407. nu. 21. & in consilio 602. nu. 19. & And. Alcia. in consil. 25. nu. 5. vbi dixit, clausulam motus proprii & illi similes non perimere vitium inhabilitatis personam in impetranda matrimonij dispensatione, cum defectus ille naturalis sit. ita in similibus casibus respondit Paris. in consil. 1. nu. 78. lib. 1. & in consil. 74. nu. 37. lib. 4. & Corra. in tract. de sacerdotijs, in par. 4. c. 5. nu. 30.

94 Et facit etiam pro hac sententia quia clau-

sula, motu proprio, non tollit subreptionem in preiudicium tertij, vt inquit Ant. de But. in c. causam. quæ. il secundo, & ibi Abb. col. 2. in 2. q. de testib. & Ant. de But. in c. pervenerabi lem. col. 16. vers. & hoc credo, qui filij sint legiti. & idem Abb. in c. ad aures. nu. 5. de rescri. & in c. 1. col. 8. ver. argumentum optimum. de iudi. Card. in clem. 1. in §. cæterum. in 7. q. de concess. preben. & in consil. 136. col. si. vers. item motus proprius. & Bonifa. in clement. si Romanus. nu. 28. de preben. & Aret. in d. cap. causam. il secundo, col. 2. & ibi Fely. col. 2. de testib. & Philipp. Franc. in c. si pluribus. col. 1. & in c. si tibi absentis. in si. in vers. secundo prædicta procederet. de preben. lib. 6. & Fely. in c. cæterum. col. 6. vers. septima restrictio. de rescriptis. & in c. in nostra. in 5. corollario, vers. & istis adde. de rescriptis, & Barbatia in c. ad aures. nu. 38. de rescrip. & las. in authen. quas actiones. col. 4. C. de sacros. ecc. & in l. si quis quem quæ. ff. si quis cautionibus, & in l. 2. col. 1. C. vt lite pendens. & Philip. Deci. in l. si quis iniquum. nu. 9. ff. quod quisq. iur. & Cassad. in decis. 4. de concess. preben. & Gigas in tract. de pens. quæst. 9. nume. 5. & q. 29. & Gomef. in regu. de impetrandis beneficijs per obitum familiarium Cardinalium, quæst. 1. & in regu. de annali. q. 1. nume. 5. & Franc. de Rip. in responsio. 28. colum. 10. volum. 2. & ita resoluit alia adducens Anton. Gabriel. in lib. communium conclu. 6. in tit. de clausulis, nu. 8.

Et magis in specie facit pro hac sententia 95 quia clausula, motu proprio, non tollit incompatibilitatem beneficiorum, vt inquit gl. finalis in c. fin. de offi. deleg. lib. 6. & ibi Dominic. col. si. & glo. in clem. si Romanus Pontifex. in ver. validam, vbi Bonif. nu. 30. notat, de prebend. & not. in decis. 12. in nou. & in decis. 44. in antiquis, & Card. in consil. 117. col. col. 1. & Franc. de Rip. in c. ad aures. col. 15. de rescri. & Paris. in consil. 74. col. 3. vol. 4. Sed sic est, quod beneficium regulare est incompatibile in seculari, & e converso, vt supradictum est, & in specie ita tenet Petr. Rebuff. in praxi benef. in titu. de dispensatione ætatis. in ver. incompatibilia, nu. 7. ergo prædicta incompatibilitas non tollitur per clausulam motus proprii, nisi fiat expressa mentio.

96 Et hinc est, quod monachus solet impetrare gratiam à Romano Pontifice, si vult obtinere beneficium seculare, & e converso, clericus quando vult obtinere beneficium regulare, si ipse sit secularis, solet impetrare gratiam à Romano Pontifice, ut dicit Quintil. Mandosi. in practica Signaturæ gratiarum, in titu. dispensatio monachorum pro obtinendis beneficijs, ubi dicit, quod soletur concedi huiusmodi gratiam monacho ad unum beneficium seculare curatum,

tum, & quod in Anglia dispensabatur ad vnum beneficium seculare cum cura, vel sine cura; non tamen ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium. & dicit præterea, quod dispensatio cum monacho ad curatum non se extendit ad beneficium simplex, vt inquit Io. Andr. in c. quæ. à iure. vers. in contrarium adducitur. de reg. iur. lib. 6. & Fely. in ca. postulasti. num. 8. de rescrip. & Barr. Cassan. in consil. 9. incip. pro decis. nu. 61. & fratribus etiam mendicantibus concedi solebat dispensatio ad obtinendum vnum curatum beneficium seculare, non autem ad duo secularia, nec etiam ad pensionem, aut portionem monachalem cum beneficio, iuxta tex. in c. cum singula. de preben. lib. 6. & supradictum est in c. 22. Hodie tamen non solum fratres seu monachi non admittuntur, seu dispensantur ad beneficia secularia, imo obtinentes priuantur, prout in bulla bon. memor. Pauli Quarti, pro qua vltra aliam iura facit tex. in ca. monachi. de statu monac. neque prædicta bulla debet rigorose censeris tanquam noui aliquid afferens. Nam Deuteronomio cap. 2. 2. habetur. Non arabis in bone simul & alio, id est homines diuersæ professionis in vno officio non fociabis, & habetur in c. in noua actione. 16. quæst. 7. & in cap. cum causam. in vers. quamuis autem, & ibi glo. penult. de elect. & diuersitas professionis, & habitus, distensiones, & scandala generare solet, vt probatur in ca. quod Deo. 33. quæst. 5. & in ca. quidam. §. cum autem inaledictus sit homo, qui terram duabus vijs ingreditur, & indui veste non debeat lino, lanaque contexta, de apostatis.

Sed quia Abbatia aliquæ canonicorum regularium, seu aliorum Religiosorum solent concedi à Pontifice Romano aliquando in commendam clericis secularibus, dubitatur. Vtrū 97 huiusmodi Abbas commendatarius habeat vocem actiue in actibus gerendis in suo capitulo, siue actus consistant in electionibus, administratione ve domus, eiusque substantiæ, siue mensæ capitularis, siue competant tantum canonicis vt singulis, siue in vniuersum, quauis distincta sit mensa capitularis à bonis mensæ Abbatis. Quæ quidè quæstio difficilis est, & pro parte negatiua.

Primo facit, nam prædictus Abbas commendatarius non est canonicus regularis professus, ac proinde cum sit diuersæ professionis, non est associandus cum professis in capitulo, ad hoc vt habeat votum & vocem, quemadmodum si esset constitutus in professione regulari, vt probatur in clement. prima. de election. & Feder. in consilio 19. colum. prima. in vers. ex hoc videtur, quod si monachus, vbi in vna ecclesia & congregatione homines disparis professio-

nis sociari minimè debent, & probatur in ca. in noua. 16. q. 7. nam ex dispari obseruantia in eodem loco scandalum generatur, vt probatur in c. Deus, qui. de vita & honest. cleric. nam ex tali societate regularibus occasio præstat solitæ vitæ rigorem relaxandi, quod esse non debet, vt inquit Imo. in d. cle. 1. de elect. nu. 7. & Phil. Deci. in consil. 640. col. fin. nu. 14. & Pet. Abaxio in directorio electionum, in 2. parte c. 7. quæ omnia confirmari possunt ex scriptis à Barbatia in c. tua. nu. 12. de testa. & Rocch. de Curte in repet. c. finalis, in sess. 2. num. 31. de consuetud. & directorio electionum in d. 2. parte in c. 2. & Aymo Crauet. in consil. 96. col. 1. nu. 1. libro 1.

Facit & secundò, quia (vt supradictum est) beneficium regulare obtineri non potest per aliam personam, quam per illam, quæ habitu regularis sit, & non per clericum secularem. Ergo prædictus Abbas commendatarius cum non obtineat Abbatiam prædictam in titulo tanquam verus prælatus, non poterit vocem ac votum præstare.

Tertiò pro hac parte facit, quia omne animal diligit sibi simile, vt probatur ecclesiastici capitulo decimotertio, & hinc est, quod homines diuersæ professionis inter se sunt discordes, in festi & contrarij, vt experientia certo certius docet, ex qua societate scandalum oriri poterit. Ergo quamuis aptus sit, præfata ratione scandali vitandi est dimittendus, ne aliquis cum scandalo fiat, vt probatur in cap. Deo, qui ecclesiam. de vita & honestate clericorum. vbi expressè habemus, quod vbi ex honesta causa conueniunt homines disparis habitus & obseruantia, si scandalum generetur alijs ex diuersitate habitus, omnes possunt conformari in vno habitu honesto & proposito quoad modum viuendi, secundum Panormit. ibidem dicentem, text. illum singularem, & valde notabilem esse, & Petrum Abaxio in directorio electionum in secunda parte cap. 7. numero primo. Vnde idem videtur dicendum in proposita quæstione: Cum Abbas commendatarius non sit religioni astrictus ratione habitus & professionis, sitq; persona distincta, & ideo ratione collegij talis etiam erit iudicandus, ita vt cum canonicis regularibus non possit capitulariter congregari, nec suffragium in electione impendere.

98 Quarto pro hac sententia facit quia canonicus, qui non est saltem in ordine subdiaconatus insignitus, non habet vocem in capitulo, quia à iure quoad hoc cæsetur diuersæ professionis, vt probatur in clem. ut ij, qui. de æta. & quali. & in Conci. Trid. in sess. 22. in c. 2. de rescri. & similiter Abb. et si fuerit professus, non tamen in ordine sacerdotali constitutus, qui requiritur

tur ad Abbatiale dignitatē, vt probatur in c. cū in cunctis. §. inferiora, de elect. & in c. licet canon. eo. ti. li. 6. nō habebit accessum ad capitulares actus exercendo, sed tanquam sede vacante capitulum prouidebit, eliget, & similia, pro ut sui iuris est, faciet & exercebit. Nam iure communi a tonto, solū habentes ius canonice, hoc est, quōd sint illius habitus, & professionis requisitā ad eam habendam, secularis nēpe, vel regularis sunt de capitulo, & probatur in c. si in §. precipimus, de statu monachorum, & Inno. in c. 2. de infitu. & inferiores prelati non debent habere vocem in capitulo, nisi sint tales canonici, vt inquit Dominicus & Imo. in c. si de preben. lib. 6. & probatur in c. dilecti, de maiorit. & obediē.

99 Prædictis tamen non obstantibus contrarium tenendum, imō quōd Abbas commendatarius perpetuus possit omnia illa exercere, quæ possit proprietarius, quo loco est surrogatus ad vitam, & est factus caput capituli, sine quo gesta firmitatem aliquam minimē obtinent, vt probatur in c. cum non liceat, de præscriptionibus.

100 Et facit secundō. Nam t Abbas commendatarius in commenda sibi data à Papa ad vitam habet ius in ea ac titulum, ut probatur in c. dudum. il. secundo, de elect. & glo. in pragmatica sanctione Gallicana in rubri. de pacificis possessoribus, in verbo titulum, & Rebuff. in concordat. in eodem titu. de pacificis possessoribus, ampliat. 5. num. 37. & iterum in praxi beneficiorum, in rubrica de reprobata viuēti impetratione, nu. 46. & ideo commendatarius potest præsentare sicut alius, qui titulum habet, quia fructus recipit, vt inquit Archi. in c. nemo deinceps, de elect. lib. 6. præsentatio autem est in fructu, vt in c. consultationibus, de iure patrona. & glo. in c. cum olim, de maiorit. & obediē. & gl. in c. cum Bertoldus, in verbo quodam iure, de re iudi. & faciunt ea, quæ supra adduxi in c. 14. nu. 6. cum seq. ergo clarē sequitur, quōd Abbas commendatarius debet habere vocem ac votū in capitulo simul cum canonicis regularibus vel alijs religiosi.

101 Tertio pro hac parte facit t quia eligere & cōferre beneficia, sunt fructus beneficij, vt inquit Io. Franciscus Pauinus in trac. de officio, & potestate capituli sede vacante, in tertia parte 2. partis. col. 4. & gl. in d. c. cum olim, de maiorit. & obediē. locare etiā potest fructus & possessiones sicut habere titulum, & probatur in c. vestra, de locato, & in c. si ne prelati vices suas, quia liberam administrationem habet, vt in cap. relatio. & in cap. qui plures. 2. q. 1. & in cap. cum nobis olim, de elect. & Calder. in consi. 3. & 8. sub titu. de locato, & Oldrad. in consi. 130. & Ludouicus Roma. in cōsi. 359.

Sed sic est, quōd ad Abbatem cōmendatarius pertinent fructus omnes Abbatie, vt dictum fuit supra in c. 14. nu. 8. ergo Abbas commendatarius debet habere vocem ac votū in capitulo.

102 Quarto facit, t quia certum, est, quōd nullum negotium monaci seu canonici regulares possunt facere sine consensu Prælati, vt inquit gl. in c. edoceri, de rescriptis, & in cap. causam quæ, de iudic. & in prorsus distincta non possunt conueniri, seu conuenire saltē in arduis, vt inquit Panor. in c. edoceri. nume. 10. & ibi communis sententia, & in d. c. causam quæ, de iudi. Igitur in electione alicuius canonici, vel alterius rei, cum sit causa ardua, debet adesse præsentia perpetui Abbatis, quamuis sit commendatarius, vt electio talis fiat sine scandalo rite & rectē, vt inquit Inn. in c. licet, de elect. & Ioan. Lupus in tract. de benef. vacan. in Curia, in §. 9. col. 2.

103 Quinto pro hac sententia facit t quia prædictus Abbas commendatarius Prælati est, qui quidem tanquam bonus pastor interuenire debet in omnibus locis, vbi lupi perfidia interuenire sine eo poterit. Nā si talis prælati nō admitteretur in actibus capitularibus tam circa administrationem personarum, quam rerum in electionibus canonicorum, & cæterarum personarū, sequerentur ecclesie plura incommoda, quæ quidem præsentate prælati, qui dignior est dignitate & voce, cū sit datus pro capite, cæteri verō pro mēbris, cessarent, & de nihilo seruiret prædicta commenda respectu eius vtilitatis. Ergo clarē sequitur, qd ei, cui officium Abbatiale est commissum, concessum fuisse censetur, omne illud, quod competit, & pendet ex officij contemplatione, vt probatur in l. 2. ff. de iuris. omn. iud. & in c. prudentiam, in §. sexta nobis, de offic. delegati, ibi, vt delegatis iudicibus, quibus principale committitur, accessorium committatur.

104 Sexto pro hac sententia facit t quia Abbas monachorum appellatione cōprehenditur, & censetur vnū corpus cum capitularibus in his, quæ ipsi fauorē inducere videtur, vt probatur in c. si de symonia, & in c. ex ore, de priuileg. nomine enim Decurionum Præsides eorū contineri, nullum est dubiū, vt in l. 1. §. sed si præses. ff. quando appellandum sit, & Bonifac. in cle. vlti. in fi. de statu monachorum. Itaq; cum Abbas sit caput, canonici membra, vt in c. quāto, & in c. nouit, de his quæ sunt à prælat. Ergo membra non debent à capite dissolui, sine quo naturaliter quicquam facere nō possunt, argu. tex. in c. non liceat, de præscri. & factum à membris tantum esset nullum, arg. tex. in c. 1. de his quæ sunt à prælati.

Septimo pro hac parte facit, quia negari nō potest, quin Abbas cōmendatarius sit Abbas, quamuis

quamuis non sit professus ordinem Diui Augustini contra capitulum cum ad nostram, de elect. & in c. nullus, cod. titu. lib. 6. & quamuis non sit presbyter, prout requiritur, vt probatur in c. nemo, de electio. lib. 6. Nam Papa facere potest, quōd sit verus Abbas, cum hoc sit de iure postiuo, contra quod maximē in beneficialibus liberē disponere potest, vt probatur in clement. 1. vt lit. penden. & in præcedentibus dictum est, & sic Romanus Pontifex fecit eum verum prælatum, ac constituit in caput sui capituli, & effecit eum verum, proprium ac competentem Abbatem ad vitam, neque voluit esse acephalum, & sine Prælati tanto tempore Capitulum prædictæ Abbatie, argu. tex. in c. quāto sit, de elect. lib. 6. Ergo Romanus Pontifex censetur idem constituisse & habilitasse in plenitudine integre potestatis ac iuris. Ex quibus omnibus clarē patet, hanc secundam sententiam veriorē esse, ac perinde eam esse tenendam.

Ex quibus adductis in hac incompatibilitate inferitur primō, quōd beneficia commendatariorum sancti Iacobi Calatraue, Alcantara & sancti Ioannis & similia, quæ eis vt Canonici regularibus & sub regula Diui Augustini degentibus sunt concedi solita, alijs alterius professionis nullatenus conferri poterūt. Vt clarē videtur probari in Concilio Tridentino in sess. 14. in c. 10. de reforma. ibi. Religiosis tantum illius ordinis & c. neque etiam Cōmendatarij ipsi ad beneficia secularia admitti fas erit, cum sint Religiosi, ac canonicorum regularium regulam teneant. Nec poterunt per clericum inferuire regularem, quia substitutus ex regula subrogationis debet esse eiusdē qualitatis; & habitus, cuius est substituens, vt inquit Bart. in l. penul. C. de mancip. & colo. lib. 1. 1. & Bal. in l. parabolani. C. de episco. & cler. & Aymo Crauet. in consi. 96. col. 1. & text. in c. recolentes, de statu monachorum, vbi habetur, dignum esse, vt quicumque alijs vitam similem ducunt, similem sentiant in legibus disciplinam, nec etiam duo diuersa officia, diuersarumque professionum, & maximē contraria debent in vna, eademque persona collocari, vt probat text. in c. cum causa, de elect. Cardi. in cle. vna. in no. 5. de supplen. neglig. prælat.

106 Inferitur secundō ex prædictis, quōd t canonicus regularis remanens claustralis non pōt assumi ad ecclesiam consuetam regi per seculares clericos etiam de cōsensu & instantia patronorum, vt inquit Cæsar Lambert. in trac. de iurepatro. in artic. 2. 1. 7. q. 1. par. 2. lib. quæ quidem assertio etiam ex lege diuina consistat videtur dicte Moyse in Deuteronomio c. 22. non arabis in boue simul & asino, id est homines diuersæ professionis in vno officio

non simul sociabis. & faciunt etiam ea, quæ supra adducta sunt.

107 Duodecima t incompatibilitatis species est in beneficio, seu capellania iurispatrio. quod quidem secundum voluntatem illius, qui beneficium dotauit, conferendum est consanguineis ipsius dotantis, tunc enim alius, quàm cōsanguineus clericus non poterit obtinere præfactum beneficium, seu capellaniam, & sic erit incompatible prædictum beneficium in persona illius, vt inquit Cæsar Lambert. in tracta. iurispatronatus, in lib. 1. in 1. par. in 9. q. 1. principi. nu. 3. l. & 79. Neque obstat, quōd conditio, vt beneficium conferatur cōsanguineo, videatur contra ius, vt patet ex tex. in c. 1. de præb. cuius verba sunt. Vt nullus de clero sine populo ecclesiastica bona iure consanguinitatis sibi requiratur habenda. Nam ad hoc respondetur, quōd præfata conditio permisa est à iure in fauorem illius, qui beneficium, seu capellaniā dotauit, dum tamen accedat consensus episcopi illius ecclesie, vbi est beneficium, & ideo permillum est, vt laici inducantur ad dotandas ecclesias & beneficia, & quia quilibet in traditione rei proprie potest ponere legem, quam vult, etiam cum tradit rem ecclesie, vt probat tex. & quæ ibi notant scribentes in c. verum, de condi. appositis, cū multis alijs concordant. ibidem adductis, quilibet enim in re sua est optimus moderator & arbiter, vt in l. in re mandata. C. mandati, & facit etiam text. in c. 7. de iurepatronatus. Vbi ex gratia conceditur laicis, vt ius patronatus in ecclesijs seu beneficijs acquirat, ergo eodem modo debet eis esse concessum, quacumque conditiones et reservationes apponere, vt magis inducantur ad ecclesias fundandas, de quibus conditionibus & reservationibus latissimo sermone agit Cæsar Lambert. vbi sup. in d. 9. q. 1. principi. prædicta autem conditio, qd beneficium conferatur consanguineis illius, qui dotauit, intelligitur procedere, quando reperiuntur clerici consanguinei, deficientibus autem consanguineis possunt extranei presentari & institui in prædicto beneficio, sicut declarauit Lambert. vbi sup. nu. 79.

108 Et vltimus etiam erit aduertendum, qd beneficium iurispatronatus conferri non potest ab ordinario vel alio, absque eo quōd præcedat presentatio à patrono illius beneficij, vt probatur in c. quoniam. de iure patronatus, & in capi. ex insinuatione. cod. titu. & ibi notant scribentes.

109 Ex quo dabitur. Vtrum t in reservatione beneficiorum facta à Pontifice Romano veniant & comprehendantur beneficia iurispatronatus. Et quia hæc questio difficilis est, & variè scribentes de ea loquuntur, ideo distinguendi sunt tres casus.



115 Tertiadecima † & vltima incompatibilitatis species est in extero à Regno, vbi est beneficium, qui quidem exterus obtinere nō poterit beneficium ecclesiasticum, & in hoc Regno Castella & Legionis & Hispania, vbi ex consuetudine immemorabili ex concessionibus Pontificum Romanorum & illorum Regnorum legibus exteri non possunt habere dignitates, nec Prælaturas, nec alia ecclesiastica beneficia, vt clarè probatur in l. 18. 19. & 20. in tit. 3. in lib. 1. ordinamenti Hispania, & maxime in d. l. 19. vbi fit mentio de immemorabili consuetudine & concessionibus Pontificum Romanorum, & idem probatur in Curijs Pincij anno 1523, in petitione 24. & 41. & in Curijs Madricij anno 1528. in petitione 2. & in petit. 14. & similiter hoc statutum est in regno Arragonum, vt habetur in foro Arragonum in tit. de Prælatibus & alijs beneficijs ab alienigenis non possidendis, quod etiam extenditur ad Regnum Nauarra, vt habetur in Curijs Segobiae anni 1532. in petitio. 42. & hoc etiam statutum est apud Venetos secundum additionem Panormitani in capit. si proponente. de relecti. item etiam & apud Francos, secundum Guilielmum Bened. in repet. capi. Raynut. in verb. & vxorem nomine. il quinto. nu. 482. de testam. & Petrum Rebuff. in tract. de pacificis possessoribus, nu. 217. & in praxi benef. in tit. de relect. mixtis, nu. 7. Tadem apud omnia Regna Christianorum, vel saltem maiorem partem illorum hoc statutum est, vt inquit tex. in dicta l. 19. in tit. 3. in lib. 1. ordinamenti, quæ prohibitio ideo facta fuit, quia naturalis exterior est præferendus, vt supra dictum fuit in c. præcedenti, quod electores seruare debent, vt inquit Panor. in c. ne pro defectu. per text. ibi nu. 7. de elect. Alia etiam potest esse, ne scilicet

*Finis primæ partis.*

secreta Regni reuelent. Tertia ratio est, quia propter idiomatis diuersitatē nequeunt (quod tamen maxime interest) populum sibi commissum docere, vt in c. in ter cetera. de officio ordinarij, & supra dictū est. Quarta ratio est, quia in fundandis ecclesijs extranei nihil tribuerunt, neque illorum parentes. Vnde merito Regnicolæ sunt præferendi, argumento to tex. in c. cum in officijs. in prin. de testam. & alias etiam rationes assignat tex. in d. l. 18. tit. 3. lib. 1. ordinamenti Hispania.

116 Et † prædicto iuri Hispania suffragatur tex. in capit. bonæ. il secundo. de postula. prælato. item tex. in c. vlti. de clericis peregrinis, & tex. in c. Aphros. 98. dist. & c. nullus inuitus. 61. distin. & in c. neminem. 70. distin. & tex. in l. in ecclesijs. C. de episc. & cleri. & in l. 2. C. de annonis ciuilibus, eod. libro, cum multis alijs, quæ traduntur per Guilielmum Benedictum in d. c. Raynutius. in verb. & vxorem. in decis. 2. nu. 10. & 44. & glo. in prologo pragmaticæ sanctionis in §. nam ecclesiasticum. in verbo exteriorum, & lo. de Selua in tract. de benef. in 3. parte. q. 26. & Petr. Rebuff. in tract. de benef. in tit. de relect. mixtis. & Gomez. in reg. Cellariae de idiomate. q. 1. & idem lo. de Selua in tract. de benef. in 2. parte, in questio. vlti. & Carolus de Grassalij lib. 2. Regalium Franciæ iure 8. & est celebris gl. in c. si proponente, de relect. & videndus est Corset. in singulari in verbo subreptio, & Fely. in c. sicut tuis. de symonia, & glo. in ca. si pater. de testam. lib. 6. in verb. pauperes, & gl. in c. hortamar. 71. distin. & Roch. de Cur. in tract. de iurepatro. in 2. libro, in prima parte. in q. 7. in artic. 24. Ex quibus omnibus multa poterunt deduci ad iustificationem & defensionem prædicti iuris Hispania.

SECUNDA

# SECUNDA PARS

## HVIVS TRACTATVS

### DE BENEFICIORVM

#### COMPATIBILITATE.

SVpra in prima huius tractatus parte ea, qua potuimus breuitate de beneficiorum incompatibilitate, tam respectu multorum, quam vnius beneficii, per diuersas species discurrentes non sine maximo labore ac sollicitudine egimus. Sed quia nulla regula tam generalis inuenitur, quæ aliquas fallentias ac declarationes non habeat. Ideo in hac secunda parte breuiter de aliquibus casibus, in quibus licite potest quis plura beneficia obtinere, tractabimus.

#### S Y M M A R I V M.

- 1 Plura beneficia simplicia, quæ residentiam personalem non requirunt, sunt compatibilia, et nu. seq. vbi declaratur, quo pacto hoc procedat.
- 2 Quando testator mandauit, quod in altari diuina celebrarentur, obtinens altare non tenetur personaliter residere.
- 3 Hæc distinctio, omnino, seu omnimodo, præcisa est.
- 4 Pluralitas beneficiorum quibus rationibus prohibeatur, num. 6. cum seq. vbi ponuntur duodecim rationes.
- 5 Communis opinio tenenda est in indicando & consulendo, & nu. seq.
- 6 Communis opinio amplectenda est etiam in foro conscientia.
- 7 An omne beneficium de iure communi requirat residentiam personalem, quantumcumque minimum, & quo pacto non procedat, & supra nu. 3.
- 8 Non sufficienter beneficiatus vtrum habendus sit pro beneficiato.
- 9 Attento Concilio Tridentino, vtrum habenti plura beneficia insufficientia possit aliud vel alia conferri, & vtrum habenti vnu beneficium insufficienti possint plura conferri vsque ad concursum congruæ sustentationis, & num. multis sequen.
- 10 Singularitas ad pluralitatem referri vtrum possit.
- 11 Quando aliquid requiritur pro forma, singularitas non potest referri ad pluralitatem, & e contra.
- 12 Forma omisso in qualibet parte quantumcumque minima altum vitiat.
- 13 Verba, quæ possunt trahi ad casum licitum, & ad illicitum, magis ad licitum trahi debent.
- 14 Verba legis, seu canonis pro prima vice intelliguntur, & quando non, numero 30. cum alijs subsequen.
- 15 Numerus singularis refertur ad pluralitatem, quando in ea militat eadem ratio.

- 34 Dispositio interpretanda est, prout verisimile, disponentem responsurum.
- 35 Correctiones legum seu canonum sunt vitanda.
- 37 Exemplis vtrum sit iudicandum.
- 38 Consilium auctoris circa pluralitatem beneficiorum.

#### De compatibilitate plurium beneficiorum simplicium residentiam non, requirentium. Cap. I.



**M**Axima inter scriben tes est discordia, circa difficilem illam questionem, vtrum † liceat plura beneficia simplicia, quæ residentiam non requirunt, in titulum habere. Et glo. in c. dudum. il secundo. de elect. in verb. intitulatam. prope finem, inquit, quod licet habere plura beneficia simplicia in titulum, si residentiam non requirunt, & tenuit Innoc. in c. cum iam dudum. de præb. & glo. in c. gratia. de relect. lib. 6. vbi dicit, quod hanc sententiam amplectitur generalis consuetudo, quam Papa scit, & tolerat, & Ioan. Andr. quem refert & sequitur Lap. in alleg. 35. in alleg. 116. & in alleg. 117. & Calder. in consil. 24. inci. au si Papa. nu. 2. in ver. sed quid est, quod impediatur. de præb. & Gem. in c. r. nu. 13. de consuetud. lib. 6. & Philipp. Franc. in d. c. gratia. de relect. libro 6. & Io. Baptista Ferrer. in consil. 22. nu. 1. & Cæsar Lambert. in tracta. de iurepatro. in 1. par. libri secundi. in q. 7. in artic. 15. num. 4. 14. & 15. & pro hac sententia facit consilium Panorm. 96. incipiens, ad clarum. in 2. dub. lib. 2. vbi inquit, quod quis plura beneficia sine cura habere potest, ex quo residentiam non requirunt, & te

nuit etiam Inno. in d. c. dudum. il secundo. de elect. & ibi Abb. nu. 34. asserit, quod consuetudo est generalis totius orbis habendi plura beneficia simplicia, & tenuit et hanc sententiam Ioan. Andr. in c. praterea. de etat. & qualita. & Martin. Nauarro in manuali c. 25. num. 125. cum seq. & Dominic. de Soto in lib. 3. de iusti. & in q. 9. in arti. 3. in conclus. 4. ubi inquit hæc verba. In beneficijs simplicibus, scilicet ne que habentibus curam, neque residentiã exigentibus, qualia sunt præstimoniam, nulla est necessaria dispensatio, nisi plura eadem persona obtineat, & sequitur etiam Benedic. Capra in tract. reg. & fallen. in reg. 90. nu. 92. & hæc est communis sententia, prout inquit Nauarr. in manu. in c. 25. nu. 127.

2. Quæ opinio vera est etiam si quis habeat simplex altare in plebe rurali, in quo testator mandauit ibidem diuina celebrari, nam nihilominus qui habet præfatum altare, poterit alia simplicia beneficia obtinere. Et est ratio, quia non tenetur personaliter deseruire in dicto altari, vt inquit Cardi. in c. super inordina. de præben. Nam regula iuris est, quod ubi non exigitur de iure personalis residentiã, sufficit deseruire per Vicarium, vt inquit glo. in c. super eo. de præben. lib. 6. & Ioan. Andr. in c. si eo tempore, de rescri. lib. 6. in nouellis, & plenè tractat Lap. in allegat. 35. & sequitur etiam Cardia. in c. de multa, de præben. prope fin. in ver. quero si habens. & Fely. in c. cum omnes, ante nume. tertium. in versi. & hoc procedit, etiam si ex ordinatione testatoris. & ibi Philip. Deci. in 2. lectu. ante si. in versi. sed quado non esset necessaria, de constit. & Io. Baptista Ferrerus in cõf. 112. & idem voluit Lap. in addit. ad cõf. Federici de Senis 246. inci. de iure. & Dominic. in c. si. col. fi. vers. contra primum. & ibi Additionator in verbo Vicarium, de rescri. lib. 6. & Abb. Panor. in d. c. cum omnes. num. 10. & ibi eius Additionator, de constit. & Gemin. in c. cum ex eo. in §. porro. nu. 1. de elect. lib. 6. & in cõf. 3. & in cõf. 6. incip. supposita. & Bertach. in repertorio in verb. beneficia plura potest quis etiam sine peccato obtinere.
3. Et quamuis prædicta certa videantur, nihilominus contrarium, nempe quod non liceat habere plura beneficia simplicia, etiam si nullam residentiã requirant, tenent alij scribentes, inter quos fuit Ioan. de Lignano in tractatu suo, de pluralitate beneficiorum, in prima quæst. ubi refert opiniones, & moriua omittunt, qui ante ipsum fuerunt, respondens ad fundamenta prædictæ opinionis primæ, & tandem ipse in hac sententia residet, quod nemo absque dispensatione plura beneficia simplicia, etiam residentiã non requirentia retinere possit, quam sententiam sequitur Panor.

in capi. extirpanda. in §. qui verò, in repet. nu. 30. ubi inquit, quod de iure communi loquendo, nemo retinere potest plura beneficia etiam simplicia, & quæ nullam residentiã requirunt, & idem tenet idem Abb. ibidem num. 35. 36. & 46. quam etiam sententiam sequitur Quintil. Mandos. in addit. ad Lap. in alleg. 97. in litera B. ubi inquit, quod hæc opinio tutior est, ac saluti animarum magis conferens.

Pro qua sententia primò facit, quia beneficium quantumcunque minimum de iure communi residentiã requirit, & probatur in c. conquirente. de cleric. non resid. & Inno. in c. si. eod. tit. & dictum fuit supra in c. 17. nu. 24. cum seq. in 1. par. Neque obstat tenuitas beneficiorum, quia sibi imputet, qui permittit se in tali beneficio intitulari, & querat aliàs beneficiarius sibi victum, & vestitum artificio honesto, sicut faciebat Apostolus, de quo est text. apertus iuncta gl. in verb. necessitatem, in cap. clericus ab instanti. 20. q. 1.

Secundò faciunt pro hac sententia verba text. in c. quia in tantum, de præben. ubi dicitur, quod beneficiorum pluralitas canonibus inimica est, & idem probatur in ca. sanctorum 70. distin. ibi. & in qua ecclesia quilibet intitulus est, in ea perpetuè perseueret, omnino autem in duabus aliquem intitulus non liceat, sed vnusquisque, in qua intitulus est, in ea tantum canonicus habeatur.

4. Pondero etiam verbum, omnino, quod quidem præcisum est, secundum glo. in l. cum exceptione. in §. sed si quis. in verbo omnimodo. & in §. quatenus. eodem verbo. & ibi Bart. ff. quod met. cau. & in l. ubi autem. §. vlti. ff. de verb. obli. & ibi quoque est bonus text. & facit praterea text. in l. græcè, & quod ibi voluit gl. de fideiuss. & Petr. de Ancha. in c. 1. de vita & hone. cle. cum alijs iuribus ad id allegat. à Philip. Deci. in consilio 356. incipien. in casu Domine Mariæ. col. prima, & quod tradit Bald. in cõf. 389. inci. reperitur, quod quondam. ante finem. libro 5. & in l. si quis argentum. in §. si autem. C. de dona. ubi dicit, quod hæc dictio, omnino, facit, vt quis præcisè teneatur, & in l. quoties. in princi. ff. de noxalibus actionibus, ubi ex hoc dicit, quod hæc dictio facit, vt quis præcisè ad factum cogatur, & idem inquit Salycet. in l. vltima. colum. 2. in 3. oppos. C. de contrahenda emptione. Neque obstat, quod prædicti scribentes loquantur de dictione, omnino, Nam idem importat dictio, omnino, quod, omnimodo, ut inquit Alex. in l. si insulam. colum. 5. versicu. ex hoc infero. ff. de verb. obligat. ubi loquens de dictione, omnino, allegat text. vtentem hac dictione, omnimodo, tanquam eandem vim in hac re habeat, & iterum in consilio 44. incipien. vi-

sa facti narratione. colum. 1. lib. tertio. & Hypopolit. de Marfil. in practica causarum criminatum, in §. aggredior, num. 123. & Andr. Tiracquel. in l. si vnquam. in verb. reuertatur, num. 88. & pro hac etiam secunda ratione facit text. elegans in capitulo clericus 21. q. 1. cuius verba sunt. Clericus ab instanti tempore non conueneretur in duabus ecclesijs, negotiationis. n. hoc est, & turpis lucri proprium commodum & ab ecclesia consuetudine penitus alienum, & idem etiam probant alia iura eiusdem questionis, & hoc etiam voluit Cuius Gregorius Pontifex Romanus vniuersis Episcopis scribens vt haberetur in cap. singula. 89. distin. cuius verba sunt. Singula ecclesiastica iuris officia singulis quibuscumque personis sigillatim committimus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, ita in Ecclesie corpore multa membra sunt, secundum veridicam Pauli sententiam, in vno, eodemque spirituali corpore conferendum est hoc officium vni, alii committendum est aliud, neque enim quantumlibet exercitatus vni persone vno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus est oculus, ubi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem re præsentat. Ita varietas personarum per diuersa nihilominus distributa officia, & fortitudinè, & venustatem sanctæ Ecclesie Dei manifestat: Et sicut indecorum est in corpore humano, quod alterum membrum alterius fungatur officio. Ita nimium noxium, simulque turpissimum est, si singula rerum ministeria personis totidè non fuerint distributa. Quæ quidem verba diuini Gregorii ideo de verbo ad verbum transtuli quia pulcherrima sunt in hac materia.

5. Tertia ratio præfate prohibitionis est: quia pluralitas beneficiorum pluralitatis dissolutionis materiam præbet, vt probat text. in d. c. quia in tantum, de præben. & ibi notant scribentes omnes: dissoluti enim dicuntur, qui legibus, moribusque se soluti luxum vitæ sequuntur, quos Græci azatos vocant.

6. Quarta ratio est: quia pluralitas beneficiorum pluralitas vagationis materiam continet, & inducit vt probatur clarè in d. c. quia in tantum, de præben. & ibi notant scribentes. Vagus enim dicitur dissolutus, dispersus, errans, qui discurret varia agens, vt inquit Lucas de Penna in l. 1. C. de tyronibus. lib. 12.

7. Quinta ratio est: quia pluralitas beneficiorum pluralitas materiam ambitionis præbet, vt dicit text. in extrag. execrabilis. Ioannis XXII. in titu. de præben. est enim ambitio inordinata cupiditas circa honores ac beneficia ac dignitates, vt in l. 1. ff. ad legem Iulia de ambitu, & hæc est crux ambientium, omnes torquens, omnibus pla-

cens, vt inquit Bernard. quem refert Hostien. in d. c. quia in tantum, de præben. de qua ratione dixi supra in capitulo 19. num. 3. in prima parte.

8. Sexta ratio est: quia vix vni beneficio dignè valet quis deseruire, vt probatur in c. quia nonnulli. de cleric. non resid. & in c. 1. de consuet. lib. 6. Vnde Innoc. in c. cum iam dudum. col. 2. de præben. inquit, quod vnus Prælati præcipiet, quod beneficiarius fiat sacerdos, aliter, quod remaneat in diaconatu, vnus, quod negotia suæ Ecclesie prosequatur, alter, quod negotia alterius Ecclesie, vnus vocabat ad electionem, alter ad seruiendum Ecclesie. Vnde duobus non poterit satisfacere, cum Christus dicat in Euangelio Mathei cap. 6. non posse quem duobus dominis seruire, & in cap. acutus. 26. dist. & in c. 1. 2. q. 1. & vulgò dicitur. Qui ad vtrumque festinat, neutrum bene peragit, & probat text. in l. finali, C. de assessoribus, ubi glossa scribit.

Qui binos lepores vna sectatur hora.

Vno quandoque, quandoque carebit vtroque.

9. Septima ratio est, quia pluralitas beneficiorum pluralitas diuinum cultum diminuit, scilicet ex ministrorum paucitate, qui potius esset augendus, vt dicitur in cap. ex parte. de constitutionibus, & in cap. vasa. de consecrat. dist. 1. de qua ratione dixi etiam supra in par. 1. nu. 6. in cap. 19.

10. Octaua ratio est: quia pluralitas beneficiorum pluralitate maxima sequitur inæqualitas, nostris præsertim temporibus, quibus vnus ebrius est & tamen non fatiur beneficiorum pluralitate, & alter esurit, & hic, qui ebrius est, alijs alimentis aufert, quos necare uideretur, vt probatur in l. necare. ff. de liberis agnoscendis, & Florent. in 3. parte summæ, in tit. 11. in c. 1. §. 8. & Aluarus Pelagius in tractatu de planctu Ecclesie. in lib. 2. tit. 8. in litera I.

11. Nona ratio est, quia habentes beneficiorum pluralitatem plurimorum stipendia sibi vendicant, vt probatur in c. 3. de clericis non resident. & Ioan. de Selua in tractat. de benef. in 3. parte, in q. 39. & vix possunt plura beneficia ad vnum peruenire sine paupertate plurimorum, de qua ratione dixi etiam supra in 1. par. c. 19. num. 3.

12. Decima ratio est, quia pluralitas beneficiorum pluralitate testantium, & fundatorum Ecclesiarum, qui certum ministrorum numerum præstituerunt, voluitates fraudantur, quod maxime Republicæ interest, expedit enim testatorum voluntates seruari, & eas executioni mandari, ut probatur in l. vel negare. ff. quemadmodum testamenta aperiantur, & probatur in l. 1. C. de sacrosanctis ecclesijs, & in cap. vltima voluntas. 1. 3. q. 2. & probatur etiam in Concilio Tridentino,



dentino, in sess. 2, c. 9. de reformat. ibi. Placq; fidelium voluntates in eorum institutione violare æquum non est, & probatur etiam in eadem sess. 2, in c. 5, & similiter probatur in eodem concilio in sess. 22. ibi. In commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non nisi ex iusta, & necessaria causa fieri debent.

13 Undecima ratio est, quod ÷ beneficiorum pluralitas contraria est, & inimica omni iuri tam humano, quam diuino, vt probatur in cap. ad hæc. de præben. & in c. ratio nulla. de præben. ibi. Ratio nulla permittit, vt quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur, proprijs cuiusq; vltibus applicetur, de qua ratione dixi supra in prima parte, capitulo 19. nu. 5.

14 Duodecima & vltima ratio est, quia ÷ beneficiorum pluralitas animarum periculum continet, vt probatur in c. quia in tantum. de præben. ibi. Et de multitudine præbendarum canonicis inimica, quæ dissolutionis materiã, & euagationis inducit, certumque continet periculum animarum, & ibi not. gloss. Panor. ac alij scriben. \* communiter, & probat tex. in cap. dum. il. secundo, de electio. cum similibus, vbi notant scribentes.

15 Et ÷ quibus omnibus apparet, quàm maximè dubia sit conclusio prædicta scribentium, quæ habet, quod licitum est obtinere plura beneficia simplicia, quæ nullam requirunt residentiam, Nam pro contraria parte sunt fundamenta, quæ maximè videntur, ut satis apparet ex supra adductis.

Breuitè tamen in hac scribentium controuersia, & contrarietate necnon ambiguitate tendenda est prima opinio, quæ habet, qd licitum est obtinere plura beneficia simplicia, quæ residentiam non requirunt, eam intelligendo sano modo, prout intelligunt prædicti scribentes, nempe quãdo alterum beneficium ex multis non est sufficiens ad congruam sustentationem. Nam si vnum, vel duo beneficia essent p se sufficientia ad congruam sustentationem, tunc sine dubio non est licita beneficiorum pluralitas; vt iam, diximus multa fundamenta adducentes supra in prima par. capit. 19. pro qua quidem sententia facit: quia ea est \* communis opinio, vt patet ex doctoribus supra adductis.

16 Et ÷ communis opinio sine dubio tenenda est in iudicando, & consulendo, vt inquit Hostien. Antonius, & Abb. num. 15, & ibi additio nator, & Ioan. de Imola num. 16, & Fel. num. 54, & Philipp. Dec. num. 28. in 1. lectura, & numero 11. in secunda lectura, & ibi additionatores eius, & Augustinus Bero. numero 278, & Marcus Mantua num. 109. in cap. 1. de constitut. & Ant. Corset. in suis singul. in verbo opinio, in singulari incip. vbi doctores, & in consilio 25. incip. difficile admodum, num. 115.

& Hormanotus Det. in repet. l. quartæ. §. Ca. to, num. 283, & ibi additio nator. ff. de verbo oblig. & Alex. in consi. 7. incipien. videtur prima fronte. col. 3. num. 10. lib. 4. & in l. cum p. latis, num. 4. r. 1. & 23, & ibi. Vincentius Herculanus num. 10. ff. de re iudic. & Benedic. Capra in tract. regul. in reg. 18. & Andr. Tiracquel. in tract. de pœnis temperandis, in casu. 51. num. 64. & Ioan. Baptista Villalobos in tract. communium opin. in litera C. in verbo communis opinio, nu. 107.

17 Quod adeo verum est, quod ÷ etiam in foro conscientie communis opinio seruanda est, vt dicit Ang. in summa in tit. de opinione, in §. 1. post princ. in vers. si verò non possint, & summa Tabiena in ti. de opinione, in §. 4. post princ. & colligitur ex adductis à Portio Imolen. si in consil. 8. num. 23. & à Francisco de Ripa in tractat. de peste, num. 263, & tandem communis opinio etiam in negotijs fidei seruatur, vt est tex. qui hoc probat in cap. in canonicis. 19. distinct. & tenet Lancelotus Conradus in lib. de Prætoribus. §. 2. in tit. de sententijs, numero 25. in sexta ampliat. adducens Philipp. Francum.

18 Quod ÷ autem communis opinio sit attendenda probatur. Primò: quia à multis, vel pluribus veritas perfecta haberi potest, quod non est in paucis, vt in l. fin. post med. in versicu. lex erenim. C. de fideicommissis, & quia quod plurimorum sententia comprobatur, integrum est iudicium, vt in cap. extra. 94. distinct. in capit. prudentiam. in fin. principii, & ibi Abb. num. 4. de offic. deleg. & quia facilius inuenitur, qd à pluribus queritur, vt in c. vlt. & ibi glo. vlt. 20. distinct.

Secundò quia videmus, quod à lege opinio communis attenditur, vt probatur in l. athletas. in prin. ff. de his qui notantur infamia, vbi iuriscōsultus sequitur opinionem Sabini, & Casij tanquam generaliter ab omnibus approbaram, & idem probatur in l. quæ situm. §. sed si fundus. ff. de fundo instructo, vbi sententia à pluribus approbata quotidie incrementum, & conualescere dicitur. Vnde meritò debet præualere, vt in l. cum quidam. §. quod dicitur. il. secundo. ff. de acquir. hæred. & in c. nouimus. §. 1. de verb. signifi. & tex. in cap. de inductis. 3. q. 3. & institut. de hæred. institut. & in l. scire oportet. in §. aliud. ff. de excusa. tutor. vbi legislator contra verba expressa legis sequitur sententiam Seruidij Sceuolæ, Pauli, Domitij, & Vlpiani, & ex text. pulcher in l. diui. ff. de iure patron. vbi Imperator mouetur ad mutandam sententiam: quia contraria à Saluio Iuliano, & pluribus alijs erat comprobata.

Tertiò facit: quia vbi de aliquo dubitari cōtingit, & ad sunt opiniones hinc inde, ea sententia

est attendenda, quæ à maiori parte, vel ab omnibus est approbata, vt probat tex. in terminis in c. in canonicis. 19. distinct. quem quidem ad hoc passim allegant doctores. Neque obstat, si dicatur, quod decisio illius tex. debet procedere in sententia eorum, quorum dictis omnino standum est, vt sunt dicta sanctorum roborata auctoritate veteris, vel noui testamenti. Secus verò in opinione doctorum, quorum auctoritas non est necessaria, sed probabilis tantum, vt vtrumque dicunt doctores communiter in l. 1. ff. si cert. pet. cum adductis ab Euerardo in locis legalibus, in loco ab auctoritate. Nā respondendum est, quod idem etiam dicendum est in doctorum opinionibus: quia opinionibus doctorum standum est, vbi lex non reperitur, vt probatur in c. 1. vbi id notat Ant. & Abba. & cæteri scribentes, de decimis, & Archid. in cap. nolite. 11. distinct. & Purpur. in l. cum quid. col. 10. num. 84. in fin. ff. si cert. pet. & in consi. 2. incip. viso testamento Francisci, num. 16. Euerardus in locis legalibus, in loco à lege cessante, & quia vbi nō habemus iura clara, debemus adherere opinioni iurisperitorum, argum. tex. in l. 1. ff. si cert. pet. per text. in l. diui. ff. de iure patr. cum similibus, neque quis sibi tantam tribuere debet, vt solus credat melius sentire, quàm plures simul doctores celeberrimi, qui sunt splendor, & lucerna totius iuris, & quasi radij solis, à quibus multa iuris obscura loca illuminantur, & illustrantur, secundum Grammat. in voto primo per tot. & præcipuè num. 9. cum seq.

Quartò quia quemadmodum consuetudo, quæ inducitur sola iudicis auctoritate, & populi consensu inuolabiter seruanda est, vt probatur in l. de quibus. & ibi tradunt scribentes omnes. ff. de legib. Ita imò multo magis attendi debet communis opinio, quæ quidem non ab vno, sed à pluribus, & non à populo rudi & imperito; sed à viris illustribus, & sapientibus constituitur, præsertim cum populus hodie nullam potestatem legis condendæ habeat. Nā in Principem translata est, vt in §. sed & quod Principi placuit. instit. de iure naturali, gentiū & civili. Et quod sit maior ratio seruandi communem opinionem, deducitur etiam ex eo: quia consuetudo, quæ contra legem expressam introducitur, habet principia iniusta, & iniqua, nam consuetudo inducitur per tres sententias iudicis, & spatio decem annorum, vt voluit scribentes communiter in dicta l. de quibus. ff. de legibus. Vnde cum prima sententia sit contra leges, negari non potest, quin sit nulla, nedum iniqua, vt in l. si expressum. ff. de appel. communis verò opinio, & principium & medium, & finem legitimum, & iustum habet. Nam plerū que constituitur, vbi ius est dubium. Si ergo

consuetudo attenditur, multo magis communis opinio attendi debet.

Quintò: quia si communis sententia non at tenderetur, suborirentur plura incommoda, & absurda, at verò hæc fugienda sunt. Ergo communis opinio omnino tenenda est in iudicando & consulendo. Quod autem plura sequantur incommoda, & absurda ex omissione communis sententiæ probatur primò: quia oritur tanta confusio, vt nulla vnquam lis, vel rorò ad finem perduceretur. Nam aut causa decidenda est legibus, & vtique cum rarò accidat casus, qui lege expressa decidi possit, leges à simili hinc & inde velut corium extorquentur, adeo quod incerta remanebit resolutio, aut causa terminanda est rationibus. Et quidem tot & tantæ ex vtraque parte afferuntur rationes, quibus quidem veritas positus obruitur, quàm ostendatur. Secundò id probatur, quia facilius veritas reperiretur à paucioribus quàm à pluribus. Quod quidem contra rationem naturalem est, vt probatur in h. fin. C. de fideicommissis. Tertio, quia potius standum esset fantasij, & imaginationibus vnius, quàm vigilijs, & laboribus tot excellentissimorum, virorum, quorum auctoritate constituitur ipsa communis sententia, contra tex. in cap. 1. cum seq. 67. distinct.

Ex quibus apertè apparet, communem sententiam in iudicando, & consulendo esse attendendam, & ita tenendum est, quamuis Vldarius Zasius in l. 1. in §. post tunc. maximè in verbo innovare, circa med. num. 78. ff. de origine iuris, & in lib. 2. singularium responsum, in cap. 1. in fin. num. 27. contrariam sententiam velit defendere, nempe communem opinionem non esse attendendam in iudicando, & consulendo, quod quidem ridiculum est.

Tandem vt ad propositum, vnde digressi sumus, redcamus, pro prædicta prima opinione, quæ habet, licitam esse beneficiorum pluralitatem simplicium, & quæ nullam requirunt residentiam, neque sunt sufficientia per se ad congruam sustentationem, facit & secundo loco: quia prædicta opinio est recepta consuetudine totius Christianitatis, vt supra dictum est ex Panormitani sententia.

19 Sed sic est, quod ÷ opinio illa, quæ consuetudine approbata est, tenenda est in iudicando, & consulendo, etiam si habeat aliam communem sententiam contra se, vt supra declarauimus in prima parte, in cap. 19. num. 46. Ergo à fortiori in nostro casu tenenda est præfata prima opinio, quia (vt supra diximus) communis est.

20 Tertiò ÷ pro hac opinione facit aliud non læue fundamentum, quod quidem finem præfate controuersiæ imponit, nempe quod præfata

fata prima opinio est hodie approbata per sanctum Concilium Tridentinum in sess. 24. cap. 17. de refor. cuius verba sunt. Sancta synodus debitam regendis ecclesiis disciplinam restituere cupiens, presenti decreto, quod in quibuscumque personis, quocumque titulo, etiam si Cardinalatus honore fulgeant, mandata observari, statuit, ut imposterum vnum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius, cui conferatur honeste sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requiratur, eidem conferri. Ex quibus verbis clarissime patet, ita quod negari nullo modo possit, tunc temporis beneficiorum simplicium residentiam non requirentium pluralitatem esse permissam à iure, quando vnum beneficium non est per se sufficiens ad congruam sustentationem beneficiarii, & ita sine dubio tenenda est hodie præfata prima sententia.

Neque obstat primum fundamentum contrariæ sententiæ, nempe quod omne beneficium quantumcumque minimum de iure communi residentiam requirit. Nam ad hoc respondetur, quod quamvis de iure communi beneficium residentiam requirat: nihilominus ex consuetudine, vel statuto, seu privilegio potest residentiam non requirere. Nam circa residentiam consuetudo, statutum, vel privilegium operari potest, ut notant scribentes in cap. 1. de consuetud. & in c. cum omnes. de constitut. & expressè ita tenet Bened. Capr. in tractat. regul. & fallen. in reg. 90. num. 91. & videtur text. pro hac sententia in c. clericus. de clericis non residentibus ubi innuitur, quod sunt aliqua beneficia residentiam non requirentia, quod sunt aliqua beneficia, quæ nullam requirunt residentiam, probatur expressis verbis in dicto Concilio Tridentino in sess. 24. cap. 17. ibi. Liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requiratur, eidem conferri.

Et similiter non obstant cætera fundamenta pro secunda opinione adducta, quia militat in casu, quando beneficia simplicia requirunt residentiam, non autem quando nullam residentiam requirunt. Vel saltem respondendum est, quod tunc temporis militat prædicta fundamenta, quando vnum, seu duo beneficia sunt per se sufficientia ad congruam sustentationem beneficiarii, tunc enim non est licitum accumulare plura beneficia in persona vnius beneficiarii ultra, ea quæ necessaria sunt ad congruam sustentationem, secus autem dicendum est, quando vnum beneficium non est sufficiens ad congruam sustentationem: tunc. n. licitum erit pluralitatem habere usque ad con-

gruam sustentationem.

23 Nam si sufficienter beneficiatus pro non beneficiato habendus videtur, quoad propositum nostrum, ut probatur in capit. studear. 50. dist. ubi dicitur, quod beneficium tale conferatur, quo & ipse beneficiarius, & sui sufficienter possint sustentationis solatium habere, & in cap. cum adeo. de rescri. ubi probatur, quod rescriptum Papæ non valet, quia scripserat pro sufficienter beneficiato, quod beneficium, igitur contrarium dicitur fuisse, si scripserat pro non sufficienter beneficiato, & in c. postulasti. ante fin. eodem titu. ubi probatur, quod non dicitur carere beneficio, cui est prouisum competenter de prouentibus perpetuæ vicariæ, ergo si non competenter, diceretur carere beneficio, & sic pro non beneficiato habitus fuisset, & postea dicitur, quod pro habente sufficienter beneficii subsidium pro eo beneficiando non de facili Papa rescribitur. Secus ergo pro non sufficienter beneficiato, & probatur similiter in c. cum teneamur. de præbend. ubi probatur, quod ad mandatum Papæ non tenetur quis provide re illi, qui tacuit se habere sufficienter beneficii, cum gloss. ibidem in verbo sustentari, in princ. & faciunt ea, quæ cumulatit Ioan. de Selua in tractat. de benef. in prima parte, in q. 5. in 8. re quilito, num. 167. cum pluribus seq. Præterea pro hac etiam sententia videtur text. in terminis in cap. is cui. de præb. lib. 6. ubi probatur, quod habens facultatem Apostolicam providendi de beneficio personam idoneam non potest providere sufficienter beneficiatum. Ergo à contrario sensu providere potest non sufficienter beneficiatum, & ita concludit ibidem gloss. in verbo sufficiens. & Archid. post princ. in vers. non potest, sum pro argumento à contrario videtur, quod possit providere eum, qui non habet sufficienter, & tenet etiam idem Archidiaconus ibidem num. 1. & hanc sententiam sequitur Geminia. num. 9. & Philipp. Franc. nu. 3. super gloss. 3. ibidem amplians ex mente Rotæ, et si quis haberet tria, vel quatuor beneficia insufficientia, & voluit allegare decisi. Rotæ. 445. in nouis, incip. si legatus. col. 3. vers. dicit text. quod non, dummodo illud beneficium sit sufficiens, aliàs si haberet tria, vel quatuor insufficientia, & facit doc. Pauli Parlii in consil. 40. incip. quavis Io. nu. 17. cū seq. col. 4. & facit si militer, quia iura, quæ prohibent beneficiatum beneficiari, limitantur habere locum solummodo in sufficienter beneficiato, probat text. in cap. super inordinata. cum gloss. fin. ibidem & tex. in cap. quia in tantum. de præbend. iuncta declaratione Archid. in cap. is cui, num. 1. eodem titu. lib. 6. ubi multa adducit. & Abb. in d. c. quia in tantum. ubi limitat, nisi ecclesiæ sint tenues.

Dubium

24 Dubium tamen non minimum resultat ex dicto Concil. Trident. sess. 24. c. 17. de reformat. ubi præcipitur, quod si quis habet vnum beneficium ecclesiasticum, quod ad vitam eius honeste sustentandam non sufficit, potest eidem beneficiario aliud simplex beneficium conferri, dummodo utrumque personalem residentiam non requiratur. Modò dubitatur, utrum habenti duo, vel tria beneficia, quæ quidem non sunt sufficientia ad congruam sustentationem possit aliud beneficium conferri, vel alia beneficia usque ad congruam sustentationem, vel utrum habenti vnum beneficium insufficientem possint alia duo, seu tria, vel plura beneficia conferri usque ad congruam sustentationem, quæ quidem quæstio difficilis apparet attentis verbis dicti Concilij Trident. ibi. Aliud simplex sufficiens dummodo utrumque personalem residentiam non requiratur, eidem conferre, & pro parte negativa facit primò.

Quia dictum Concilium dicit, quod aliud beneficium conferatur habenti vnum beneficium insufficienter singularitas autem ad pluralitatem referri non potest: ut clarè probatur in l. ff. ad Trebellianum, & in c. gaudemus. de diuortijs, & in c. cum in illis. in §. si. de præben. lib. 6. Innoc. in c. debitum. de bigamis, & Bald. in consil. 242. vol. 3. & Aymo Crauet. in consil. 191. num. 1. vol. 1. & probatur Genesis c. 3. in fi. Alexan. Primus Romanus Pontifex in Epistola de fide Sanctæ Trinitatis, ad probandam unitatem, & Trinitatem in Deo, & Bonifac. VIII. in extrauag. vnam sanctam, circa finem, de maiorit. & obediens. ibi. In principio, & non in principio, & in multis alijs locis dictæ extrauag. & Io. Andr. in reg. pluralitas. de reg. iur. lib. 6. in mercurialibus, & idem Io. Andr. in c. 1. de reb. eccl. non alienan. in nouella, & Io. de Imola in c. 1. de his quæ sunt à Prælat. sine consensu Capituli, & Bal. in c. inter cæteras. de rescript. & Ias. in l. cum quidam. in 2. col. C. de verb. signifi. Aduertendum tamè est, quod hoc fundamentum minimè concludit, quia quamuis singularitas, seu numerus singularis ad pluralitatem non referatur, regulariter loquendo: tamen sine dubio referatur, quando est eadem ratio in pluralitate, quæ in singularitate, ut inferrius videbitur.

26 Secundo pro hac parte facit: quia si quamuis aliàs singularitas resolui possit in pluralitate: tamen minimè resoluitur, quando aliquid requiritur pro forma, ut voluit Bald. in consilio 123. incip. Reuerendissimus pater. col. 3. vers. concludendo igitur. lib. 5. & tex. in l. Pedius. §. in seruum. cum l. seq. & in l. sicuti tribus. ff. de arbitris, & in l. Pomponius. ff. de re iudica. & not gloss. elegans in l. tertia, in §. hoc autem à superiore. ff. ad itinere, actuque priuato, & Ni-

colaus Euerardus in locis legalibus, in loco à vi numeri, ubi de hoc dicit esse text. in l. cum hi §. si Prætor. ff. de transact. & Andr. Tiraq. in re pet. legis si vnquam. in verbo susceperit liberos. C. de reuocan. donat. & in tract. de retracta. lignag. iu §. primo, in gloss. 21. num. 16. Sed sic est, quod pro forma ponitur in dicto Concilio, quod non nisi vnum beneficium vni conferatur, & si insufficientis sit, alterum, quod sufficiat ad congruam sustentationem, simul cum primo conferatur. Ergo habenti plura beneficia etiam insufficientia, aliud, seu alia conferri non possunt, nec habenti vnum beneficium in sufficiens possunt plura conferri, usque ad congruam sustentationem, sed vnum tantum est conferendum, quod sufficiat ad congruam sustentationem simul cum primo beneficio.

Tertio facit: quia cum dictum Concilium formam posuerit huius formæ omisso in qualibet parte actum vitiat, etiam in minima parte: ut inquit Anto. & Panorm. in cap. Pisanis (quod est vltimum) de restitu. spoliat. cum alijs concordantijs adductis à Fel. in cap. cum dilecta. col. 26. in vers. ampliat. de rescript. & Philipp. Dec. in c. prudentiam. in 4. notab. de offi. deleg. quod etiam verum est in actibus quantumuis fauorabilibus: ut in l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de verb. oblig. & Bald. in l. testamè tum. C. de testamentis, & in consil. 201. incip. considerandum est. lib. 5. & Ias. in consil. 191. incip. placet mihi. col. 1. lib. 2. ubi etiam dicit procedere in causis pijs, Præterea formæ aliquid addi aut detrahi minimè potest, ut inquit Bal. in l. vltima, col. 2. C. de suis, & legitimis hereditibus, neque ea quoque potest per æquipollens adimpleri: ut inquit gloss. in clem. prima, in verbo tertio, de vita, & honest. cleric. & Bar. in l. non sunt liberi. ff. de statu hominum, cum concordan. adductis ab Alex. in l. 1. col. vlt. ff. de liber. & posthum. & Fel. in cap. cum dilecta de rescript. & Hyppolit. Marfil. in consil. 27. incipien. solemnem. col. 2. & 3. in lib. 1. Sed est aduertendum, quod hoc tertium, & secundum præcedens fundamentum non virget pro hac parte negativa, quia negamus, quod verba dicti Concilij Tridentini inducant formam aliquam, sed solummodo prohibent beneficiorum pluralitatem, quando vnum beneficium sufficiens est ad congruam sustentationem.

Quarto pro hac parte negativa facit: quia 28 tria verba, quæ possunt trahi ad casum licitum, & ad casum illicitum, magis ad licitum trahi debent, ut inquit Barbatia in consil. 77. col. 1. vers. & adduco. vol. 4. Hyppolit. in consil. 2. in princ. num. primo, & quinto, Abb. in consil. 68. columna secunda, versiculo tertio probò. volumine primo, & Rom. in consilio 363. in finalibus verbis, & Ant. Gabriel. in lib. septimo comm.

commun. conclus. in conclus. secunda, numero 25. Ergo clarè sequitur, quòd quatūis verba dicti Concilii Trident. formam non inducāt, & quamvis intelligi possint de obtinentibus plura beneficia insufficientia, & de conferendis pluribus beneficijs habenti vnum beneficium insufficientem vsque ad congruam sustentationem: nihilominus referenda sunt ad hūc casum, quando quis obtinet vnum beneficium insufficientem, vel ad concedendum vnum beneficium sufficiens cum primo ad congruam sustentationem potius, quàm ad plura beneficia. Nam iniquum videtur, quòd habenti plura beneficia, etiam insufficientia, aliud, seu alia conferantur, & quòd habenti vnum beneficium insufficientem plura conferantur. Sed vnum tantum, quod sufficiat cum primo ad congruam sustentationem. Sed & hoc similiter fundamentum non concludit: quia negamus, quòd illicitum sit habenti plura beneficia insufficientia aliud seu alia conferri, quæ sufficiant ad congruam sustentationem, vel habenti vnum beneficium insufficientem alia multa beneficia, vsq; ad congruam sustentationem conferri.

Quintò pro hac parte negatiua faciunt verba dicti Concilii Tridentini ibi. liceat nihilominus aliud simplex sufficiens eidem conferri 29 quæ t quidem verba pro prima vice, seu primo actu, & pro primo beneficio sunt intelligenda, vt probatur ex vulgari text. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signific. & in l. dotis promissio. §. quod vulgatum. ff. de iure dotiū, & in l. matrimonij. ff. qui, & à quibus, & in l. si socius pro filia. ff. solut. matrim. ad quam regulam comprobendam multa adducit Alexan. in consil. 15. vol. 4. & Ias. qui infinita cumulat in l. diuortio. §. quod in anno. colum. secunda, & seq. ff. solut. matrim. & in l. duobus. §. si ei. ff. de iureiur. & in l. inter stipulantem. §. sacram. colum. 10. ff. de verb. oblig. & in consil. 36. col. fin. & Georgius Natta, qui etiam plura adducit in clemen. sepe. colum. 61. cum seq. de verbo. signific. & Fel. in cap. secundo, colum. prima, & sequen. de tregua, & pace, & in cap. constitutus colum. fin. de rescript. Guid. Pap. in quaest. 57. in fin. & Dec. in consil. 512. & in consil. 69. & Cremen. in singu. 146. & multa more solito ac cumulat And. Tiraq. in repet. l. boues. in §. hoc sermone. ff. de verbo. signific. & Ant. Gabriel. in conclus. secunda, per totam. Sed similiter hoc quartum fundamentum nihil probat pro prædicta parte negatiua. Nam ad id responderetur multipliciter, primo modo respòdetur, quòd quamuis regulariter verba pro prima vice seu actu sint intelligenda, fallit tamen primò.

30 Quando t per primum actum non satisfi intentioni disponentis. Tunc enim verba possunt intelligi pro secunda vice, seu actu,

vel pro tertia, & alijs, vsque dum satisfiat disponentis intentioni, ita Bald. in l. fideicommissa. in §. si quis. ff. de leg. tertio, & in l. iunius. in fin. C. de procuratoribus. & Roman. in consil. 54. colum. prima. & Ias. in l. cum seruus. §. si quis alicui. colum. fin. ff. de leg. primo, & Georgius Natta in clemen. sepe. in princ. col. 62. in versic. non obstat. de verb. significat. ex mente Romani in l. secunda. ff. de re iudic. & Ias. in l. diuortio. §. quod in anno. colum. fin. ff. solut. matrim. & Fel. in cap. secundo, colum. fin. in 5. fallen. de tregua, & pace, & Philipp. Dec. in consilio 22. colum. prima, & in consilio 52. columna secunda, & in consil. 562. colum. prima, & Carolus Ruin. in consil. 30. num. 8. volumine secundo, & in consilio 119. num. 14. & in consilio 203. colum. sexta, volum. secundo, & in consil. 164. columna tertia, volumine tertio, Grammat. in decis. 102. numero 84. & seq. Andr. Tiraquel. in tractat. de retract. lignag. in §. 8. in gloss. septima, numero quinto, & latius idem Andr. Tiraquel. in repet. d. §. hoc sermone. in limit. sexta, & in limit. 10. ergo clarè sequitur, quòd si per secundum beneficium, quod conferitur habenti primum beneficium insufficientem, non satisfiat intentioni dicti Concilii, nempe quòd habeat congruam sustentationem, poterit aliud tertium, & quartum, & alia etiā beneficia conferri, vsque dum beneficiarius habeat congruam sustentationem sibi, & suis: nā hæc est intentio dicti Concilii Tridentini.

31 Vel secundò respòdetur, quòd t quando ob certam causam aliquod factum exigitur, non sufficit actum primò factum esse, nisi etiā illa causa sit subsequuta, quia adhuc vltior actus erit necessarius, vt inquit Bar. in l. prima, ff. ad legem Iuliam Maiestatis, & Ioan. de Platea in l. prima, C. de nauicul. lib. 10. Antonius de Butrio in consilio 30. Panorm. in consilio secundo, in fin. de tregua, & pace, & Fely. in capitulo in literis, columna tertia, de offic. delegat. & in capitulo qualiter & quando. columna fin. de accusa, & in capitulo secundo, columna penul. in quarta limit. de tregua, & pace, & Philipp. Dec. in consil. 562. & Ioan. de Selua in tractat. de benef. in secunda parte, in quaestio. 20. & Franc. de Ripa in capitulo cum M. columna 58. de constitut. & in responso 27. libr. secundo, & Bertrand. in consilio 30. in columna tertia, volumine primo, & Ias. in l. duobus. §. si ei. columna tertia. ff. de iureiuran. Cum ergo præfatam Concil. Trident. permittat secundam beneficij collationem ob hanc causam, quòd clericus habeat congruam sustentationem, ergo clarè sequitur, quòd si per secundam collationem beneficij non fuit præfata causa subsequuta, pnt. alia collationes fieri beneficio rum, vsq; dū præfata causa fuerit subsequuta.

Et

32 Et facit: quia t quando dispositio legis seu canonis sit pro certa, & determinata causa, tunc temporis non tantum pro prima vice, & actu, sed semper durante illa causa concessio dicitur durare, vt inquit Ioan. de Platea in l. prima, columna secunda. C. de nauicul. lib. 11. & Abba. in capitulo secundo, circa finem, de tregua, & pace, & Bartol. in l. prima. columna fin. ff. ad legem Iuliam Maiestatis, Signorol. in consilio 153. columna prima, & Philipp. Dec. in consil. 562. columna prima, & Georgius Natta in clemen. sepe. in princip. colum. sexta, de verbo. signific. & ideo generaliter dicendum est, regulam locum non habere, vbicumque post primum actum viget etiam eadem ratio dispositionis. Nam tunc dispositio ad alios actus porrigitur, vt inquit Roman. in consil. 54. & Ias. in l. velut. §. hæc vox. colum. secunda, de eden. & in l. Prætor ait. §. deinde. col. ff. de nou. oper. nunciat. Vnde cum præfata fundamenta pro parte negatiua adducta, nihil probent, breuiter tenendum est pro parte affirmatiua, scilicet quòd habenti vnum, seu multa insufficientia beneficia simplicia, possit non solum vnum beneficium conferri, sed etiam multa vsque ad congruam sustentationem, pro qua parte affirmatiua facit primò.

Quia quamuis dictum concilium loquatur per numerum singularem, dicēs, nihilominus aliud simplex sufficiens eidem conferri tamen numerus singularis refertur ad pluralitatem, quando in pluribus militat eadem ratio, quæ in vno: vt probatur in l. si quis ita. §. 1. de testamentaria tutela, & in l. si quis filiabus. §. 1. vbi Ias. notat. ff. de legat. 1. & Philipp. Dec. in c. prudentiam. in §. adijcimus. col. 2. de officio deleg. & Calcan. in consil. 1. col. 20. & Crauet. in consil. 161. num. 4. vol. 1. & Amilius Maria in addit. ad repertorium Bertach. in verbo numerus, in versic. numerus singularis refertur ad plures. Cum ergo in casu nostro eadem ratio militet in multis beneficijs, quæ in vno beneficio concludendum videtur, quòd ob congruam sustentationem habenti vnum beneficium nõ solum non possit aliud conferri, sed etiam alia, & sic numerus singularis, de quo in dicto Concilio, referri debet ad pluralitatem.

Secundò facit pro hac parte affirmatiua: quia t dispositio interpretanda est, prout verisimile est, disponentem resposurum, si in terrogatus fuisset, quod procedit etiam in legibus seu canonibus: vt inquit Roman. in consilio 439. col. 1. in fin. in versic. quartò non est dubium, & decis. Neapolitana 69. numero 20. in nou. & faciunt ea, quæ supra adducta sunt in præcedentibus circa argumentum à verisimili, de quo atq; argumento latissimo sermone agit Andr. Tiraquel. in repet. l. si vnquam. C. de re-

nocan. donat. in præfat. num. 73. cum multis seq. Sed sic est, quòd si dictum Concilium Tridentinum interrogatum esset, quid agendum circa eum, qui plura beneficia simplicia insufficientia tamen obtinet, sine dubio responderet, quòd possent alia beneficia vsque ad congruam sustentationem eidem conferri, & similiter idem responderet de eo, qui vnum beneficium insufficientem habet, quod possent plura eidem conferri, quando secundum non esset sufficiens ad congruam sustentationem. Nam dictum Concilium hoc prætidet, quòd beneficiarii habeant congruam sustentationem.

Tertio facit pro hac parte affirmatiua, quia 35 t legum seu canonum correctiones sunt vitandæ, ut probatur in cap. cum expedit. de elec. libro sexto, & dispositio correctoria non est extendenda ultra casum, de quo loquitur, vt tenet Iacob. de Rauena, Petrus, & Cynus in l. nõ sine C. de bonis, quæ liberis, per illum text. quod dictum pro singulari refert, & sequitur. Soc. in consilio 15. columna 21. in versic. benefacti, numero 38. libro primo, & Ioannes de Anania in consilio 27. columna secunda, per text. in l. fin. C. de sacrosanct. eccles. iuncta aucten. quas actiones. cum multis similibus. Sed sic est, quòd de iure comuni antiquo licitum erat habere plura beneficia, quæ residendam non requirunt, siue duo, siue tria, vel plura, quando sunt omnia necessaria ad congruam sustentationem, hoc autem non derogat dicti Concilium Tridentinum, ergo debet manere ac licitum esse. Imo potius dictum Concilium Trident. hoc videtur confirmare ponderando prout supra ponderauimus.

Quartò, & vltimò pro hac parte affirmatiua facit: quia t videmus, quòd hæc opinio recepta est, & approbata stylo Curie Romanæ, Nam videmus, quòd post publicationem dicti Concilii Tridentini, & eius confirmationem Romani Pontifices, nempe bon. memo. Pius III. ac Sanctæ memo. Pius V. ac sanctissimus Dominus noster Gregorius XIII. concesserunt sæpius, & sæpissime vni beneficiario multa beneficia simplicia residendam non requirantia simul.

37 Et t quamuis regulariter exemplis non sit iudicandum, ut probatur per Specul. in titulo de disputat. in §. quarto, ante versic. per legem nemo. C. de senten. & Baldus in rubr. C. quæ sit longa consuetudo, & idem Specul. in titulo de senten. in §. quinto, versic. debet. & Fely. in capitulo secundo, de præsumpt. & in capitulo in causis. de re iud. in fin. & in capitulo à nobis. de senten. ex com. ad fin. & Phil. Dec. in consilio 420. numero nono. Tamen exemplis Principum rectè iudicare possumus, & ita venit limitandus text. in l. nemo. C. de senten.

senten. qui dicit, legibus, & non exemplis iudicandum esse. Ita tenet gloss. in cap. fin. 20. di. finct. & probatur in c. qualiter & quando. de accusat. il secundo, & in capitulo Deus omnipotens, secunda quaestione prima, & tenet Abba. in capitulo afferre. de praesumpt. Tandem nemo dubitat, quod stylus Curiae Romanae ius faciat, ut probauimus supra in prima parte, in capitulo secundo, numero septimo. Ex quibus omnibus clarè probatur, quod habenti plura beneficia insufficientia possunt aliud, seu alia conferri usque ad congruam sustentationis congruam, & similiter habenti vnum beneficium insufficiente, possunt etiam alia multa conferri usque dum sit congrua sustentatio beneficiarum ex eorum redditibus.

38. Considerem tamen omnibus, qui possunt commodè expectare aliquod beneficium sufficiens vnum tantum, quod non accipiant aliquod, seu aliqua beneficia insufficientia ad congruam sustentationem: ut enitetur in eis pluralitas, & cessent eiusdem pluralitatis inconuenientia, quae supra enarrauimus in secunda opinione, maxime attendendo, quod beneficium insufficiente respectu personae vnius beneficiarii potest esse sufficiens respectu alterius beneficiarii, & sic qui accipiat beneficium insufficiente, quando commodè expectare potest aliud sufficiens, defraudat alium beneficium eodem beneficio, quod quidem illi erit sufficiens.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Plura beneficia simplicia, quae residentiam non requirunt cum vno, quod residentiam requirit, licet habere, & quo pacto id procedat.
- 2 Cardinalatus potest obtineri cum alijs beneficijs simplicibus.
- 3 Beneficia tenuia non sunt Cardinalibus conferenda.
- 4 Cardinali conferri non debet beneficium, quod personalem residentiam requirat.
- 5 Cardinalis non potest obtinere beneficia incompatibilia.
- 6 Dignitas potest obtineri cum simplicibus, quae residentiam non requirant.
- 7 Officium ecclesiasticum potest obtineri cum alijs beneficijs simplicibus, quae non requirunt residentiam.
- 8 Personatus potest obtineri cum alijs beneficijs, quae residentiam non requirunt.
- 9 Canonatus potest cum simplicibus non requiritur residentiam beneficijs obtineri.
- 10 Canonatus cathedralis, seu collegiatae cum parochiali ecclesia non potest obtineri.
- 11 Portio obtineri potest cum beneficijs simplicibus residentiam non requiruntibus.

- 12 Canonatus cum portione de iure communi obtineri non potest.
- 13 Ecclesia parochialis cum simplicibus non requiritur residentiam obtineri potest.
- 14 Ecclesia parochialis actu potest obtineri cum beneficio curato habitu & potentia tantum & non actu.

De compatibilitate multorum beneficiorum, quorum vnum tantum residentiam requirit, alia verò non. Cap. I. I.



RÆSVPOSITA beneficiorum ecclesiasticorum insufficientia ad sustentationem congruam, non tamen solum licitum est plura simplicia beneficia, quae residentiam non requirunt, prout supra in praecedenti capitulo satis, superque ostensum est, obtinere, sed etiam licitum erit plura obtinere beneficia, quorum vnum solummodo residentiam personalem requirit, cætera verò non, quod clarè probatur ex adductis in proximo capitulo. Nam residentia, quae in vno tantum necessaria est, nullo modo impedire potest aliorum retentionem residentiae ratione. Nam cum eadem residentia in vno tantum sit necessaria, in alijs autè minime, in eo, in quo est necessaria residentia, tenetur beneficiarius residere, in alijs autem non, & ita ratione residentiae in hoc casu nullo modo prohiberi potest praefata pluralitas. Et cum praefata multitudo beneficiorum praesupponatur, quod sit necessaria ad congruam sustentationem, ex multitudine etiam non potest considerari incompatibilitas: ut manifestè apparet ex his, quae in praecedenti capitulo dicta sunt. Tandem hoc clarè probatur in dicto Concilio Tridentino in sess. 24. capitulo 17. ibi. Vt imposterum vnum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur quod quidem si ad vitam eius, cui confertur, honestè sustentandam non sufficiat: nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Ex quo text. clarè patet, quod beneficiorum pluralitas permittitur, quando vnum beneficium non est sufficiens ad congruam sustentationem, hac expressa conditione, quod vtrumque beneficium personalem residentiam non requirat. Ergo clarè probatur, quod si alterum tantum beneficium residentiam requirit, & non vtrumque, licitè possunt

sunt plura beneficia obtineri. Nā vnus inclusio alterius est exclusio, vt probatur ex vulgari textu in l. cum Praetor, cum multis similibus. ff. de iudicijs.

Ex qua quidem conclusione multa inferuntur. Primò inferitur, quod Cardinalatus optimo iure potest obtineri cum alijs multis beneficijs simplicibus, quae quidem personalem residentiam non requirunt, vsque ad congruam sustentationis ipsius Cardinalis. concursum attendita qualitate ac dignitate Cardinalis. Nam licet Cardinalatus residentiam requirat, de iure communi loquendo, in Ecclesia Romana: tamen ex quo alia beneficia simplicia residentiam personalem non requirunt, licitè possunt obtineri à Cardinale, vt supra adductum est.

Est tamen aduertendum, quod beneficia tenuia non sunt Cardinalibus conferenda, quorum quidem annui redditus sunt ducentorum coronatorum; nam in spectu ipsius Cardinalis persona beneficium ducentorum tenue dicitur, & ideo prohibitum est Cardinali conferri: vt probatur ex Concilio Lateranensi celebrato anno secundo Pontificatus Leonis X. quae sanè constitutio ea ratione edita creditur, ut pauperibus de his beneficijs tenuibus prouideatur, quemadmodum scribit Cassad. in decis. secunda, de preben. & Rebuff. in praxi benef. in titulo de rescript. in forma communi, num. 21. Nam si de istis beneficijs tenuibus possit Cardinalibus prouideri, requireretur maxima beneficiorum multitudo ad hoc, vt possit deduci congrua sustentatio ex eorum redditibus attendita qualitate ipsius Cardinalis, & quod maximis sumptibus eger, & expensis pro se ac sibi necessarijs familiaribus.

Deducitur praeterea & secundò, quod Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae non potest conferri simul cum praefatis beneficijs simplicibus vnum tantum beneficium, quod residentiam requirat: nam cum Cardinalatus residentiam requirat, vt dictum est, iam sequeretur incompatibilitas clara, si aliud beneficium, quod residentiam requiret, eidem posset conferri: sunt enim (de iure communi loquendo) incompatibilia duo beneficia, quando vtrumque personalem residentiam requirit, vt satis ostensum fuit supra in 1. parte c. 17. & probatur etià clarè in dicto Concilio Tridentino sess. 24. capitulo 17. ibi. Dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, & praeterea beneficia, quae personalem residentiam requirant, conferenda non sunt de iure communi eis, qui residere non possunt, vt probatur in capitulo quia nonnulli, & in c. relatum, & in capitulo cum ad hoc. de cleric. non resid. & in Concil. Trident. sess. 7. cap. 3.

Et praeterea facit: quia Cardinalis non potest

test beneficia incompatibilia de iure obtinere, vt inquit Abb. in c. Ecclesia. il secundo, num. 3. de elect. quam opinionem sequitur Fely. in c. ad aures. num. n. de rescript. & in cap. quod su per his. de fid. instrument. & Gomez. in proemio regularum Cancellariae. quæst. 4. versic. ex quo inferitur, & in reg. de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, in quæst. 12. & clarè probatur in Concil. Trident. in sess. 24. in cap. 17. ibi. Quod in quibuscumque personis quocumque titulo etiam si Cardinalatus honore fulgeant, mandatur obseruari &c. & idem tenet Petrus Duen. in tract. regul. & fallen. in regul. 71. ampliat. tertia.

Tertiò inferitur ex praedictis, quod dignitas potest optimè obtineri cum alijs simplicibus beneficijs, quae nullam personalem residentiam requirunt, quando dignitas ipsa per se non est sufficiens ad congruam sustentationem clerici, qui eam habet. Vel quando praedicta beneficia seu vnum ex eis non sunt sufficientia. Et est ratio: quia quamuis dignitas de iure communi residentiam personalem requirat: quia habet animarum curam, vt supra dictum fuit in prima parte. in capitulo septimo, numero 6. Tamen ex quo alia beneficia simplicia nullam personalem residentiam requirunt, possunt simul obtineri cum dicta dignitate, & clarè patet ex praefatis.

Quartò ex praedictis inferitur, quod officium ecclesiasticum potest obtineri de iure communi cum alijs beneficijs simplicibus, quae nullam personalem residentiam requirunt, quoad redditus ipsius officij, vel vnus, seu omnium beneficiorum simplicium non sufficientiunt ad congruam sustentationem ipsius clerici, qui ea obtinet. Nam quamuis officium residentiam personalem videatur requirere, ex eo quod habet administrationem ecclesiasticarum rerum, vt dictum fuit supra in prima parte, capitulo 8. num. 2. & tertio. Et quia hodie omnia beneficia etiam simplicia existentia intra ecclesias Cathedralis, & collegiatae residentiam requirunt, ut supra dictum est in prima parte capitulo 17. nu. 2. & 3. Tamen ex quo alia simplicia residentiam non requirunt, possunt simul obtineri.

Quintò ex praedictis inferitur, quod personatus potest optimè de iure communi cum alijs multis beneficijs simplicibus, quae nullam residentiam requirant, obtineri, quando redditus ipsius personatus, vel vnus, seu omnium beneficiorum simplicium non sufficientiunt ad congruam ipsius clerici, qui personatum obtinet sustentationem. Nam quamuis personatus de iure communi residentiam requirat: ut deducitur ex supra adductis in capitulo decimoséptimo, numero secundo & tertio, in

prima parte. Tamen ex quo reliqua simplicia nullam residentiam personalem requirunt possunt simul obtineri cum prædicto personatu, ut deducitur ex præfatis.

9 Sexto ex præfatis inferitur, quod ꝑ canonicatus Ecclesiæ Cathedralis seu collegiatae potest haberi de iure cõi cum aliis beneficijs simplicibus, quæ nullam personalem residentiam requirant, quando redditus ipsius canonicatus, uel redditus præfatorum beneficiorum simplicium non sufficiunt ad congruam sustentationem canonici, qui ea obtinet. Nam quamuis canonicatus de iure communi residentiam requirat, ut supra dictum fuit in prima parte in capitulo 17. numero tertio. Tamen ex quo alia simplicia beneficia, quæ cum eo simul obtinentur, residentiam personalem non requirant, possunt licite obtineri, & ita in specie tenet Lap. in alleg. 116. num. 5. & ita tenendum est.

10 Septimo ex præfatis inferitur, quod ꝑ non potest quis habere canonicatum Ecclesiæ Cathedralis, seu Collegiatae, & Ecclesiam seu beneficium curatum: quia beneficium curatum & canonicatus sunt incompatibilia ratione residentia. Nam, prout supra diximus in prima parte in capitulo 17. duo beneficia residentiam personalem requirunt sunt incompatibilia, at verò canonicatus personalem requirit residentiam, ut probatur ex his, quæ supra in dicto capitulo 17. adducta sunt numero tertio, & similiter curatum beneficium personalem requirit residentiam, ut fuit resolutum in dicto capitulo 17. numero 2. Imo non ualet cõsuetudo, quod in curatis Ecclesijs non faciat quis personalem residentiam, ut ibi dictum fuit, numero 22. Ergo clarè sequitur, quod de iure communi loquendo sunt incompatibilia canonicatus, & beneficium curatum, & ita tenendum est, quamuis Petrus Rebuff. in praxi benef. in titulo de dispensat. ratione ætatis, in uerbo incompatibilia, numero octauo, dicat quod canonicatus, & beneficium curatum sunt compatible, adducens doct. gloss. & scribentium in capitulo gratia. de rescrip. libro sexto, & Nicol. Mil. in repert. in uerb. benef. in quest. 51. cuius opinio saluari potest attenda consuetudine Italiæ. Nam in Italia canonicatus non requirunt personalem residentiam: ut inquit Cæsar Lambert. in tract. de iure patron. in prima parte secundi libri, in questione septima, in articulo 15. numero tertio, dicens quod hæc consuetudo est à iure approbata, per text. simul cum gloss. in capitulo cum omnes. de cõstituitur. & ibi sequuntur doct. & gloss. in capitulo dudum, de præbend. & gloss. in clem. gratia, de rescrip. & in capitulo gratia, eodem titulo libro sexto.

11 Octauo ex præfatis inferitur, quod ꝑ portio Ecclesiæ Cathedralis seu collegiatae potest simul obtineri cum alijs beneficijs simplicibus, quæ nullam personalem residentiam requirunt. Nam quamuis portio de iure communi loquendo personalem residentiam requirat, ut probatur in c. ad hoc. de clericis non resid. ibi. abentes canonicos, & assisios reuoces ad residentiam in ecclesia supra dicta. & ibi not. gl. in uerb. assisij, & de iure nouissimo Cõcil. Trident. in sess. 24. in c. 12. ibi. Præterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus aut collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas aut portiones &c. Tamen ex quo præfata beneficia simplicia nullam personalem requirunt residentiam, & eorum fructus per se, seu portiones præfate per se non sufficiunt ad congruam sustentationem, possunt licite simul obtineri, ut ex supra deductis patet.

12 Non tamen est omittendum, quod ꝑ canonicatus simul cum portione siue in eadem Ecclesia, siue in alia, de iure communi loquendo obtineri non potest: quia sunt inuicem incompatibilia ea ratione, quod canonicatus per se residentiam requirit, & portio similiter per se requirit residentiam, ut iam dictum est, & ita tenendum est, quamuis Quintil. Mandos. in praxi signature gratie, dicat, quod canonicatus, & portio in eadem ecclesia sunt incompatibiles, & ita dicit fuisse conclusum à Rota de mense Martij 1543. in vna Carthaginen. portionis, & assignat rationem, quod non datur incompatibilitas nisi in casibus à iure expressis, prout inquit Cardin. in consi. 3. incip. circa elucidationem. post prin. quod declarat Staphil. in tract. de literis gratie, & iustitig. super signatura de qual. & stat. benef. in uerb. circa istam incompatibilitatem, sed negari non potest, quod de iure communi loquendo canonicatus, & portio sint incompatibiles ratione residentia, ut apparet ex supra adductis in 1. par. in c. 17. Vnde dicendum est, quod sententia Rotæ, & Mandosij saluari potest, prout supra fuit saluata opinio Petri Rebuffi, scilicet quando attenda consuetudine, canonicatus, seu portio residentiam non requireret, quæ consuetudo, ut iam dictum, à iure approbatur, ut diximus in d. c. 17. num. 4. cum seq.

13 Nono ex prædictis inferitur, quod ꝑ parochialis ecclesia cõ alijs beneficijs simplicibus, quæ nullam requirunt residentiam, vel cõ capellanijs possunt licite obtineri, quando eorũ fructus per se, seu fructus dictæ ecclesiæ parochialis non sufficiunt ad congruam sustentationem ipsius beneficiarij. Nã quãtis parochialis ecclesia necessariam requirat residentiam: ut dictum fuit in d. c. 17. nu. 21. cum seq. Tamẽ ex quo reliqua beneficia simplicia personalem residentiam non requirunt, possunt simul obtineri, ut ex supra dictis apparet, & ita in specie tenet Lap. in alleg. 116. num. 6. & ibi eius ad ditionator Quintil. Mandosius, & ita tenendum est.

14 Decimo ex præfatis inferitur, quod ꝑ ecclesia parochialis potest simul obtineri cum alio beneficio curato in habitu, & potentia, & non in actu, vel cum alijs eiusdem qualitatis, quando redditus præfatae Ecclesiæ parochialis, vel præfatorum beneficiorum habitu curatorum, non sufficiunt ad congruam sustentationem beneficiarij, quod verum est, donec prædicta beneficia habitu, & potentia curata ad actum curæ reducuntur, ita tenet Abb. Panor. ubi alios doctores adducit in capitulo de multa, numero 24. de præben. pro qua opinione est gloss. in capitulo licet canon. in uerb. parochialis, de election. lib. sexto, & idem uult gloss. in uerbo collegiatis in cap. statutum. de electio. lib. 6. pro qua opin. est tex. in cap. pastoralis. 7. q. 1. Tandem ita tenet Petr. Duen. in tract. reg. & fallen. in reg. 7. in fallen. quarta, & omnino uidentia sunt ea, quæ supra dixi in prima par. in capitulo 13. num. 10. 11. & 13. Et de his etiam dicendum erit latè infra in capitulo sexto, per totum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Vnio quid sit.
- 2 Vnio quibus modis fit.
- 3 Vnio, incorporatio, annexio, suppressio, extinctio, applicatio, dismembratio, quid significant & in quo differant.
- 4 Quando fit unio, denominatio debet fieri à digniori.
- 5 Quæ dicatur ecclesia accessorie vnita.
- 6 Quæ beneficia uniri possunt.
- 7 Quis possit facere uniones.
- 8 Ex quibus causis possint beneficia uniri.
- 9 Quæ solemnitas requiritur in unione.
- 10 Plura beneficia simul unita de iure obtineri possunt.
- 11 Beneficium unitum non dicitur beneficium.
- 12 Beneficium unitum non potest impetrari sine mentione unionis.
- 13 Vnio potest induci mediante prescriptione, & num. 14.
- 14 Habens beneficium unitum non necessatur recipere ordinem alijs annexum beneficio unito.
- 15 Vnio facta sine causa utrum sit nulla ipso iure, ubi pars affirmatiua.
- 16 Quod unio non sit nulla ipso iure, patet ex adductis hoc num.
- 17 Concordia inter prædictas opiniones ponitur,

& num. 19.

20 Vnio quæ non fuit sortita effectum, censetur reuocata & nulla.

21 Quando dicatur unio suum sortiri effectum.

De compatibilitate multorum beneficiorum simul unitorum, vel ab uno dependentium beneficio, seu alteri adherentium.  
Cap. I I I.



T facilius intelligantur ea, quæ dicturi sumus circa hæc multorum beneficiorum pnam unionis compatibilitatem, præmittendum est primò. Quod ꝑ unio nihil aliud est, quàm beneficiorum, seu Ecclesiarum ab Episcopo, uel ab alio superiore facta annexio ad tempus, vel imperpetuum. quæ definitio approbatur à scribentibus in hac materia loquentibus. dixi beneficiorum, quia nõ fit unio, nisi sint plura beneficia, sicut nec optio: ut probatur in l. prima, & per totum ff. de optione legata; & idco in plurali dixi beneficiorum: quia pluralis numerus duo ad minus requirit, ut probatur in l. ubi numerus. ff. de testibus, & in reg. pluralis. de regul. iur. lib. sexto. Itaque siue duo beneficia annexantur, simul, siue duo uel plura uni, hic comprehenduntur: ut in capitulo exposuisti. de præben. ubi plures capellæ uniantur uni Ecclesiæ, & probatur in Concil. Trident. in sess. 24. capitulo 13. & in capitulo 15. ubi præcipitur, beneficia simplicia uniri parochialibus Ecclesijs, ac cõ Cathedralibus, seu collegiatis. Dixi, beneficiorum, seu ecclesiarum: quia beneficium est terminus generalis omnia comprehendens beneficia maiora, vel minora, regularia, & secularia, dignitates, & personatus ac officia, ut notant scriben. in capitulo primo, de regul. iuris libro sexto, & in capitulo extirpanda. in §. qui uerò. de præb. & Petrus Rebuff. in praxi benef. in titulo quid sit, & quot modis dicatur beneficium, in principio. Verum quia nomine beneficij regulariter non uenit, seu comprehenditur culmen dignitatis, id est Episcopatus: ut inquit gloss. in capitulo secundo, de præben. libro sexto, & tamen duo Episcopatus uniri possunt, ut probatur in capitulo de cleras. cum sequen. 16. quæst. prima, ideo ad tollendum dubium dictum fuit, ecclesiarum, quæ dictio comprehendit etiam quamlibet ecclesiam, ut notant scriben. in c. si. ne Prælati uices



suas, & sic cessat difficultas illa, quæ beneficia vniri possunt. Nam omnia regulariter etiam Episcopatus, & Archiepiscopatus, si ratio subfit, vniri possunt, vt probatur in dictis iuribus, & inferius dicemus. Dixi ad tempus seu imperpetuū: quia vnio, & ad tempus & imperpetuū fieri potest, vt notant scribentes in capit. 1. ne sede vacante, & Petr. Paul. Paris. in consil. 5. num. 3. in 4. vol. hodie autem attento Concilio Tridentino prohibetur hæc vnio beneficiorum ad vitam: quando sunt vnita beneficia aliis incompatibilia, & clarè probatur in Concilio Tridentino in sess. 7. c. 4. de reformat. ibi. Quicumque decetero plura curata, aut aliis incompatibilia beneficia ecclesiastica siue per viam vnionis ad vitam &c. & in sess. 24. c. 17. ibi. Illi verò, qui in præsentia plures parrochiales ecclesias, aut vniam Cathedralem, & aliam parrochiam obtinent, cogantur omnino, quibuscumque dispensationibus, ac vnionibus ad vitam non obstantibus, vna tantum parrochiali, vel sola Cathedrali retenta, alias parrochiales infra spatium sex mensium dimittere, alioquin tam parrochiales, quàm beneficia omnia, quæ obtinent ipso iure vacare censentur. Et sic duplex est vnio perpetua, & temporalis. Perpetua ea est, quando exprimitur, vt perpetuò duret, vt probatur in cap. exposuisti. ibi de capellis imperpetuum annectendis. de præbend. vel quando dicitur ad perpetuam rei memoriam, aut quando fit ad beneplacitum sedis Apostolicæ, vt in cap. si gratiose. de rescrip. lib. 6. Vel si fiat contemplatione ecclesiæ, vt in cap. 1. ne sede vacante, quæ non motitur, ut probatur in d. cap. si gratiosè. de rescrip. lib. 6. & quando est perpetua vnio, dici solet in vnione, imperpetuum vnimus &c. Et ideo ipsa vnio videnda erit, antequam de ea iudicetur, argumen. tex. in l. vt responsum. C. de transact. Temporalis autem vnio dicitur, quando fit ad tempus, vt pote ad vitam eius, cui conceditur, & sic contemplatione personæ, & ita per eius mortem expirat, argumento tex. & eorum, quæ notant scribentes ibidem in cap. quoniam Abbas. de offic. deleg. in dubio autem prædicta vnio censetur facta potius contemplatione ecclesiæ, quàm personæ. Nam magis ecclesiæ fauèdam est, quàm personæ, vt probatur in cap. requisisti. de testamentis, vbi legatarum præsumitur contemplatione ecclesiæ potius factum, quàm personæ, si contrarium non apparet, & ibi notat gloss. in verb. nec est, quàm sequuntur Abba. & communiter scribentes ibidem, vt inquit D. d. de Couarr. ibidem numer. 8. & facit doct. Oldrad. in consil. 157. incip. factum tale est, columna secunda.

2. Secundo præmittendum est, quòd sunt beneficia, seu ecclesiarum tribus modis

potissime fit. Primo modo fit vnio, ita vt ex duobus beneficijs vnum fiat, vt probatur in d. c. decimas. prope fin. 16. q. 1. ibi. sicut enim Papa duos Episcopatus in vnum potest reducere, vt notat gloss. in d. c. 1. ne sede vacante. Vt pote si sunt duæ parrochiales proximæ, vicinæ, destructæ per bellum vniri poterunt, vt vna fiat ex duabus, & priuilegia data uni competent & alteri, ut declarat prædicta gloss.

Secundo modo fit vnio, ita vt ecclesia una alteri subijciatur, & tunc illa ecclesia, cui fit vnio, erit superior, & principalis, unita verò erit inferior, & accessoria, & dicitur ab illa dependere, seu illi adherere: habet tamen ecclesiæ priuilegia, cui unitur, & probatur in cap. recoleritis. in fin. de statu monac. Et postea si quis velit impetrare hæc duo beneficia, oportet, quòd exprimat principale, aliàs si accessorium non ualet impetratio, quia illud non nacat, cū sit alteri unitum, neque in vim illius clausule, quòd maior expressio fieri possit posita in supplicatione poterit corrigi, & ita practicatur de stylo curiæ Romanæ, ut inquit Petr. Rebuff. in praxi benefic. in tit. de unionibus, num. 13. argumento eorum, quæ notantur in l. cum principalis. ff. de reg. iur. & in reg. accessorium. eodem titulo libro sexto, nec opus est in impetratione principalis ecclesiæ es primere beneficiū unitum accessorie. Secus autem si equè principaliter unitur. Ita tenet gloss. & ibidem scribentes, de rescrip. lib. 6. & doctores in cap. super eo. de præben. lib. 6. & Anchar. in regul. accessorium. de reg. iur. lib. 6. & decis. Rotæ 319. incipiens, nota quòd ubi, in antiquis.

Tertio modo fit vnio duarum ecclesiarum ita, ut utraque maneat Episcopatus, vel parrochialis, sicut erat, & tunc dicitur equè principalis utraque ecclesia, sed vnus erit Episcopus vel Rector utriusque ecclesiæ, & tunc quilibet sua habebit priuilegia, & statuta, ut inquit gloss. & scribentes in c. temporis. 16. q. 1. Bart. & alij scribentes in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignorat. actio. prout accidit in Episcopatu Viterbij, & Tuscanellæ, & cum Episcopus rescribit super concernentibus iurisdictionem, & administrationem Episcopatus Viterbien. (ut audio) se nominat Episcopum Tuscanellæ, & Viterbiensem, & Tuscanellæ. Et sic e contrario, si pro concernentibus Tuscanellæ Episcopatum, se inscribit Episcopum Tuscanellæ, & Viterbij. Imo tales Episcopatus sic uniti aliquando subsunt diuersis Metropolitanis, ut inquit Innocentius in capitulo primo, ne sede vacante, in principio tertij modi, & ita præfatos tres modos unionis assignat gloss. magistra in capitulo temporis, decimafexta, questione prima, & Innocentius in capitulo primo, ne sede vacante, sed Hostien. in summa illius tituli, in

in versiculo quot modis fiat vnio. Inquit, quòd prædicta vnio fit quinque modis, quos etiam refert, & sequitur Caccialup. in tractat. de union. in secundo articulo. Sed hi quinque modi ad tres præfatos reduci possunt, & ita solummodo tres modos unionis refert Petr. Rebuff. in praxi benefic. in tit. de unionibus, num. 11. cum seq.

3. Tertio præmittendum erit, quòd sunt plura nomina, quæ idem videntur significare, scilicet vnio, annexio, incorporatio, suppressio, extinctio, applicatio, dismembratio. Tamen diuersa sunt: quia nominum diuersitas inducit diuersitatem rerum, & nomina debent conuenire rebus: ut probatur in l. si idem C. de codicillis, in §. est & aliud. institut. de donat. ubi gloss. allegat concordantias, & hæc diuersitas in præfatis nominibus tripliciter considerari potest.

Primo suppressio, extinctio, & dismembratio ualde differunt ab unionibus, annexionibus, incorporationibus, & applicationibus.

Secundo uerbum, dismembratio, ualde differt ab omnibus alijs.

Tertio aliqua ex præfatis nominibus, quæ inter se consona videntur, habent tamen aliquam dissonantiam. Ideo breuiter dicendum, quòd vnio nomen est generale continens sub se plures species, ueluti suppressionem, & extinctionem, tanquam requisita antecedentia. Vnde dicendo unionem in suo amplo, & potiori significatu, intelligimus etiam suppressionem, & extinctionem tanquam antecedentia seu præambula ad unionem perficiendam, ut in l. ad rem mobilem. ff. de procuratoribus, & in l. oratio. ff. de sponsalibus, & potest et dici, quòd non fiat inter se, ut genus, & species, sed ut totum, & pars, prout dicimus de domo, & partibus. Vel potest dici, quòd vnio illas contineat tanquam accessorias, & in consequentiam. Nam si fit vnio in suo potiori significatu nempe in 1. uel 2. modo supra assignatis, præsupponitur, quòd supprimatur, & extinguatur primum beneficium, & illius denominatio, cum illud, quòd unitur, summat naturam illius, cui fit vnio, prout declarat Innoc. in d. c. primo, ne sede vacante, in si. tertij modi, & hoc modo species seu membra requisita unioni erunt annexio, applicatio, subiectio, & incorporatio, & ista inter se ualde differunt. Nam annexio, & applicatio minus operantur, quàm subiectio: nam (ut prædicti scribentes declarant) potest fieri vnio, applicatio seu annexio, & tamen non adierit subiectio: quia quòd liber beneficium, siue quilibet dignitas, uel ecclesia retinebit sua iura, & suas præeminencias, uidelicet quando vnio fit tertio modo supra relato. Sed text. in capitulo sicut unitur. de excessibus Prælat. post principium ponit

pro eodem unionem, & subiectionem, & similiter annexio, & vnio pro eodem ponuntur per Bald. & Fely. in capitulo translatio. de constit. Tamen incorporatio omnia penitus complectitur: quia tunc est unum tantum corpus, & unum de altero efficitur, ut inquit Bar. in l. si conuenerit, secunda, in §. si nuda ff. de pignorat. actio. Baldus & Fely. ubi supra, & pulchrè Alexan. in consilio 114. incip. in causa, & lite. uolum. quarto, numero 19. & 20. ex quibus sequitur, quòd præfata uerba comprehendunt omnes modos, & species, seu qualitates unionis, & propterea tot uerba fuerunt inuenta in hac materia unionis, ne esset locus alicui disputationi, & ideo præfatis uerbis omnibus usus est tex. in regu. 12. Cancellariæ de reuoc. unionum, quæ non sunt sortitæ effectum. Illud autem uerbum dismembratio, potest duobus modis intelligi, uno de beneficijs, quæ alteri uniuntur, & sic prius dismembrantur, uel secundo modo potest intelligi de dissolutione unionum, in qua quidem eadem iura seruari debent, quæ in unionibus, ut inquit Caccialup. in dicto tractat. unionum, in nono articulo.

4. Quarto erit aduertendum, quòd si quando fit vnio, nominatio fieri debet digniori, ut probatur in l. queritur. ff. de stat. hominum & in capitulo ex literis. de iure patris. & eo casu beneficiarius in uno beneficio poterit expedire negotia alterius, ut inquit Innoc. in capitulo nouit. de offi. deleg. Et ita dignum non debet uniri minus digno, & ita parrochialis ecclesia non debet uniri capellanæ, sed e contrario sic, ut in capitulo exposuisti. de præbend. & in capitulo super eo. eodem titulo, libro sexto, de auctoritate tamen Papæ si fiet, ualida esset, argumen. text. in §. si tamen. institut. de rerum diuisione, & in capitulo secundo, de præbend. libro sexto. ecclesia tamen parrochialis potest uniri Canonicatui ecclesiæ Cathedralis: quia ille Canonicatus dignior dicitur, argumen. text. in capitulo extirpandæ. in §. qui uerò. de præbend. Nam Canonici ecclesiæ Cathedralis dicuntur pars ecclesiæ, ut probatur in capitulo requisisti. de testamentis. Et hi cum Episcopo tractant negotia totius Episcopatus, ut probatur in capitulo primo, & in c. nouit. & per totum, de his, quæ sunt à Prælat. sine consensu Capituli.

5. Et quando dubitatur, utrum sit vnio sit vnita accessorie, aut equè principaliter: tunc temporis si minus dignum est digniori annexum. Illud dicitur accessorium, argumen. text. in c. quod in dubijs. de consecra. eccle. uel quando hoc ita factum est, ut accessoria ecclesia illa sit, argu. text. in §. si tamen. institut. de rerum diuisione, quòd si non apparet unum beneficium

esse altero dignius: tunc temporis dicitur vtrūque beneficium æquè principale, teste Panor. & scriben. alijs in c. extirpanda. in §. qui verò de præben. nisi ex consuetudine aliud seruetur. Tunc enim est attendenda tanquam optima interpret. vt in l. si de interpretat. ff. de legibus.

6 Quintò erit præmittendum, quòd ꝑ omnia beneficia, & ecclesiæ tam maiora quàm minora vniri possunt. Nam cum supra in definitione dixerimus, beneficiorum, seu ecclesiarum, præfatà locutio indefinita æquipollere vniuersali: vt probatur in cap. vt circa. de elect. lib. 6. & supra dictum est in precedentibus, & de beneficijs simplicibus, quòd vniri possunt, probat text. in Concil. Trident. in sess. 24. in capitu. 13. ibi. Liceat Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquando simplicia beneficia, non tamen regulata ijs vnire, & de beneficio curato probat text. in cap. extirpanda in §. qui verò. ibi. Nisi forte dignitati, vel præbendæ parochialis ecclesiæ sit annexa, de Episcopatu est text. expressus in c. decimas. & in c. & temporis qualitas. & in capitulo postquam. 16. quæst. prima, & ita resoluit Petrus Rebuff. in reg. 21. de vnionibus, in gloss. secunda, in praxi beneficiorum. Hodie autem attempto Concilio Trident. in sess. 14. in capitulo 9. prohibentur vniones beneficiorum vnus diocesis cum beneficijs, monasterijs, collegijs, vel locis pijs alterius diocesis. Et præterea ex eiusdem Concilij Trident. statuto prohibentur omnino vniri Ecclesiæ parochiales monasterijs quibuscumque, aut Abbatijs, seu dignitatibus, siue præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel collegiatæ, siue alijs beneficijs simplicibus, aut hospitalibus, vel militijs. Vniones tamen de præfatis parochialibus antea dictum Concilium facta sustinentur & permittuntur: non tamen prohibentur vniones parochialium ecclesiarum cum alijs Ecclesijs parochialibus. Ita disponitur in dicto Concilio Tridentino in sess. 24. capitulo 13. de reform. ibi. In vnionibus verò quibuslibet, siue ex supra dictis, seu alijs causis faciendis, Ecclesiæ parochiales monasterijs quibuscumque aut Abbatijs, seu dignitatibus, siue præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, siue alijs beneficijs simplicibus, aut hospitalibus, militijsve non vniantur, & quæ vnita sunt reuidentur ab ordinarijs.

7 Sextò erit præmittendum, quis ꝑ possit facere vniones prædictas. Et breuiter respondendum est, quòd vniones Episcopatum fieri debent à Romano Pontifice: vt clarè probatur in d. capitulo decimas. 26. quæst. prima, & text. in extrauag. saluator. inter communes, in titulo, de præbendis. Episcopus verò potest vnire Ecclesias, seu beneficia suæ diocesis, vt pro-

batur in capit. sicut vnire. de excessib. Prælatorum, & in capit. quod translationem. de offic. legat. & clarè probatur in Concil. Trident. in sess. 21. in cap. 5. quòd intelligendum est, præterquam si beneficia sint exempta à iurisdictione Episcopi: Tunc enim vnio pertinet ad Romanum Pontificem, vt probatur in cap. fin. de confirmat. vtili, vel inutili. In hac tamen vnione accedere debet consensus Capituli Ecclesiæ Cathedralis, vt inferius dicitur. Sed nihilominus Romanus Pontifex potest similiter vnire beneficia cuiusvis diocesis quia ipse habet plenariam potestatem in beneficalibus; vt probatur in capitulo secundo, de præbendis. lib. 6. & in clem. prima, vt lit. pend. & supra dictum est in prima par. c. 13. Et quia ipse Romanus Pontifex concurrat etiam cum Episcopis, & potest facere in proprijs diocesis Episcoporum ea omnia, quæ ipsi Episcopi facere possunt, vt satis ostensum fuit supra in 1. par. in ca. 1. num. 9. Et non solum Episcopus vnire potest beneficia suæ diocesis, quæ non sunt reseruata. Sed etiam ea beneficia, quæ sunt reseruata, dum tamen ex huiusmodi vnione præiudicium nõ fiat expectanti auctoritate Apostolica beneficia reseruata. Vnde hæc vnio non habebit effectum nisi post mortem expectantis, uel postquam priuatus fuerit: ut determinauit Rota in decis. 15. incip. nota quòd beneficium. & in decis. 140. & in decis. 638. in antiq. & videntur est Paris. in consil. 114. incip. cum reseruatio. lib. 4. & ita tenet Gambarus in tractat. de offic. & potest. legat. lib. 5. in tit. de potest. legat. in uniendo, nu. 63. & ita tenet Petr. Rebuff. in praxi benefic. in titu. de unionibus, nume. 31. Hoc tamen est intelligendum modo, præterquam si reseruatio beneficii esset perpetua, respectu collationis à Romano Pontifice faciendæ semper de aliqua dignitate, officio, seu beneficio. Quia tunc Episcopus non poterit vnire talem dignitatem, seu officium, uel beneficium. Exemplum est in 1. dignitate post Pontificalem alicuius Ecclesiæ Cathedralis, seu Metropolitanæ, quæ quidem reseruata manet semper per regulam tertiam Cællariæ. In hac. n. nullam potestatem habebit Episcopus circa eius unionem, argu. text. in d. c. si. de confirmat. utili. vel inutili. Archiepiscopus etiam in sua diocesi potest vnire beneficijs: cõ in ea tantã potestatem habeat, quantum Episcopus in sua, ut inquit Specul. in tit. de legat. §. nunc ostendendum uersic. Legatus igitur, quem refert, & sequitur Ioan. Caccialup. in suo tractat. de unionibus, in arti. tertio. q. quarta & iura Episcopalia exercet in suo Archiepiscopatu, & ad illum appellatur iure Episcopi, & Metropolitanæ, per text. in cap. Romana. de appel. lib. 6. Beneficia autem pertinentia ad collationem sui suffragani vni-

re

re non potest, vt probat text. in c. sicut vnire. in fi. de excessib. Prælat. quia in casibus à iure expressis iurisdictionem habet in suffraganeos, sed non liberam, & ideo in alijs casibus ei non licet auferre Episcoporum auctoritatem, vt probatur in capitulo primo, de foro compet. libro sexto.

Vltimus Legatus de latere vnire potest beneficia, quia omnia potest, quæ Episcopus in sua diocesi, ut inquit Speculator in tit. de legato, in §. nunc ostendendum. vers. 89. ibi. Legatus igitur. & quia est maior Episcopo in Prouincia si bi decreta: ut in cap. primo, de offic. legat. lib. 6. determinauit Rota in decis. 458. incipien. nota secundum maiorem. in antiq. & in decis. 78. incip. Legatus in nouis, & tenet Guid. Pap. in consil. 134. incip. circa processum, in 2. q. & Brunellus in tracta. de dignit. Legati, conclus. 13. & scribentes in cap. si. de confirmat. vtili vel inutili, & Gambarus in dicto tract. de offic. & potest. Legati in lib. 5. in tit. de potest. Legat. in uniendo, vbi adducit plures scribentes in fauorem huius sententiæ. Prædicta tamen vnio fieri non potest à Legato in præiudicium Episcopi, videlicet in totum eximendo beneficia à iurisdictione, & subiectione Episcopi. Sed licet collatione auferat ab Episcopo, vnio vnio tamen valebit, dummodo non auferat subiectionem, obedientiam, & correctionem, vel aliàs à iurisdictione Episcopi non eximat: ut notant scribentes in d. c. si. de confirmat. utili, vel inutili, ubi Dec. dicit, hanc esse magis \* communem opinionem, & ita tenet Petr. Rebuff. in d. rit. de unionibus, nu. 26.

Similiter Capitulum sede vacante auctoritatem vnioni præstare potest, dummodo per eam iuri Episcopali nihil detrahatur, aliàs secus: quia ea, quæ sunt iurisdictionis, ad Capitulum transeunt sede vacante, ut probatur in cap. unico, de maiorit. & obediens. lib. 6. & Ioã. Franciscus Paninus in tractat. de offic. & potest. Capituli sede vacante, in 2. par. in q. 3. col. pen. & ita tenet Petr. Rebuff. ubi supra nu. 36. & Card. & Imol. in clem. prima, de stat. monac. & Petr. de Perusio in tractat. de unionibus ecclesiarum, in capitulo quarto, & Fely. in capitulo cum olim, il primo de maioritate, & obediens.

Non est etiam omittendum, quòd Episcopi Vicarius poterit beneficia vnire, si hoc illi commissum fuerit ab Episcopo, aliàs non, ut inquit Petr. Perusinus in d. tract. de unionibus ecclesiarum, in capitulo quarto, in fi. quòd clarè patet ex his, quæ adducit Petrus Rebuff. in praxi benefic. in forma Vicariatus, numero 102.

Denique inferiores ab Episcopo, nempe Priores, & Abbates non possunt vnire, ut pro-

batur in dicto capitulo sicut vnire. de excess. Prælat. & gloss. in clem. si. de reb. eccles. non alien. & Perusinus in capitulo cum singula, columna prima, de præben. lib. sexto, & text. iuncta gloss. in verbo ordinarios, in clem. ne in agro §. ad hæc. de stat. monac. vbi glo. dicit, quod hoc non procedit, quando inferiores Prælati hoc præscripserunt. Nam iura Episcopalia inferiores præscribere non prohibentur: vt probatur in c. auditis. de præscript. in hoc tamen casu titulus requiritur, vel tempus immemorabile: vt probat Petr. de Perusio in tract. de vnionibus ecclesiarum, in cap. 4. versicu. sed circa hoc, & Roman. in consil. 235. incip. quoad primum, & Alex. in consil. 70. incip. in causa. col. prima, volum. tertio, & in consil. 101. circa finem, col. prima, volum. 6. & ita tenet Petr. Rebuff. in dicto titulo de vnionibus, num. 33. Sed ex inferius adducendis videtur dicendum, quod sufficiat 40. annorum spatium.

8 Septimò præsupponendum erit, quod quibus causis possit vnio beneficiorum fieri. Et breuiter respondendum est, quòd ex duabus causis fieri potest, secundum iuris communis dispositionem, videlicet ex necessitate causa, vel vtilitatis: vt probatur argum. text. & quæ ibi notant scriben. in capitu. exposuisti. de præben. & notat Guid. Pap. in consil. 134. incipien. circa quaestionem primam, & in capitulo primo, ne sede vacante, & in d. capitu. sicut vnire. de excessib. Prælat. & ibi notant scriben. Ne cessitatis causa est, quando duæ Ecclesiæ sunt pauperes, quæ quidem ad congruam duorum sustentationem non sufficerent: vt probatur in cap. vnio 10. quæst. tertia, & in cap. postquam. 16. q. 1. & in clem. ne in agro. §. ad hæc. de stat. monac. & quando dicatur ecclesia pauper, declarat gloss. in ca. clericus. 2. q. 1. dicens eam esse pauperem, quæ non potest aliquem honestè, & sufficienter alere, & hospites pauperes superuenientes recipere, & quando sibi, & suis non sufficit, & ibi notant scriben. & gloss. in aucten. præterea. C. vnde vir, & vxor. item si sit destructa per hostes, vel desolata Ecclesia: vt in cap. secundo, de relig. domib. vel propter populi decrementum, vt in cap. ad audientiam. il 2. & in c. si. eod. tit. & quando ecclesiæ sunt vicinæ, & populus mortuus est, vel sunt pauci de populo, vt probatur in cap. & temporis. 16. q. 1. & in c. si. vers. hostilitatis. 25. q. vlt. Vtilitatis causa est, quando propter tenuitatem fructuum non inueniuntur clerici idonei ad deservendum: vt probatur in d. c. exposuisti. vbi notat Panor. & alii scriben. & in cap. 1. ibi, ne plus fuisset personæ quàm ecclesiæ videremur, ne sede vacante.

9 Octauò præsupponendum erit, quæ sollemnitas requiritur in vnione faciendâ. Et dicen-

P 4 dum

dum est, quod multa requiruntur. Imprimis requiritur causa cognitio in huiusmodi vnione facienda, & sic ordinarius, qui vnionem facit, debet necessario inquirere, & cognoscere de causa vnionis, argumento tex. in clemen. fin. de reb. eccl. non alienan. & si Papa illam facit, requiritur, quod de causa inquiretur in partibus, aliàs vnio renocabitur, vt dispositum est in reg. cancellariæ 21. de vnionibus, aliàs est 12. & ita dispositum fuit in Concilio Constantien. in sess. 44. in tit. de vnionib. cuius verba sunt. Vniones & incorporaciones à tempore obitus Gregorij Vandecimi factas seu conuensas cum certa regula dari non potest, ad querelas eorum, quorum interest, nisi fuerint impetrantes beneficia sic vnita personæ, si non ex rationabilibus causis, & veris factæ fuerunt, licet Apostolicæ sedis auctoritas interuenierit, renocauimus iustitia mediante, & ita quod requiratur hæc causa cognitio, tenet Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de vnionibus, num. 43. cum seq. & Quintil. Mandos. in reg. Cancellariæ de vnionibus, in q. 7. vbi ponit formam commissionis, quæ fit ad partes super vnionibus. Si autem Papa vult facere vnionem in forma gratiosa non vocatis vocandis, & sine causæ cognitio ne in partibus facienda. Tunc temporis solet derogare prædictæ regulæ Cancellariæ.

Secundum quod requiritur, est, quod interinat vocatio atq; citatio eorum omnium, quorum interest in vnione facienda; vt probatur in clem. ne in agro. in §. ad hæc. de statu monac. vt tradunt scribentes in d. c. sicut vnire. de excessib. Prelat. & tenet Petr. de Perusio in tractat. de vnionibus, in c. 5. Nam citatio semper requiritur, vbi cumque potest alteri præiudicium inferri, vel vbi de interesse alterius agitur: vt probatur, in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. & in l. nam ita Diuus. ff. de adoptionib. & in l. 1. in §. denunciare igitur. & in §. denunciarè autem oportet. ff. de ventre inspiciendo. Qui autem sunt vocandi, & citandi in vnione, declarat Petr. de Perusio in tract. de vnionibus in cap. 5. & Caccialup. in eod. tract. de vnionibus in arti. 6. & Petr. Rebuff. in praxi benef. in reg. de vnionibus, in gl. 11. & ad omne dubiū tollendum vltra citationem, & vocationem præfatorum vtile erit per edictum publicum, seu proclamationē citare omnes alios, & quoscumque sua interesse putantes: quomodolibet in vnionibus: citatio enim ista præiudicabit illis, quorum secundariò intererit: vt probatur in l. si eo tempore, & ibi Barto. per illum text. C. de remissione pignorum, & Barto. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo per edictum, & Alexan. in l. de vnoquoque, in primo responso. columna fina. numero 14. ff. de re iudic. & Fely. in capitulo humilis, numero

quinto, in versiculo intellige præfata, de maiorit. & obediens. & Curt. Iunior in consilio vigesimo tertio, incipiens. præsupponitur in factio, numero 8. versiculo & subdit Alex. Plebs tamen in præfata vnione non debet vocari: licet videatur quodammodo sua interesse. Sed Episcopus proteget plebem, ut inquit Cardin. in consilio 65. incip. pro decisione, & ita resoluuit Petrus Rebuff. in dicta gloss. vndecima, numero vndecimo, adducens Boerium in decis. 345. assignat rationem: quia plebs interdum laborat contra sua propria commoda, sicut mulieres facere solent, argumen. text. in l. penul. C. de sponfalibus, & nesciunt, quid petant: audiri tamen debet plebs, si causam rationabilem alleget impediens vnionem fieri, argumen. text. in l. si quis presbyterorum. vbi notant doctores, de rebus eccl. non alienan.

Tertium, quod requiritur, est, quod in vnione facienda per Episcopum accedat consensus Capituli Ecclesiæ Cathedralis: quia vnio est alienatio, in qua quidem consensus Capituli interuenire debet: vt probat text. in clemen. vltima, de rebus eccl. non alienan. & in dicta clemen. ne in agro. in §. ad hæc. de statu monac. & in capitulo sine exceptione. 12. quæstione prima, & Bal. in consilio primo, volumine primo, & Dominic. in consilio 87. incip. apparet. in prima quæstione, & ita resoluuit Petr. Rebuff. in dicta gloss. 11. reg. de vnionibus, in praxi benef. numero secundo, & expressè probatur in Concilio Trident. sess. vigesima quarta, in capitulo 15. de reformat. & probatur in clem. vlt. de reb. eccl. non alienan.

Sed vtrum huiusmodi consensus requiratur in vnione tempore, quo fit, vel post incontinenti, dubitatur inter scribentes, & tandem tenent, quod sufficit interuenire consensum Capituli post factam vnionem, vt probatur argumen. text. in capitulo cum nos, & in capitulo cura, de iure par. & scribentes vtrouque notant, & ita tenet Alex. in consilio 119. lib. 6. vbi alios adducit, & Marianus Socin. in consil. 15. colum. 14. in vers. demum supponendo. libro primo, & Egid. Bellamer. in decis. 504. & Nicolaus Boerius in deci. 345. numero tertio. Et quando sumus in dubio, vtrum Capituli consensus interuenierit, ex temporis diuturnitate præsumitur interuenisse, vt voluit Alexan. in consilio 219. colum. tertia, in fin. in versicu. corroborantur præfata. per text. in l. si filius. C. de petit. hæredit. & in l. qui in aliena. in princ. ff. de acquir. hæred. cum alijs similibus, & & Iason in l. sciendum. columna sexta, versicu. septimò facit ff. de verbo. obligat. & Ludouic. Rom. in consil. 275. Tandem circa hoc videndus est Nicol. Boer. in decis. 345. nu. 5. Tamen quando

quando vnio fit à legato de latere non est necessarius consensus capituli, ut inquit Egid. Bellamer. in decisio. 504. quem sequitur Gambarus in tracta. de offic. & potest. legat. lib. 5. in tit. de potest. legati in uniendo, nu. 58. & videndus est Nicolaus Boer. in dicta decis. 345. nu. 4. Et præterea requiritur consensus patrum in vnione, & ideo necessario uocandus est, ut resoluuit Card. in cõsil. 96. inci. Papa uniuir. & Franc. de Ripa lib. 2. responsorum capi. 20. & Nic. Boer. in d. decis. 345. nu. 4. in fi. & Petr. Rebuff. in d. reg. de unionibus. glo. 11. num. 6. non tamen requiritur tractatus, quemadmodum in alijs rerum eccl. alienationibus, licet vnio quoadmodum sit alienatio, ut probatur in d. clemen. 2. de rebus eccl. non alienan. ita in terminis tenent Domini de Rota in decis. 166. incip. Nota, quod ubi est vnio, in antiqui. & ita tenet Nicol. Boer. in dicta decisio. 345. nu. 2. & Petr. Rebuff. in d. gl. 11. num. 2. Boer. tamen refert aliquos contrarium tenentes, nõ tamen est necessarius consensus Rectoris, si ei ad suam vitam non præiudicatur. Ideo non uocatur, ut probat text. in d. clemen. unica, de reb. eccl. non alien. nec est ei infinuanda vnio, postquam illi non præiudicat, nisi ut ignorantiam non possit præterdere, ad hoc ut permutare, uel aliàs resignare beneficium unum non possit, argu. text. in c. ad hoc. de postul. prælat. & Oldrad. in consil. 257. incip. factum, & Paul. Castren. in consil. 437. uol. 1. & Rota in deci. 140. inci. nota quod beneficium, in antiq. & decis. 1. in rub. de rer. permu. Neque obstat, quod uideatur fieri præiudicium ipsi Rectori ex eo, quod potuisset illud beneficium resignare in fauorem nepotis, quia hoc non est considerabile, cum beneficia consanguineis non deserantur iure cõsanguinitatis, vt in c. 1. de præben. & illa resignatio pendet à superioris voluntate, qui per vnionem iã declarauit nolle illum Rectorem resignare posse, magis enim attedi debet vtilitas, seu necessitas beneficiorum, quam interesse ipsius Rectoris in resignatione beneficii. Tandem requiritur causa legitima vnionis, nepe necessitatis, seu vtilitatis, vt dictum fuit nu. præcedenti. Non est tamen omittendum, quod sicut vnio ex temporis diuturnitate præsumitur, vt in inferius videndum erit, ita similiter vnionis solemnitas ex temporis cursu præsumitur, vt not. Romanus in consil. 275. in prin. Alex. in consilio 219. col. 4. volu. 6. decis. Neapol. 368. col. 2. in antiq. & Mantua in consil. 83. & Lofredus in consil. 40. & Nicol. Boer. qui loquitur de spatio 40. annor. in decis. 345. & Fely. in consil. 2. nume. 2. qui videtis est pro declaratione, an requiratur spatium 40. annorum, vel tempus immemorabile, & Ant. Gabr. in lib. 1. com

munium conclus. in titu. de presump. conclus. 1. nu. 14. licet contrarium teneat Alex. in consil. 101. col. 1. volu. 6.

10 Quibus præmissis dicendum est, quod quando plura beneficia sunt simul vnita, possunt simul ab vno obtineri beneficiario, & hæc est 3. species compatibilitatis beneficiorum plurius, hæc conclusionem tenet glo. in summa 21. q. 1. & similis glo. pen. in fin. in ca. super eo. de præben. lib. 6. & similis gl. 4. verb. in titulata, post medium, in c. dudum. il secundo. de elec. & tenent ita scribentes omnes in dictis locis, & tenet Lap. in alleg. 35. in final. verbis, & Staphil. in tracta. de literis gratiæ & iustitiæ, in titu. de modo & forma impetrationis, & tenet Panor. in c. extirpandæ. in §. qui verò. nu. 27. & ibi notant scribentes omnes de præbendis & tenet Benedic. Capra in tracta. regu. & salen. in reg. 90. nu. 40. pro qua sententia est text. in d. c. decimas. cū duobus seq. 16. q. 7. vbi loquuntur iura de duobus episcopatibus simul vnitis, quod possint ab vno episcopo obtineri, & probat text. in c. extirpandæ. in §. qui verò. de præben. qui text. loquitur de parrochiali eccl. annexa præbendæ, quod possit simul obtineri cum præbendæ, & in c. dudum. il secundo, de elec. prope fi. & in c. super eo. de præb. lib. 6. & probat text. in cle. vlti. de præben. vbi potest quis obtinere de iure dignitatem ecclesiasticam & præbendam annexam dignitati prædictæ, & probat text. in c. exposuisti. de præbend. vbi propter præbendam eccl. Cathedralis paupertatem possunt annexi eis capellæ, & simul obtineri cum præben. & idem probatur in Concil. Trident. sess. 24. capitulo decimo quinto. de reformat. vbi permittitur simplicium beneficiorum vnio cum Canonatibus eccl. Cathedralis seu collegiæ insignis. Tandem hæc est firma conclusio, quod annexum non facit incompatible, vt inquit gloss. pen. in fin. in d. c. super eo. de præben. lib. 6. quam sequitur ibidem Philip. Francus, & Additionator Lapi in dicta allegat. 35. in litera G.

Ratio præfata compatibilitatis est, quia vnio beneficium non dicitur amplius beneficium, sicut ante vnionem dicebatur, sed perdit nomen beneficii, vt inquit Oldrad. in consil. 257. incip. factum tale est. colum. 5. num. 15. vers. per vnionem tamen prædictam desijt esse talis, & nume. 18. in vers. nec dubitandum est. Federic. de Senis in tracta. permuat. quæstio. 33. & Rota. 159. incip. Nota, quod beneficium, in antiq. & Dominic. in c. cū personæ. §. fina. col. fin. vers. si verò vna subijcitur alteri, de priuileg. lib. 6. & Petr. de Anchar. in c. accessoriu. col. 2. num. 2. in tertio no. in ver. item facit, quod in impetratione. de regu. iur. lib.

lib. 6. ubi dicit, quod in impetratione non est necessaria mentio beneficii uniti seu annexi, & latè Fely. in c. in nostra. in corollario. 33. de rescrip. & Caccialup. in tract. vnionum, in artic. 8. q. 1. r. nu. 7. & Paris. consi. 30. in incip. in causa verten. nu. 10. cum seq. volu. 4. Et ratio rationis est, quia portio accrescens conuertitur in naturam eius rei, cui accrescit, vt in l. si ex toto. in princip. ff. de lega. 1. & in l. inter socerum. §. cum inter, de pactis dotalibus. & in l. etiam. C. de iu. dotium, ubi etiam probatur, quod augmento eadem priuilegia competunt, quæ rei, cui accrescit, vt in §. si grex. instit. de legat. & Alex. in cõsi. 20. inci. Vilo processu, post nu. 4. versu. 2. probatur. lib. 1. & Bar. in l. si conuenerit. nu. 2. in §. si nuda. num. 2. ff. de pignoratitia actione, & in repe. legis consuetudinis. nu. 42. q. 37. C. quæ sit longa consuetudo, & Deci. in consi. 46. incip. visis. 9.

12 Quod adeo verum est, quod ¶ beneficium unitum non potest per se impetrari à Romano Pontifice, sed necessariò narranda est vnio, ad hoc vt impetratio sit valida, vt docet Fel. in c. in nostra. nu. 23. ver. corollarium vigesimũ septimum, de rescrip. & Io. de Selua in tracta. de beneficio, in 3. par. in q. 1. r. nu. 76. & est ratio, quia Pontificis intentio non est, velle ius alteri questum dissoluere. E quando duæ ecclesiæ quæ principaliter sunt unitæ, tunc vnio nis mentio facienda est, vel saltem adijcienda erit clausula, cum annexis huiusmodi ac iuri- bus & pertinentijs. ita declarat Rebuff. in praxi benef. in tit. declaratio nouæ prouisionis, in verbo cum annexis, & idem Rebuff. in praxi benef. in titu. de vnionibus, nu. 8. & Ioan. Baptista à S. Seuerino in tract. de vnionibus, in articu. 8. num. 7. & ita intelligunt Fely. & Selua ubi supra, qui dicunt hoc procedere, etiam si collatio fuerit facta à Romano Pontifice motu proprio.

Predicta tamen conclusio, quæ habet, quod plura beneficia simul unita possunt ab vno beneficiario obtineri. Ampliatur primò, ¶ vt procedat non solum, quando constat de vnione facta siue à Romano Pontifice, siue ab alio, qui potest, sed etiam quando non constat de vnione, fuit tamen inducta mediante præscriptione. Nam in hoc etiam casu possunt licitè obtineri plura beneficia tanquã simul unita. Nam immemorabili præscriptione prædicta vnio induci potest, sicut si verè & realiter facta fuis- set, ita probat tex. iuncta glo. in clem. 1. de excess. præla. in verbo ad mensam, & ita concludit disputando Io. Andr. in regu. qui contra iura. de reg. iur. lib. 6. in mercurialibus, quod dicit Fely. esse cordi tenendum in cap. cum contingat. col. 2. in fi. in versu. Si tamen simul, de foro compe. & Domini de Rota in decisi. 76.

& 205. & in decisi. 375. in antiq. sequitur Pan. in consi. 16. col. vlti. post prin. versu. & quamquam de dicta vnione. vol. 2. & Alex. in consi. 7. col. 1. versu. fortius dicit, & per totum, lib. 3. in consi. 101. volu. 6. & Io. Baptista in tracta. de vnionibus, in artic. 7. & Fely. in c. cum contingat. col. 3. post prin. in versu. si tamen simul, de foro compe. post Oldr. in consi. 296. in fi.

14 Imo, quod fortius est ¶ præfata vnio induci potest per tempus 40. annorum secundum Alex. & scriben. supra allegatos, per text. iuncta glo. in c. cum de beneficio, de præben. lib. 6. & tenet Fely. in c. si diligenti. col. pen. versu. nona & vltima restrictio, & in c. causam. col. 2. versu. limita dupliciter, ibi, bene facit decisi. de prescrip. & in c. cum contingat. ver. si tamè simul cum consuetudine, de foro compe. & in c. ex parte. col. 1. versu. & subdit hic Hosti. de testib. & Card. Zabarel. in consi. 132. incip. videndum primo, col. 1. ante fi. versu. ex his quæstio est dubia. cum uer. ad secundum. & Nico. Mil. in suo repertorio, in verbo vnio potest probari per testes. & Oldrad. in consi. 296. incip. de iure Domini Guillelmi. & Petr. de Anchar. in consi. 262. incip. in q. ecclesiæ. & Petr. de Vbaldis in tract. de vnionib. benef. in c. 4. fol. 23. pag. 2. in fi. uer. sed iuxta prædicta quæritur. & Franc. Balb. in tract. præscriptionum, in 1. par. 5. part. q. 19. nu. 208. ex quo enim diu possessa sunt per 40. annos ut unita, censetur, secundum præfatos, præscriptione vnio probata. Secus autem si status beneficiorum non fuit mutatus, ut uoluerunt Oldrad. Ancha. & alij proximè allegati, & Ias. in l. sciendum. col. 6. uer. 5. facit. ff. de uer. oblig. & Nicol. Boer. in decisi. 346. quamuis Bonifacius de Vitalinis in d. clem. 2. §. quid si. nu. 23. uelit, sequendo sententiam Hostien. quod in monachis non obstante temporis cursu possidentibus ecclesiæ seculares ut unitas non præsumitur vnio, nisi legitime probetur, saltem quod in eis sunt instituendi Vicarij assignata congrua portione, & quantum ad illam non ualet contraria consuetudo, & hoc uidetur contra tex. in ca. cum de beneficio, de præben. lib. 6. ubi probatur, qd 40. anni sufficiunt ad probandum beneficium seculare esse regulare, & sic ad unionem præsumptiuè factam. Tandem tenenda est opinio supra relata, quod sufficiunt 40. anni ad præscriptionem inducendam circa unionem, quod est intelligendum, prout declarat Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de unionib. nu. 34. & 35.

15 Ampliatur secundò prædicta conclusio in hunc modum, quod ¶ non solum potest quis obtinere plura beneficia simul unita, sed potest obtinere beneficium uniti alteri, absque eo quod sit initiatus illo ordine, qui requiritur aliàs in beneficio unito. Exemplum est in ecclesia

ecclesia parochiali, in qua quis tenetur se facere promoueri ad ordinem presbyteratus infra annum, ut probatur in c. licet canon, de ele libro 6. & tamen si ecclesia illa parochialis est annexa dignitati, seu præbendæ, qui obtinet dignitatem, seu præbendam, non tenetur se facere promoueri ad ordinem presbyteratus infra annum, ita tenet glo. in verbo parochialibus, in d. c. licet canon, quam sequitur ibidem Ioan. Monacus, Dominic. & Philip. Franc. per tex. in c. statutum, de elect. lib. 6. & in c. super eo, de præben. lib. 6. & ita tenet Nico. Boer. in decisi. 119. nu. 7.

16 Limitatur primò, præfata conclusio, vt non procedat ¶ qn vnio fuisse facta ex falsa causa, nepe qn non fuit facta ex causa necessitatis, seu utilitatis. Tunc enim vnio præfata nulla est, & ita beneficia unita non possunt obtineri ab uno beneficiario. Quod autè præfata vnio sit nulla, tenet Cardin. in consi. 96. inci. videtur, quod vnio præmissa, in principi. argu. text. in ca. qui circa. de consangu. & affinit. ubi dicit hoc etiam procedere, si concessio motu proprio facta sit, & ibi dicit, quod ad vnionem procedi non debet, quando causæ non subsunt, quia iuri odiosum est, quod fiat vnio, si ecclesiæ possunt prelati suis sufficere, vt in c. 2. de religio. domib. & latius ibi ipse insitit, & idem tenet Calderinus in consilio vlti. incipiens. An vnio facta, & Abb. Panor. in consi. 101. inci. in quæstione, quæ vertitur in ver. nec obstat, si dicatur. lib. 1. ubi cõcludit, quod vnio facta à summo Põstifice, si subreptitia sit, est ipso iure nulla, & Cardin. in clem. 1. in quæstio. 9. de elect. & in clem. 2. q. vlti. de offic. ordinarij, & idem Panor. in c. sicut vnire. q. pen. de excessib. prælat. & Fely. in c. super literis, de rescri. & Fran. de Rip. in responso decimo, & ita tenet Phil. Deci. in consi. 232. nu. 3. quam sententiam sequitur ibidem Additionem eiusdem Deci. in litera F. & idem tenet Cardin. in consi. vlti.

17 ¶ prædicta vnio non sit nulla ipso iure, sed ¶ veniat annullanda & declaranda nulla, tenent Domini de Rota in decisi. 59. incip. vnio facta ex falsa causa, in nouis, & etiam in recolletis per Bertrandum de Bisigneto in decisi. 2. in titu. de rebus eccl. non alien. & in antiq. in decisi. 168. incip. nota quod falsitas causæ, & in decisi. 442. & decisi. 711. eo. vol. & idem tenuit Guid. Pap. in consi. 134. col. 2. versu. secundò præmitto, & hanc partem tenuit Oldr. in consi. 262. in vltimis verbis, volens quod ante declarationem præfata non possit successor episcopus interim cõferre beneficia unita, & hanc sententiam sequuntur doctores in clem. 2. de reb. eccl. non alien. quia in vnione requiritur euidentis causæ necessitatis vel utilitatis, vt pro-

bat in c. exposuisti, de præben. & ibi per doct. & in c. sicut vnire, de excessib. prælat. Vnde si sit falsa causa, venit annullanda, & hanc sententiam sequitur Nicol. Boer. in decisi. 454 in princ. nu. 1.

18 In hac ¶ tamen doctorum diuersitate mihi videtur sequenda prima opinio, quæ quidem in practica fuit obseruata, vt inquit Additionator Philipp. Deci. in d. consi. 232. pro qua facit, quia negari non potest, quod vnio beneficiorum sit alienatio, vt supra iam dictum est, & ideo tanta solemnitas in vnione requiritur. At verò alienatio rerum ecclesiasticarum ad hoc vt valida sit, necessariò requiritur, qd fiat ex causis à iure permissis, non autem ex falsa causa. Ita probatur in cap. 2. de reb. eccl. non alienan. lib. 6. dum dicit, forma & casibus à iure expressis, & id in specie annotatur ibidem Ioan. Andre. & alij scriben. tenet glo. in c. 1. de integ. restit. & in c. nulli, de reb. eccl. non alienan. ubi id not. Abb. & idem Abb. in c. 2. de donat. tenet Anto. Imo. in d. ca. 1. de integ. restit. ibi Fely. colum. 1. & Philip. Deci. in c. quæ in ecclesiast. de consi. & Cardin. in c. 1. col. 3. de deposito, Socy. in consi. 52. lib. 4. col. 2. & in consi. 15. lib. 1. nu. 26. & Dominic. in cõsi. 48. & Abb. in d. c. 1. dicit simul cum præfatis, quod hæc est \* communis opinio, & Deci. in consi. 142. nume. 4. & Cassa. in consuetu. Burgund. in rub. 9. §. 9. nume. 12. & Anto. Burgen. in cap. cum dilecti. colum. 2. de emptio. & vendit. quæ plurimum coadiuuantur ex tex. in d. clem. 1. de reb. eccl. non alien. de qua re disputat Laurentius à Rodolph. in c. sine exceptione. 12. q. 2. in quæst. 3. Tandem ¶ qd hæc sit \* communis opinio, tenet Didac. de Couarr. in lib. 2. variarum resolutionum, cap. 17. nu. 2. & ita tenendum est, quamuis Hosti. in summa de reb. eccl. in §. 3. in fi. dicat, quod alienatio rerum ecclesiasticarum facta adhibita & seruata iuris solemnitate etiam extra causam à iure permissam valida sit, ecclesia tamen potest restitutionem petere in integ. qui sententiam tenet etiam glo. in summa 12. q. 6. 2. & in d. c. sine exceptione, quibus suffragatur tex. in d. c. 1. de integ. restit. qui probat, qd ecclesia potest restitutionem in integ. petere, etiam si alienatio facta sit seruata forma canonum, & tamen si contractus nullus esset, minimè conueniret in integ. restitio. Nam stante remedio ordinario non est vtendum remedio extraordinario, vt probat tex. in l. in causæ 2. ff. de minorib. Vnde sequitur, contractum validum & firmum esse. Sed huic considerationi respondere potest, alienationem rerum ecclesiæ in d. cap. factam fuisse ex causa à iure permissa, & nihilominus potuit ecclesia lædi seu præiudicari in pretio & in alijs contractibus

tractus conditionibus, & ideo ei competeat remedium restitu. in integrum. Et ideo opinio communis, supra relata verior est, quam sequitur, Anto. Corfe. in singul. verbo alienatio.

19 Pro concordia tamen præfata contrarietatis circa vnionis nullitatem potest fieri distinctio, quia aut sumus in casu, in quo tempore vnionis factæ non aderat aliqua causa iusta vnionis faciendæ, & in hoc casu vnio facta nulla est, & ita procedit prima opinio supra relata. Aut verò sumus in casu, in quo tempore vnionis factæ causa à iure expressa aderat, iuxta opinionem, & extimationem hominum, licet non verè, & sic quamuis apparebat, verè non existebat. Et in hoc casu præfata vnio valida est mero iure, & ita procedit secunda opinio supradicta, sicut in simili dicitur in alienatione rerum ecclesiasticarum, glo. in c. ad nostrā. de reb. ecclesiæ non alienan. in verb. enorme, cuius meminit Fely. in c. quæ in ecclesiis. de constit. colum. 1. & Anto. Burgen. in cap. cum dilecti, de emptio. & vendit. & lmo. in c. 1. de in integ. restitut. & in cap. cum Apostolica. de his quæ fiunt à prælat. sine consensu Capituli, & c.

Vel aliter & secundò potest assignari concordia, nempe quòd aut constat vnionem factam fuisse extra causam licitam, & à iure permissam, & in hoc casu nulla est præfata vnio. Aut verò non constat vnionem præfata factam fuisse extra causam licitam & iure permissam, & in hoc casu dicendum est, quòd sit valida, quia in dubio, vbi in vnione seruata fuerit forma, præsumitur eam ex causa licita, & permissa factam fuisse, quemadmodum in alienatione rerum ecclesiasticarum voluit Bal. 2. col. & las. num. 8. in ca. 1. qui feudum dare possunt, post glo. in auth. hoc ius porrectum. C. de fac. san. eccle. quam ad hoc allegat Socy. in c. nsi. 15. nu. 28. lib. 1. & Lauren. de Rodulphis in d. ca. sine exceptione. in q. 3. & Didac. de Couarr. qui hoc declarat in d. libro 2. variarum resolut. in ca. 17. nu. 2. prope fi.

20 Limitatur secundò, præfata conclusio ¶ vt non procedat, quando vnio fuit facta & admilla tempore alicuius Romani Pontificis, nõ tamen in forma suo tempore expedita, quæ suum sortita nõ fuit effectum. Tunc enim cessat præfata vnio & censetur reuocata, per reuocationem generalem vnionum per Papam successorem in sua coronatione fieri solitam, quòd clarè probatur per regulas Cancellariæ Sixti, & Innoc. Pontificum, quæ regulæ sunt vndecimæ in ordine, ex quibus apertè reuocantur omnes vniones factæ per prædecessorem Romanum Pontificem, quæ quidem suæ sortitæ non sunt effectum. Et similiter probatur ex dispositione iuris communis per text.

in c. vlti. de concess. præben. lib. 6. vbi gratiæ à prædecessore Romano Pontifice factæ, quæ sortitæ non sunt effectum tempore ipsius Romani Pontificis, & sic per consequens ius in re non fuerat ipsis impetrantibus acquisitum, intelliguntur penitus reuocata, & ibi not. doctor. & Philipp. Franc. in c. sequen. de præben. lib. 6. vbi reuocatio gratiæ tollit ius quæsitum ad rem, sed non in re. Sad. hic in proposito casu nullum fuit ius in re quæsitum per executionem vel notificationem. Et sic non fuit sortita præfata vnio aliquo modo suum effectum, & ideo caret vigore, & ita in terminis tenet Guid. Pap. in consi. 134. colum. 6. vers. ad tertium quæsit, & Petr. de Perusio in trac. de vnionibus, fo. 5. in pagi. 1. vers. quartò quæritur, & per glo. in dicta regul. Cancellariæ 111. quæ hoc tenet dicens, quòd super hoc emanauit quædam extrauagās Martini Quinti, & idem tenet Petr. de Vbal. in tracta. de vnio. in cap. 2. fo. 7. pagi. 1. vers. demum quæritur, & Calde. in consi. 29. in tit. de præben. & Fran. de Rip. in lib. 2. responforum. c. 8. & resolut Nicol. Boer. in decif. 346.

21 Dubitatur tamen, quando ¶ dicatur, quòd prædicta vnio fuit sortita suum effectum, ad hoc, vt cessent præfata. in qua quæstione glossator in dicta regula Cancellariæ videtur tenere primò, quòd quando habita fuerit possessio vigore vnionis, postea dicit, quòd quando per eum non stat, in cuius fauorem facta est vnio. Demum dat rationes, quòd per collationem acquiritur ius in re, quasi uelit dicere, quòd eo ipso quòd gratia vnionis est in se perfecta, cessat regula. Est tamen aduertendum, quòd aliud est vnio seu gratia vnionis, & aliud effectus vnionis, in primo casu uerum est, quòd eo ipso quòd gratia est signata super concessione vnionis, & multo magis si est expedita bulla & presentata executoribus, dicitur perfecta, ut probatur in c. si super gratia. de offic. delega. lib. 6. & decif. Rotæ in non. 285. incipien. si Episcopus, quantum verò attinet ad vnionis effectum, qui potest diu etiã post factam gratiam suspendi, ponamus enim casum, quòd fiat vnio de beneficio uacaturo, certum est, quòd ante uacationem non sortitur effectum vnio, est enim suspensus illius effectus, donec beneficium uacet. Vel fingamus, quòd Papa referuer unum beneficium, & successiuè Episcopus illud idem uniat, vnio ualebit, & eius effectus suspendetur, donec extingatur, seu suspendatur reseruatio, & in istis terminis loquitur Rota 19. incip. Nota, quòd reseruatio. & 159. incipi. nota quòd beneficium. & 252. nota, quòd beneficium, ad quod. & 657. incip. dic. quòd vnio. in antiq. & Calder. sub titu. de reb. eccle. non alienan. & Caccialup. in tract. unionum, in

In artic. 4. q. 6. & in artic. 9. Dicendum est igitur, tunc temporis unionem sortiri effectum, cum post factam gratiam sint remota obstacula suspensua, & uerè & realiter possit iam dici beneficium unitum, ex quo executores dati fecerunt suos processus, & possessio fuit capta, ita ut dici possit, quòd proprietates non sit inutilis, sed usus fructus cum proprietate sit consolidatus, ut probatur in d. decif. 159. in antiqui. ante fi. & in deci. 19. in prin. ubi probatur, quòd vnio ante effectum concernit proprietatem, & collatio, quæ fit propter reseruationem, concernit fructus, & effectus vnionis per reseruationem suspenditur. aduenien. igitur fructibus, ex cessatione reseruationis potest dici, quòd vnio est sortita suum effectum & non antea. Cum requiratur perfectio, & consumatio, nõ autem sufficiat inchoatio, vel conatus, iuxta tex. in l. 1. in §. hæc autem uerba. ff. quod quis que iuris, vbi declaratur, quando quid dicatur habere suum effectum, & ibi declarat latè Philipp. Deci. & facit tex. in l. si non mortis. in ff. de inoff. testamen. & Deci. in consi. 385. incip. iuridicam esse. in fi. & Rui. in consi. 107. inci. viso priuilegio lib. 4. nu. 9. Pro hac etiam quando dicitur vnio sortita suum effectum, videtur Guid. Pap. in consi. 134. col. 6. & videtur esse Petr. de Vbal. in tracta. de vnionibus, in c. 2. fo. 7. & Franc. de Rip. d. lib. 2. responforum cap. 18. & omnium nouissimè videndus est omnino Nicol. Boer. in decif. 346. Ex quibus liquidum erit, quando vnio dicatur, quòd non fuit sortita effectum, vel quando dicatur, quòd fuit sortita effectum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Quando concedatur beneficium in commendā.
- 2 De iure cōmuni est compatibile habere vnum beneficium in titulum, & aliud in commendā.
- 3 Hoc procedit etiam in curatia, & ampliatur multis modis, num. 4. cum seq.
- 8 Lox generaliter loquens, generaliter debet intelligi.
- 9 Verba indefinita æquipollent vniuersalibus.
- 10 In dubio interpretatio fieri debet, ita vt resulset causa perennis, et durabilis, non autem temporalis.
- 11 Commendatarius dicitur habere titulum.
- 12 Ex commendis perpetuis, seu ad uitam plura incommoda oriuntur.
- 13 Auctoritas Romani Pontificis remouet omnem suspensionem.
- 14 Vtrum hodie possit obtineri unum beneficium in titulum, & aliud in commendam, num. 15. cum multis sequen.
- 16 Promissio generalis specialiter p̄missa nõ respicit.

- 17 Quando uerba clara sunt, ab ipsis recedere non licet.
- 20 Beneficium in commendam non debet concedi ei, qui non habet ordinem annexum illi beneficio.

## De compatibilitate duorum beneficiorum, vnius in titulum, &amp; alterius in cōmendam. Ca. IIII.

**R**OMANVS Pontifex ¶ varijs modis solet prouidere de beneficijs in commendam, & præcipuus modus est, quando quis habet vnum beneficium in titulum, & vult eisdem de alio prouidere, tunc in commendam solet dare hoc secundum beneficium, quia contra ius est, vt supra in prima parte satis ostensum est. Quòd quis habeat duas ecclesias, seu beneficia in titulum, nam sicut quis non potest duas habere uxores, ita similiter non poterit duo beneficia in titulum habere. Ideo Papa vnum beneficium dat in sponfam, & alterius curam concedit, idest commendam. Nam commendare nihil aliud est, quàm deponere, vt curam rei habeat depositarius, vt probatur in l. commendare. ff. de verb. signi. & in l. Lucius. ff. de positi. & glo. in c. qui plures. 2. q. 1. & in c. ne mo. de elec. li. 6. & hanc prouisionem per viam commendæ, primò à Leone III. Pontif. Max. Rom. inuentam allerit Ruz. in tract. commendæ q. 1. quem refert & sequitur Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de commendā, nu. 6. Denique quòd tempore Leonis III. commendā fuerit in vsu clarè probatur in cap. qui plures. 2. q. 1. qui text. est Leonis III. An autem ante Leonem III. fuerit in vsu commendā, non satis constat, & ideo nihil certum determinari potest.

2 Quare dicendum erit, quòd ¶ habere duo beneficia vnum in titulum, & aliud in commendam de iure communi est compatibile, vt clarè probatur in ca. qui plures 2. q. 1. cuius uerba sunt. Qui plures ecclesias retinet, vnam quidem titulata, aliam uerò sub commendatione retinere debet, & idem probatur, in ca. relatio. eiusdem causæ & quæstionis, & similiter in cap. illud quoque. 2. q. 6. 1. cuius uerba sunt. Illud quoque fraternitatem tuam scire necesse est, quoniam sic te præfate Terracon. ecclesiæ Cardinalem esse constituimus sacerdotem, ut & Funden. ecclesiæ Pontifex esse nõ desinas, nec curam, gubernationemque eius prætereas, quia ita fraternitati tuæ sæpe dictæ Terracon. ecclesiæ curam iniungimus, ut Funden.



denſis eccleſiæ tibi iura, poteſtatemue nullo modo ſubtrahamus, non enim poteſt utrique præſidere tanquam titulata, ſed uni tanquam commendatæ, alteri uerò tanquam titulata præſe ualeat. Probat etiam hanc cõcluſionem tex. in c. dudum, de elect. cuius uerba ſunt. Succellit enim, quòd prædictas parrochiales eccleſias, antequam fuiſſet in Archidiaconum aſſumptus, canonicè fuerat aſſequutus, cum nullus poterit plures parrochiales eccleſias obtinere, niſi una penderet ex altera, uel unam intitulatam, & alteram commendatam haberet, & hanc conſuſionem notant ſcribentes omnes in dictis iſcribis, maximè Panor. & alij ſcriben. in d. c. dudum, il ſecundo, de elect. & Benedict. Capra in tract. regu. & falen. in reg. 19. nu. 41. & ſcribentes in c. nemo deinceps. de elect. & Petr. Andr. Gambarus in tract. de offi. & poteſt. Legati, lib. 4. in ti. de poſtea. legari. in commendando beneficia, num. 20. Tandem de hac conſuſione nemo ex ſcribentibus dubitat.

Ampliatuſ primò præſata conſuſio, ut procedat non ſolum quando beneficiũ commendatum eſt ſimplex, ſimul cum beneficio, quod habetur in titulum, ſed etiam quando utrumque beneficium, tam id, quod habetur in titulum, quàm id quod habetur in commendam, ſit curatum, ſeu eccleſia parrochialis. Nã in iſto caſu poſſunt licitè præſata duo beneficia, ſeu eccleſiæ parrochiales ſimul obtineri, ut clarè probatur in d. cap. dudum, il ſecundo, de elect. ibi. Cum nullus poterit plures parrochiales eccleſias obtinere, niſi una penderet ex altera, uel unam intitulatam & alteram commendatam habere. & ibi ita notat glo. in uerbo intitulata, ac Panor. & alij ſcriben. & clarè probatur in Concil. Trident. in ſeſſ. 21. in c. 8. de reforma. ibi. Propterea commendata monaſteria etiam, Abbatiz, Prioratus, & Præpoſituræ nuncupatæ, in quibus non uiget regularis obſeruantia, nec non beneficia rã curata, quàm nõ curata, ſæcularia, & regularia, qualitercunque commendata &c. Er idè à fortiort dicendum erit, quando ex prædictis duobus beneficiis, quorum unũ habetur in titulum, & aliud in commendam, unum & curatum, aliud uerò eſt ſimplex. Nam ſi duo curata licitum eſt habere, à fortiort erit licitum unum curatum, & aliud ſimplex in titulum habere, ut ſupra dictum fuit in hac ſecunda parte, in capitu. ſecundo, per totum.

4 Ampliatuſ ſecundò præſata conſuſio ꝑ uera ſit etiam in monaſteriis, Abbatiz, Prioratibus, & Præpoſituris, quæ quidem commendari ſimiliter poſſunt, ut clarè probatur in d. Concil. Trident. in ſeſſ. 21. c. 8. de reforma. ibi propterea commendata monaſteria, & Abba-

tiz, Prioratus & Præpoſituræ nuncupatæ, in quibus non uiget regularis obſeruantia.

5 Ampliatuſ & terciò præſata conſuſio ꝑ procedat non ſolum in duobus perſonatribus, officiis, ſeu dignitatibus inferioribus episcopatu, ſed etiã in duobus episcopatibus. Nam ex conſeſſione Apoſtolica poſſunt duo episcopatus licitè obtineri, unus in titulum, & alius in commendam, ut clarè probatur in capitu. relatio. 2. r. q. 1. cuius uerba ſunt. Relatio clerici ſimul & populi Terraconen. gentis nos ualde lætificat ob hoc, quòd de tua fraternitate bona teſtatur, & quia deſuncto Põtiſice ſuo Petro, ſibi Cardinale poſtulant te conſtitui ſacerdotem, eorum deſideria neceſſariò cõplenda eſſe præuidimus. Tota ergo mētis intentione ita lucrum animarum Domino noſtro facere ſeſtinato, ut digna te merces ante conſpectum eius in die retributionis inueniat, quicquid uerò de prædicta rebus eccleſiæ, uel eius patrimonio ſeu clerici ordinatione, promotio, & omnibus generaliter ad eam pertinentibus ſolertè atque canonicè ordinare, facereq; prouideri. Quippe ut ſacerdos propriis modis omnibus facultatem, iuncto ſimul textu in c. illud. eiusdem cauſæ & quaſtionis, cuius uerba ſupra retulimus in princip. huius capitis.

6 Ampliatuſ & quartò præſata conſuſio, ut procedat non ſolum quando Papa commendauerit unum ex præſatis beneficiis, ſed etiam ſi ordinarius commendauerit. Nam Episcopus ordinarius bene poterit beneficia commendare, ut probatur in c. nemo deinceps. de elect. libro 6. & ita tenet Petr. Rebuff. in praxi benefi. in tit. de commendam, nu. 54. Et non ſolum poteſt Episcopus commendare ad certũ tempus, ſed etiam ad uitam, argumen. tex. in c. qui plures. 21. q. 1. & tenet Dominic. & Philip. Fran. in c. nemo. de elect. lib. 6. eccleſiam autem parrochiale non poteſt, niſi ad ſex meſes commendare, ut ibidem dicitur, & ita reſoluit Petr. Rebuff. in tract. de paciſicis poſſeſſoribus, nu. 44. & 45. imo inferior episcopo poteſt commendare ad tempus, ut declarat idem Rebuff. dicto nume. 44. quod adeo uerum eſt, quòd ſi commendam fuerit facta ab ordinario, ea durante nemo poteſt impetrare illud beneficium à Papa non facta mentione illius commendæ, & ſi impetratio facta fuerit ſine mentione cõmendæ, non ualebit, tanquam ſubreptiua, ut docent Archid. Dominic. & Peruſin. in d. c. nemo. de elect. lib. 6. ex eo quòd de colorata poſſeſſione commendatarij non eſt facta mentio, ut oportebat, per text. in c. cum noſtris. de conceſſ. præben. & quia Papa non uidetur uoluiſſe derogare iuri alicuius, ut probatur in ca. ſuper eo. de offic. lega. & in c. quamuis. de reſcri. lib. 6. & ita conſuluit Bertrand. in conſi. 23. ſ. incip.

incip. etiam ſi commendam. col. 1. uolu. 3. in antiq. impreſſ. & quia eo tempore, quo Papa conſultit, non uacabat, præſatum beneficium, & beneficium non uacans conferri non poteſt, ut probatur in c. 1. & per totum de conceſſ. præben. & ita tenet Calder. in conſi. 6. in titu. de præben. diſ.

7 Ampliatuſ & quintò præſata conſuſio ꝑ procedat non ſolum in commendam temporali, nempe ad ſex meſes, uel ad annum, uel plus, minusue, ſed etiam in commendam perpetua ad uitam illius, in cuius fauorem fit, quod clarè probatur in d. c. dudum, de elect. & in d. c. qui plures. & in c. relatio. & in ca. illud. 2. r. q. 1. quatenus præſata iura indiſtinctè loquuntur de commendam non facta mentione de commendam temporali, uel ad uitam illius, cui conceditur. Vnde ſunt intelligenda potius in famoſiori ſignificatu, ita ut comprehendat commendam perpetuam ad uitam, argu. text. in l. 1. in §. vlti. cum legibus ſeq. ff. ſi ager uecti galis, & in l. ſi duo patroni. §. 1. ff. de iure iur. & Bal. in l. cum mota. col. 2. uer. vltimò oppono. C. de tranſact. Nam ſemper uerba in dubio intelliguntur pleno iure, ut inquit Bal. ubi ſupra, & ita reſoluit multa in propoſito adducens Andr. Tiraq. in tract. de retract. conuent. §. 2. gl. 1. & unica, nu. 8.

8 Secundò pro hac parte facit ꝑ quia dicta iura generaliter ſunt intelligenda de commendam ſue temporali, ſue ad uitam, etiam ſi maior ratio eſſet in vna commendam quàm in alia, ut probatur argu. text. in l. 1. in §. quod autem. ff. de aliena. iudicij. & ita uoluit Socy. in l. 2. in §. ex his. in princ. per text. ibi. ff. de uerb. oblig. & ſequitur Philip. Deci. multos ſcribentes adducens in rub. de iudic. colum. 7. uerſic. ex his inferitur, & in conſi. 5. incip. in cauſa Domine. col. 1. uer. confirmatur hoc. & multa adducit in cõprobationem Andr. Tiraquel. in l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat. in præſat. nu. 118. ut dixi ſupra in prima par. ca. 14. nume. 20. & nume. etiam 18.

9 Terciò facit, quia ꝑ prædicta iura utitur uerbis indefinitis. Ergo comprehendit utramq; commendam, tam temporalem quàm ad uitam. Nam uerba indefinita uniuerſalibus a qui poſſent uerbis, & operantur idem quòd uniuerſalia uerba, ut tenuit glo. in c. ut circa. in uerbo aliorum. de elect. lib. 6. & Bar. in l. ſi pluribus. ff. de lega. 2. & uidendus eſt Andr. Tiraq. in tract. de retract. lign. in §. 1. in glo. 13. nu. 1. cum ſeq. & Pandulſus Prateius in tract. regu. & falen. in regu. 423. ut dixi ſupra in 1. par. in d. c. 14. nume. 19.

10 Quartò, quia ꝑ quando ſumus in dubio, interpretatio fieri debet ita, ut reſultet cauſa perennis & durabilis, non autem temporalis, ut

probatur in l. ſi pro parte §. uerſum autem accipimus, ut duret uerſum ff. de in rem uerſo, & in l. item. in §. quòd ſi. ibi, & ut ei permiſſa uideatur, cui & permiſſa durat. ff. quod cuiuſque uniuerſitatis nomine, & in l. Prætor ait. §. hoc autem interdictum competit, ibi. Cautũ tamen non perſeueret. ff. de nou. oper. nuncia. & argumen. tex. in l. generali. §. uxori. uerſi. reſpondi de his legandis, que uenalia eſſent, non ſenſiſſe teſtatoſem, & ibi glo. uer. mercis. ff. de uſuſuctu legato, & quòd princeps in dubio cenſetur intellexiſſe de re, ſeu actu duraturis, firmat Ludouic. Rom. in conſi. 256. incip. approbã ſententias, ante ſi. in uerſi. primò, quia dum Papa facit mentionem de iure quaſito, cenſetur intelligere de perpetuo duraturo. Et idem Roman. in ſingu. 290. incip. prohibetur forenſi, ubi dicit, quòd non uidetur alienatũ, quòd nõ durat alienatum, & ita cum ſumus in dubio, de qua commendam loquantur præſata iura, debemus ea interpretari, ut potius comprehendat commendam perpetuam ad uitam, quàm temporalem, & ita tenendum uidetur.

Sed contra præſatam ſententiam facit primò, quia quando beneficium conceditur in commendam perpetuam ſeu ad uitam ꝑ commendatarius dicitur habere titulum canonicum, ut reſolutum fuit ſupra in dicta 1. parte c. 14. nume. 6. cum ſequen. Ergo uidetur dicendum, quòd nemo poteſt obtinere duo beneficia, unum in titulum, & aliud in commendam perpetuam, quia ſequeretur maximum inconueniens, quòd quis habeat duo beneficia in titulum, cum commendam perpetua ſit titulus. Ad hanc tamen difficultatem reſpondetur, ꝑ quamuis commendatarius perpetuus ad uitam dicatur habere titulum, iſte tamen titulus nõ eſt uerus titulus canonicæ inſtitutionis, ſed dicitur titulus, quia ius approbat hunc modum habendi beneficia in commendam, & iſte modus à iure approbatus dicitur titulus, & in effectu eſt adminiſtrator præſati beneficij, quòd habet in commendam perpetuam, & clarum eſt de iure, quòd adminiſtrator eam facultatè habet, quam uerus Prælatuſ, ut notant ſcribentes omnes in ca. ueniens. de præſcrip. maximè Innoc. & Panorm. ibidem, & clarè deditur ex eo, quòd adminiſtrator quilibet tenet redere rationes, ut probatur ex adductis à Barr. in l. 1. §. officio. in 1. col. ff. de tutel. & rationibus diſtrahendis, & quia adminiſtrator nullã gratiam facere poteſt, ut inquit Bald. in l. præſes, in 4. no. C. de tranſact. & Adminiſtrator bonorum eccleſiæ poteſt eſſe teſtis de contractu ſuo pro eccleſia, ut inquit Archi. Io. Andr. in c. ſi. de teſtib. lib. 6. & Stephanus Auſtrier. in tra. de reprob. teſtium, nu. 7.

- Secundò contra præfatam conclusionem  
 12 facit, quia ¶ ex præfatis commendis perpetuis seu ad vitam plurima incommoda oriuntur, sicut si verè & realiter esset concessum beneficium in titulum ei, qui haberet aliud beneficium. Ergo videtur dicendum, quòd præfata iura non debent intelligi de commendis perpetuis ad vitam, sed de temporalibus. Quòd autem plurima incommoda oriuntur manifestè probatur ex subsequentiis. Primò, quia diuinus cultus minuitur. Nam qui habet beneficium in commendam, non potest in eo residere, si habet aliud in titulum. Secundò, quia præfatarum ecclesiarum, quæ in commendam conceduntur, cura negligitur, bona, & iura ipsarum dissipantur, ac subiectis eis personis, & populis, & spiritaliter plurimum & temporaliter derogatur, eisque redundant noxæ, quæ deberent cedere ad profectum. Tertio, quia hospitalitas debita non seruatur, sed tota omittitur, cum ipsi, qui beneficia habent in commendam, non possint esse præsentis. Et tandem multa alia inconuenientia & incommoda enumerat Petr. Rebuff. in d. tit. de commendam, in praxi benefic. numero duodecimo, cum multis sequen. Sed ad hoc respondetur, quòd cum in concedendis huiusmodi commendis ppetuis debeat necessariò interuenire Romani Põntificis authoritas in beneficijs curam animarum habentibus, ut probatur in c. nemo deinceps. de elec. lib. 6. ibi. Huiusmodi autem commendam, vt præmittitur, rite factam, declaramus vltra semestris temporis spatium nõ durare, ex quo text. clarè patet, quòd beneficia curata non potest Ordinarius commendare vltra sex menses sine auctoritate Romani Pont. Et ideo ¶ auctoritas & scientia Romani Pontificis remouet omnem suspensionem, & præsumitur, quòd prædicta commenda ad vitam fuerit facta ex iustis & rationabilibus causis, quæ quidem præferendæ sunt præfatis incommodis. Nam in his Roman. Pont. de illicito licitum facit, argumento text. in l. furti. §. qui iusu. ff. de his notan. in fa. & text. in c. ad quæstiones. iuncta glo. in versu. queat. in princi. de rerum permuta. & in c. ex diligenti. in §. si. de symonia, & in c. cum pridem. iuncta glo. in verbo ill. cite. in versu. sed videtur, quòd si compositio, & ibi omnes, de pactis, & Philipp. Dec. in consi. 141. incip. ad plura. in princi. Cassad. in decisi. 2. num. 3. & 4. de symonia, & Quintil. Mandos. in reg. 32. de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiari. Cardina. in q. 30. numero 10.
- 14 Dubium tamen est, vtrum ¶ hodie de iure nouissimo possit obtineri unum beneficium in titulum, & aliud in commendam perpetuam, causam huic dubitationi præbet text. in Conci-

lio Tridenti. in sess. 7. in c. 4. de reform. cuius verba sunt. Quicumque decetero plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, seu commendam perpetuam, aut alio quocumque nomine & titulo contra formam facrorum canonum, & præsertim constitutionis Innoc. III. quæ incipit, de multa, recipere ac simul retinere præsumperit, beneficijs ipsis iuxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso iure etiam presentis canonis vigore priuatus existat. Per quæ verba sicut prohibetur vnio beneficiorum ad vitam, ita similiter prohibetur pluralitas beneficiorum per viam commendam perpetuam, ac perinde videtur quòd prohibetur obtinere vnum beneficium in titulum, & aliud in commendam perpetuam. Et pro hac parte facit, quia commenda perpetua, & vnio temporalis nihil aliud sunt, quàm palliata quedam dispensationes, vt inquit Geminia. in consi. 38. num. 11. & magis apertè hoc tenet Cassad. in decisi. 33. super regulis cancellariæ, num. 5. & in decisi. 2. numero 9. in titu. de vnione, & ita tenet Quintil. Mandos. in regu. 32. Cancell. de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiar. Cardin. in q. 30. nume. 3. At verò dispensationes circa pluralitatem beneficiorum reuocantur à Concilio Tridenti. in sess. 24. in c. 17. de reform. ibi. illi uerò, qui in presentibus parrochiales ecclesias aut unam Cathedrali, & aliam parrochiale obtinent, cogantur omnino quibuscumque dispensationibus, ac vnionibus ad vitam non obstantibus, una tantum parrochia, vel sola Cathedrali retenta, alias parrochiales infra spatium sex mensium dimittere. Alioquin tã parrochiales quàm beneficia omnia, quæ obtinent ipso iure vacare censeantur, ac tanquam uacantia liberè alijs idoneis conferantur.

- 15 Hoc ¶ tamen fundamentum nõ vrget, quia ad id respondetur dupliciter. Primo modo, quod quamuis commenda perpetua in effectu nihil aliud esset, quàm palliata dispensatio. Nihilominus in iure nostro diuersum habet nomen à dispensatione, nempe commendam, & ideo text. in d. Concilio Tridenti. sess. 24. ca. 17. qui loquitur de dispensa. non debet extendi ad commendam perpetuam, quæ quidem nomine dispensationis nullo modo comprehenditur. Vel secundò respondetur, quòd ille text. in d. c. 17. sess. 24. reuocat solummodo pluralitatem ecclesiarum parrochialium, seu vnus Cathedralis & alterius parrochialis, & ita loquitur in casu diuerso à text. in dicta sess. 7. in c. 4. qui quidem text. loquitur in obtinentibus quæcumque beneficia incompatibilia in perpetuam commendam. Vnde dicendum est, quod in dicto ca. 4. non prohibetur obtineri vnum beneficia

beneficium in titulum, & aliud in commendam perpetuam. Pro qua sententia facit primò.  
 16 Quia ¶ prouiso etiam generalis specialiter prouisa non respicit, vt probatur in l. Stichus nutricis. in princi. ff. de alimentis legatis, & in l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulgari, & in l. Decurio. cum glo. 1. C. de silen. lib. 12. Bal. in l. nam plures. in fine. C. de sacrosanct. ecclesi. & tenet Quintil. Mandos. in regula trigesima prima Cancellariæ, vt commissiones causarum, in quæst. 12. nume. 4. Sed sic est, quòd de iure communi prouisum est, quem posse habere vnum beneficium in titulum, & aliud in commendam etiam perpetuam, vt supra iam ostensum est. Ergo text. in dicto Concilio Tridenti. in sess. 7. in ca. quarto. quatenus prohibet pluralitatem beneficiorum commendatorum, debet intelligi de illo, qui obtinet plura beneficia in commendam. Nam hæc obtinere de iure communi est incompatibile, vt satis ostensum est supra in 1. par. in cap. 14. Non autem debet intelligi de illo, qui obtinet vnũ in titulum, & aliud beneficium in commendam perpetuam, quia ius hoc specialiter permittit, vt iam dictum est.

Secundò pro hæc sententia faciunt aperta verba dicti Concilii Tridentini in dicto ca. 4. ibi. Plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia ecclesiastica &c. & ibi. Contra formam facrorum canonum, & præsertim constitutionis Innocentij Tertij, quæ incipit, de multa. Ex quibus verbis clarè patet, quòd dictum Concilium voluit prohibere solummodo pluralitatem beneficiorum commendatorum imperpetuum, quæ aliàs à iure communi erat prohibita. Ergo patet, quòd non voluit prohibere pluralitatem duorum beneficiorum vnus in titulum, & alterius in perpetuam commendam.

- 17 Et ita ¶ quia verba prædicta clara sunt, ab ipsis recedere non licet, ut probatur in l. non aliter. in princip. ff. de legat. 1. & in l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. eod. titu. & in c. quo modo. 3. 1. distinct. & in cap. si quis presbyter. de consecrat. distinct. vlti. & in cap. vlti. de verb. significat. & in l. si quis stipulatus sit stichum. in principio. de verbor. obligat. & ibi eum text. ad hoc expendunt Paul. Castren. Fran. de Arezio, & Ias. ibidem, & est text. similis in l. si ita stipulatus. in §. Christophogonus. ad finem. ff. de verbor. obligat. & facit doctri. Bald. in cap. Rodolphus. eodem. secunda. in versu. & ego dico. de rescript. vbi inquit, quòd nos non debemus dicere, quòd hæc scriptura non dicit, & facit text. in l. fideiussores Magistratum. §. pro Aurelio. ibi. lecta subscriptione. ff. de fideiusforibus, & text. similiter in l. stipulatus es. ibi secundum ea verba stipulationis. ff. de fideiusso. & in l. sancimus. ibi. nisi pacti tenor ad hoc reclamauit. C. eodem. titulo. Tandem viden-

das est Andr. Tiraquel. in repetit. l. si vnquam. in verb. libertis. numero quinto. cum sequen. C. de reuocand. donat.

Denique resolutiõ dicendum est, quòd  
 18 etiam attento iure nouissimo Concilij Tridenti. licitum est habere duo beneficia etiam curata, vnũ in titulum, & aliud in commendam perpetuam, & ita videmus, quòd hodie conceduntur Episcopatus & Abbatia Cardinalibus in commendam, seu perpetuam administrationem. Nam in titulum non conceduntur ex eo, quòd sunt incompatibiles cum Cardinalatu, vt supra satis ostensum est in prima parte. in capitu. secundo. Quod intellige verum, quando commenda perpetua cõceditur in curatis seu in residentiam requirentibus beneficijs ab ipso Papa, secus quando concederetur ab Episcopo. Nam Episcopus non potest concedere in commendam perpetuam beneficium curatum seu residentiam requirentia habenti simile, & ita intelligo, quòd dicit Nauar. in manual. c. 25. nu. 126.

19 Prædicta ¶ tamen conclusio, quæ habet, quòd duo beneficia sunt incompatibilia, quòd vnũ in titulum, & aliud in commendam perpetuam conferuntur, declaratur primò, vt nõ procedat, quando duo beneficia conferuntur in commendam, siue temporalem, siue perpetuam, quia per viam commendam non potest quis plura obtinere beneficia, vt supra satis ostensum est in prima par. in cap. 14. per totum.

Secundò declaratur præfata conclusio, vt  
 20 non procedat, quando ¶ is, qui vult habere beneficium in commendam cum alio in titulum, non habet ordinem annexum beneficio, quòd debet habere in commendam, tunc enim concedi non debet præfatum beneficium, vt clarè probatur in cap. nemo deinceps. de elec. lib. 6. cuius verba sunt. Nemo deinceps parrochiale ecclesie alicui non constituto in etate legitima & sacerdotio cõmendare præsumat. & ibi not. scriben. omnes, quod est mirabile. Nã beneficium in titulum cõceditur, quoniam est curatum ei, quod est in etate legitima, vt possit fieri sacerdos, vt probatur in c. licet canon. de elec. lib. 6. & tunc commendare ecclesiam parrochiale, quòd est læuius, non potest ordinarius ei, qui nõ sit sacerdos, quòd cõsiderauit gl. in verbo sacerdotio, in d. c. nemo deinceps. & ceteri scribentes ibi dē, qui text. intelligi debet in casu, in quo loquitur, nempe quoniam cõmẽdatur ecclesia ad tẽpus. Tunc. n. frustratoria esset cõmenda ad tẽpus, si ille, in cuius fauorem fit, nõ esset aptus ad interueniendum ecclesie commendatæ, & profecto de nihilo seruiret præfata commenda. Nã finis ipsius commendam omnino cessat in eo, qui non habet ordinem annexum beneficio commendato. Secus autem dicendum est, quoniam

beneficium cōceditur in perpetuam commendam, quia tunc concedi potest ei, qui habet legitimum aetatem ad suscipiendum ordinem annexum beneficio commendato, etiam si tempore commendae talem ordinem non habeat. Et ita sicut is, qui habet beneficium curatum in titulum tenetur se facere promoueri ad ordinem presbyteratus infra annum, ut probatur in c. licet canon. in vers. & infra annum, & in ca. commissā. de elec. lib. 6. & Mili. in reperito in versic. curatum beneficium obtinens, & Cassaneus in consi. 29. incip. stante prouisione, & Staphil. in tract. de lit. gratiæ & iustitiæ, in 4. principali modo vacationis. ita similiter commendatarius perpetuus tenetur se facere promoueri ad ordinem presbyteratus infra annum, quando sibi commendatur beneficium curatum, ut in terminis tenet Petr. Rebuff. in tracta. de pacificis possessoribus, numero 42. in versic. Et sicut tenetur infra annum, adducens glo. in pragmatica functione, in c. licet, in verbo causa, de elec. & tex. in clem. in agro. §. ceterum, ubi tex. loquitur de his, qui Prioratus habuerint, vel commissi, vel collati eis fuerint, per commendam autem dicuntur beneficia committi. Ergo ille tex. in d. clem. ne in agro. comprehendit beneficia in perpetuum commenda. Et hanc sententiam Petr. Rebuff. sequitur in terminis Quintil. Mandos. in regu. 32. de impetratibus beneficia vacantiā per obitum familiar. Card. in q. 7. nu. 10. & 11. & pro ea sententia facit, quia iura de titularijs, loquētia in perpetuis commendatarijs locum sibi vendicant, prout probatur in clem. fin. iuncta doct. Io. de Imo, ibidem in 1. q. nu. 6. de pr. cur. & Rota deci. 148. inci. nota, quod ubi beneficium, in antiquis, & Rota deci. 1. de præben. in antiquioribus, & faciunt ea, quæ supra dicta sunt in 1. par. in c. 14. nu. 6. cum multis subsequē. Et ita tenendum erit, præterquam si quando Pontifex Romanus beneficium concedit in commendam perpetuam, aliud disponat, nempe quod commendatarius non teneatur se facere promoueri infra plures annos, vel in perpetuum, tunc enim non licet recedere à voluntate Pontificis Romani, & ita is, qui obtinet præfatum beneficium in commendam, non poterit inuitus compelli ad accipiendum ordinem annexum beneficio.

## S V M M A R I V M.

1. Licetum est habere plura beneficia tenuia.
2. Clericus ecclesia deseruiens debet sustentari ex eius redditibus.
3. Multa probationes imperfectæ iunguntur ad plenam probationem.
4. Vtrum sit licitum habere plura beneficia tenuia

5. curata, numero 6. cum sequen.
5. Primum beneficium curatum uacat per secundum similia adaptionem, etiam si sit utrumque necessarium ad congruam sustentationem.
9. Clausula in fine posita ad præcedentia refertur.
11. Argumentum à fortiori ualidum est in iure.
18. Quando ecclesia seu beneficium dicitur tenue, numero 10.
19. Populus dicitur constare ex decem hominibus.

## De compatibilitate plurium beneficiorum tenuium.

## Cap. V.



VANDO beneficia sunt tenuia, licet plura habere beneficia, ut clarè probatur, in cap. vno. 10. quæst. 5. cuius verba sunt. Sed & hoc necessarium instruere diximus, ut plures ecclesiæ vni nequaquam committantur presbytero, quia solus per totas ecclesias nec officium ualeat persolvere, nec rebus earum necessariam curam impendere, eadem ratione præcipimus, ut ecclesiæ, quæ vsq; ad decem habuit mancipia, sub se habeat sacerdotem. Quæ uero minus alijs coniunguntur ecclesijs. Ex quo text. ita notat ibidem gl. in verbo committantur, quem sequuntur ibidem scribentes, idem tenet gloss. in summa. 21. q. 1. ibi. Vnus est, quando ecclesiæ pauperes sunt, ut 10. q. 3. c. vno. hanc etiam sententiam sequuntur ibidem Archi. & scriben. & sequitur Abb. Pan. in c. extirpanda. in §. qui uero. de præben. & digni. nu. 27. & summa Pitana in verbo beneficium, & similiter Syluester in summa in verb. beneficium. 4. nu. 27. & ibid. notant alij scriben. & Ioan. de Ligna. in tract. de pluralitate benefic. numero 1. & Specul. in titu. de legat. in §. dicendum. nume. 7. Et hanc conclusionem probat etiam text. in capit. eam te. de etate, & qualitate. cuius verba sunt. Sed etiam habentes plures ecclesias, quæ ex ea non pēdeant, tibi liceat appellatione postposita cogere ad vnam ipsam, quam maluerint dimittere, nisi ita fuerint tenues in substantia, & proprium sacerdotem non possint conuenienter habere, & ita notat ibidem gl. in verbo tenues, & ibi notant scribentes cōiter. Tandem ita tenet Soto in lib. 3. de insti. & in q. 6. art. 3.

Ratio prædictæ conclusionis in promptu est. Nam si cum clericus ecclesiæ deseruiens debeat ex eius redditibus sustentari secundum naturalem rationem, ut probatur in capitulo cum secundum. de præben. Et clericus ex ecclesia tenui sustentari non possit necessario

cessario debet aliunde habere, unde commodè sustentari possit, & ideo permittitur ei plures tenues ecclesias habere ad hoc, ut commodè sustentari possit, & finis debitus compleatur, id est congrua sustentatio clerico assignet.

Sicut in simili uidemus, quod quando sunt multe probationes imperfectæ, simul iunguntur ad plenam probationem faciendam, ut no. glo. in l. 2. ff. de excusat. tuto. in verb. legitimis, & est text. in c. cum causam. de probat. & glo. ita tenet in c. ueniens. il primo. in verbo illorum, de testib. & glo. in l. instrumenta. C. de proba. tenet Dyn. & Bar. in d. l. 2. ff. de excu. tuto. in §. 1. in verbo illorum, de testib. & glo. in l. instrumenta, & idem Barto. in l. admonendi col. 9. ff. de iureiur. & in l. 1. in §. item Cornelio. ff. de questionib. & in l. spadonem. §. qui iura. ff. de excusat. tutor. & in l. ex argentarijs. §. 1. ff. de edendo. Abb. in c. cum cautam. col. fin. de testib. & in cap. cum dilectus. nu. 17. de successione ab intestato, Alex. in d. l. admonendi. col. 9. ff. de iureiur. in consi. 20. vol. 4. & in consi. 53. in fi. vol. 1. In repetit. legis admonendi. col. 96. ff. de iureiur. Barbat. in rubri. de probat. col. 9. post Inno. in ca. si de successione ab intestato, & quo pacto id procedat, declarat optime Ant. Gabr. in libro 1. com. conclus. in titu. de probat. in conclusi. 1. ubi ampliat & limitat multis modis.

Dubitatur tamen, utrum sit licitum de iure habere plura beneficia tenuia, si sint curata, vel ecclesiæ parrochiales. quæ quidem quæstio à scribentibus paucis tractatur, & in ea uarietas est. Nam Archid. quem refert & sequitur Syluester in summa in verbo beneficium. quarto. nu. 3. inquit, quod præfata plura litas beneficiorum tenuium non permittitur in beneficijs curam animarum habentibus, & quamuis pro hac sententia nihil adducant, pro ea tamen primò facit. Nam si obtinens primum beneficium curatum pingue, acceptet simile secundum tenue, & eius apprehendat possessionem, in hoc casu censetur vacare primum beneficium ipso iure, ut supra fuit ostensum in prima par. in c. 13. nume. 23. Ergo clarè sequitur, quod non potest quis plura beneficia etiam tenuia obtinere curata. Sed hoc fundamentum minimè obstat. Nam in hoc casu ideo vacauit præfatum primum beneficium, quia is, qui id obtinebat, censetur eidem renunciare per simplicem acceptationem & possessionem secundum beneficii ex eo, quod primum beneficium ei sufficiebat, & sibi imputet, qui secundum acceptauit tenue cupiditate ductus, secus autem esset, quando primum beneficium esset simile tenue, & ei conferretur simile secundum tenue eo animo, ut commodè possit sustentari.

Secundò pro hac parte facit, quia uidemus, quod si primum beneficium curatum uacat per adaptionem secundum beneficii curati, etiam si utrumque beneficiū curatum sit necessarium ad congruam sustentationem clerici, ut supra fuit probatum in dicto cap. 13. numero 22. Ergo clarè uidetur, quod non licet habere plura beneficia curata tenuia. Aduertendum tamen, quod hoc secundum fundamentum minimè obstat, quia respondetur, quod aliud est, beneficia esse tenuia, prout in casu, de quo loquimur, aliud autem est, quod beneficia sint necessaria ad congruam sustentationem clerici, prout loquitur hoc secundum fundamentum. Nam possunt esse duo beneficia necessaria ad congruam sustentationem alicuius clerici, artenta qualitate eius personæ, & nihilominus hæc beneficia non erunt tenuia. Nam quodlibet per se poterit esse sufficiens ad sustentationem alterius clerici, & ita hoc fundamentum secundum non concludit, sed loquitur in casu tantum, ubi necessaria sunt ad congruam sustentationem beneficiarij.

Tertio pro hac parte facit tex. in c. de multa. de præben. cuius verba sunt. Presenti decreto statuimus, ut quicumque receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexa, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso iure priuatus, & si forte illud retinere contenderit, etiam alio spolietur, & idem probat text. in extraeuganti execrabilis. Ioan. XXI. in tit. de præben. quæ iura generaliter prohibent beneficiorum pluralitatem, & ideo intelligenda sunt generaliter, siue beneficia sint pingua, siue tenuia. Nam lex loquens generaliter intelligi debet generaliter, & præiudicare debet generaliter, ut supra probauimus in ca. præcedenti, nu. 8. in prima par. in c. 14. nume. 18. & 20. Sed hoc fundamentum similiter non concludit. Nam respondendum est, quod quauis verba legis, seu canonis generalia sint generaliter intelligenda, & debent præiudicare generaliter, hæc tamen verba non respiciunt specialiter aliàs prouisa à lege seu canone, ut probatur in l. Stichus nutricis. in princip. ff. de aliment. legat. in l. coheredi. §. qui patrem. ff. de vulgari, & in l. Decurio. cum glos. prima. C. de silen. libro duodecimo, & tenet Bald. in l. nam plures. in fine. C. de sacrosanct. ecclesi. & ita resoluit Quinti. Mando. in regu. 31. Cancellariæ in quaest. 12. nume. 40. Ergo prædicta verba generalia dicti capituli de multa, & dictæ extraeuganti. execrabilis. non respiciunt hunc casum nostrum, nempe quando sunt duo beneficia tenuia, quia iam circa eum erat dispositum de iure, quod licita esset pluralitas, ut supra ostensum est.

Vnde si cōtrariam sententiam, nempe quod quando

quando

quando beneficia curata sunt tenuia, possunt de iure communi simul obtineri, tenet Specu. in d. tit. de dispensationibus in §. dicendum. nu. 7. & Pan. in d. c. extirpanda. in §. qui verò. nu. 27. quatenus loquens de prohibita beneficiorum curatorum pluralitate, excipiunt aliquos casus, inter quos est hic casus, nempe quia beneficia sunt tenuia, & magis expressa hanc sententiam tenuit Dominicus. de Soto in lib. 3. de iusti. & in q. 6. arti. 3. col. 2. cuius verba sunt. Hoc supposito sex casus notantur. 21. qd. 1. in summa, iuridici, quibus licite compati se duae praebendae valent in eadem persona. Primus ratione tenuitatis, quia non possunt singulae singulos alere sacerdotes, vt habetur 10. quest. 3. in c. vno, qui quidem casus verus est, etiam in his sacerdotibus, qui curae subduntur animarum.

Pro qua sententia primò, adduco text. in d. c. vno. 10. quest. 3. qui quidem text. expressè loquitur in ecclesia parochiali, & ita negari non potest, quin sit vera haec secunda opinio.

8. Secundo pro hac sententia facit text. in c. eam te. de eta. & qualita. cuius verba sunt. Arcidius inhibemus, ne personas, quae in ecclesiis tui episcopatus ad curam animarum fuerint ordinandae, in ipsis instituas, nec aliquam occasione, vel etiam literarum nostrarum obtentu institui patiaris, quae scientia, moribus, & etate Concilii non congruant institutis, sed etiam habentes plures ecclesias, quae ex vna non pendeant, tibi liceat appellatione postposita cogere ad vnam ipsarum, quam maluerint, dimittebant, nisi fuerint tenues in substantia, quod proprios sacerdotes non possint conuenienter habere. Qui quidem text. clarè probat hanc conclusionem, eam ponderando in hunc modum, quod ipse text. in principi. aperte loquitur in ecclesiis parochialibus, vt probatur ibi, quae in ecclesiis tui Episcopatus ad curam animarum &c. Ergo illa uerba in fine posita ibi, nisi ita fuerint tenues, sunt referenda ad easdem parochiales ecclesias.

9. Nam si clausula in fine posita ad praecedentia referri debet, vt probatur in l. talis scriptura. §. si. ff. de lega. 1. & in l. 3. §. filius. ff. de liber. & posthu. & in c. inquisitionis. in fi. de appell. & in l. 1. c. de liber. prae. vel exhaered. & in l. olim verbum. ff. de seruo corrupt. & Fely. in c. causam quae. col. 3. de referri. Quod verum est, etiam in materia odiosa, vt probat text. in d. l. c. de libe. prae. vel exhaeredatis, & in d. l. 3. in §. filius. ff. de libe. & posthu. & Bal. in l. quisquis. C. si cert. pet. & Ias. in d. l. 1. de qua conclusi. videndus est Anton. Gabriel. qui multa adducit in libro sexto. communium conclusi. in titu. de clausulis. conclusi. 9. per totum, vbi optimè declarat.

10. Et praeterea ponderari potest aliter & se-

cundò d. text. in capit. eam te. quod comprehendat etiam beneficia curata tenuia. Nam generaliter loquitur, & prout supra diximus, text. generaliter loquens venit intelligendus generaliter.

Tertiò pro praedicta opinione facit, quia in iure nostro validum est argumentum à fortiori, seu à minori, vt probat text. elegans iuncta glo. & doctrina Ioann. de Platea in l. fina. C. qui aetate se excusauerunt, lib. 10. & text. in cap. cum in cunctis. in princip. & ibi no. gl. Ioann. de Anania, Panormit. Ioann. de Imol. & caeteri scriben. de electio. & text. in l. si non singuli. C. si cert. pet. & in authen. multo magis C. de sacrosanct. ecclesi. & in l. si quando. C. de testibus. de quo argumento latissime agit Nicol. Euerar. in locis legalibus in loco r. 6. à minori. Sed sic est, quod potest quis de iure communi obtinere plura beneficia simplicia, quando unum non sufficit ad congruam sustentationem, vt supra facti sunt ostensum in hac secunda parte. in ca. per totum cap. Ergo à fortiori potest quis obtinere plura beneficia curata, quando sunt tenuia, quia maior ratio est in beneficiis curatis quàm in simplicibus. Quod autè sit maior ratio probatur manifestè, quia magis debetur congrua sustentatio ei, qui habet animarum curam, quàm ei, qui eam non habet. Nam maiorem diligentiam, sollicitudinem & laborem debet adhibere is, qui animarum curam habet, quàm is, qui eam curam non habet. Vnde quanto est maior labor, tanto maius debet esse praemium, maximè considerando, quod is, qui habet animarum curam, caret tempore, in quo possit sibi aliunde victum & vestitum quaerere.

12. Quarto pro hac sententia facit quia videmus, quod tenuitas beneficiorum est iusta causa, ad hoc vt possint multa beneficia simul vni imperpetuum, vt supra ostensum fuit in hac 2. parte. in cap. 3. num. 8. Ergo possunt praefata beneficia tenuia concedi simul uni beneficiario ad vitam eius. Nam lenius praedictum est, quod fiat vno ad vitam, quàm quod fiat imperpetuum. Et ita ex his quatuor fundamentis amplectenda est haec secunda opinio, quod possint duo beneficia tenuia curata de iure concedi vni beneficiario, cum hoc tamen moderamine, quod praefata beneficia debent concedi ex certa scientia ex praefata causa tenuitatis, & quod in hac tenuitate meditanda non est habendus respectus personae, sed communis utilitatis ecclesiae, in quam cuncta referenda sunt. Enimvero si persona supra dignitatem suam & conditionem contendit amplam familiam, splendoremque vitae sustentare, non est hoc considerandum, sed est spectandum, quid ecclesiae conducatur, vt videtur sentire Dominicus.

de Soto in lib. 3. de iustitia & iure q. 6. in articulo tertio. Et ita tenendum est.

13. Quae opinio & sententia ita declarata ampliat primò, vt procedat non solum in beneficiis curatis, sed etiam in Episcopatibus, qui quidem si tenues sunt, quales frequenter sunt in Italia, ita vt neuter possit episcopum pro sua dignitate sustentare, poterunt duo simul vni episcopo conferri, si tam proximi sint vt ab eadem valeant persona administrari, argumen. text. in ca. illud. 21. quaestio prima. vbi conceditur, quod idem sit Archiepiscopus Terraconen. & Episcopus Fundensis, & ita in terminis tenet Dominicus. de Soto in dicto libro tertio, de iusti. & iure. quaestio. 6. in articulo 3. colum. 2.

14. Ampliatur secundo praefata conclusio vt vera sit etiam in beneficiis residentiam requirentibus, argumen. text. in cap. exposuisti. de praebend. & clarè etiam patet ex supradictis. Et facit text. in c. vacante. de praeben. vbi de vna praebenda vacante possunt fieri duae, si suppetunt facultates. Nam eadem ratio est in his beneficiis residentiam requirentibus, sicut in curatis, & quia beneficia curata, & ea quae residentiam requirent, equiparantur, ut inquit Quin. tit. Mandos. in addit. ad Lap. in allegat. 116. in litera E.

15. Ampliatur tertiò praedicta conclusio vt procedat adeo, quod praedicta beneficia tenuia collectarum onere gravari non debent, vt tenet Paul. Eleazar. in clemen. 2. de decimis, Gemina. qui alios scriben. adducit in consil. 85. col. pen. in versic. de habentibus. & Iacob. Menoch. in tract. de arbit. iudic. quaest. lib. 2. centu. 1. in casu 216. nu. 3.

16. Ampliatur quarto praefata conclusio vt vera sit adeo, quod si necessarium fuerit conferri tres vel quatuor ecclesias parochiales propter maximam earum tenuitatem, poterit fieri, argumento eorum, quae supra adduximus in hac secunda parte, in capi. 1. num. 24. cum sequen.

17. Praedicta tamen declarantur vt procedant hoc pacto, quod si praefata ecclesiae parochiales, quae simul uni clerico propter tenuitatem conferuntur, ad pinguiorem peruenerint fortunam. Tunc temporis clericus tenetur rennetur renunciare pluralitati, vel saltem cogendus erit, quod in vita sua habeat secum alium presbyterum, quia cessante causa cessare debet effectus, iux. regulam vulg. tex. in cap. cum cessante. de appe. & ita videtur sentire Archid. in d. c. vno. 10. q. 3. circa hoc tamè videnda sunt ea, quae inferius in proximo. c. dicenda sunt circa eam quae est agendum, quando beneficium habuit curatum ad actum reducit.

Pro resolutione tamè perfecta praefatorum

18 dubitatur, quando praefata beneficium dicitur tenue ad hoc, vt habeant locum ea, quae supra dicta sunt. Et breuiter considerandum est quod praefata tenuitas potest dupliciter provenire. Primo modo potest provenire ex parochianorum numero. Nam si pauci sunt, beneficium dicitur tenue, vt probat text. in d. c. vno 10. q. 3. ibi. Eadem scilicet ratione praecipimus, vt ecclesia, quae vsque ad decem habuit mancipia, super se habeat sacerdotem, quae verò minus, alijs coniungatur ecclesijs, ex quo text. clarè colligitur, quod quando parochiana ecclesiae non ascendunt ad nu. 10. ecclesia tenuis est.

19. Et est ratio, quia praefatus populus constat ex 10. hominibus, vt inquit Bald. in auth. quod locum. in fi. C. de collationibus, & gl. in d. c. vno. 10. q. 3. & glo. in c. 1. 10. q. 1. & Bart. in l. Praetor. in principi. ff. vi bonor. rapr. & in l. ff. de proba. & in l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vniuersitat. nomi. vbi dicit, quod populus & gens est idem, & videnda est glo. in c. 1. de elect. & ibidem videndus est omnino Inno. & quis sit populus, declarat Bal. in l. etiam. in 3. colum. C. de exequ. rei iudica. & idem tenet Cardin. in clemen. in plerisque. in princip. vltimae quest. de elect. & Ioan. Andr. in c. fundamenta. in 1. colum. de elect. libro 6. in nouella. Et quia verisimiliter credendum est à communiter accidentibus, quod ecclesia, quae non habet 10. parochianos, non potest esse talis, quod ex eius redditibus possit clericus sustentari. Ex quo autem habet 10. parochianos, praesumitur, quod possit sustentare sacerdotem. Est tamen aduertendum, quod quamuis ecclesia habeat pauciores, quàm 10. parochianos, vel nullum habeat parochianum, ex quo tamen potest sufficere vni sacerdoti, vt possit congruè ex eius redditibus sustentari, non est cumulanda cum alio ecclesiastico beneficio, vt declarat Archid. in d. c. vno. nu. 4. Et clarè colligitur ex his, quae supra adducta sunt in 1. par. c. 19. per totum.

20. Secundo modo potest dici tenuis ecclesia habito respectu ad eius redditus, quamuis habeat plures parochianos quàm 10. & 100. et in hoc est varietas inter scribentes. Nam aliqui dicunt, quod ecclesia dicitur tenuis, quando non excedit annum redditum centum coronatorum, vt inquit Paul. de Leazar. in clemen. secunda. de decimis, alij dicunt, quod ecclesia dicitur tenuis, cuius annuus redditus est ducetorum coronatorum inspecta vnus personae qualitate, vt est in exemplum constitutio Concilij Lateran. celebrati anno II. Pont. Leonis X. qua quidem prouisiu est, ne Cardinalibus conferantur, vel commendentur beneficia, quorum redditus non excedunt summam 200. coronatorum, quae sanè constitutio ea ratione creditur edita, vt de his beneficijs pauperibus

prouideatur, sicut scribit Cassad. in decif. 2. in tit. de preben. & Pet. Rebus. in praxi benef. titu. de rescriptis. in forma communi. numero 21. qui dicunt, ecclesiam, cuius redditus non est ducentorum coronatorum, dici tenuem inspecto Cardinalis persona, & ita aliter dicunt alij scriben. circa præfatam tenuitatem. Sed breuiter dicendum est, quod relinquitur iudicis arbitrio, quæ ecclesia, seu beneficium dicatur tenue, ita respondit Gemina. in consilio trigesimo quinto. colum. pen. vers. de habentibus, & Francif. de Ripa in capi. ad aures. numero secundo. in fine. de rescript. & Andr. Tiraquel. in repetitio. legis si vnquam. in verbo omnia, vel partem, numero trigesimo primo. C. de reuoc. donat. & ita prudens iudex iusta ratione iudicare poterit, illud beneficium esse tenue & paruum, cuius redditus non sufficiunt pro necessario victu ipsius clerici, & eius familie, quod concedit Gemina. in capitu. sicut. de supplen. neglig. prælato. in capitu. primo. de præbend. libro sexto. quibus satis probatur, ecclesiam esse dotandam ita, vt inde habeat minister, vnde se alat, quod intelligitur secundum personæ suæ conditionem, ac secundum ecclesiæ, & patriæ consuetudinem, vt adnotauit Anchara. in dicto capitu. primo. columna prima. de præben. lib. 6. quæ tamen omnia iudicis arbitrio, cum iure non sint diffinita, relinqui debent.

## S V M M A R I V M.

- 1 Duo beneficia curata, vnum actu, aliud habitu tantum, sunt compatibilia.
- 2 Beneficium habitu tantum curatum non dicitur curatum.
- 3 Impedimenti causa cessante cessat, quod ob impedimentum est constitutum.
- 4 Prohibitionis causa cessante cessat prohibitio.
- 5 Quando sunt due cause vnius prohibitionis, cessante vna non cessat prohibitio.
- 6 Declaratur & ampliatur conclusio huius capituli, & nu. 7. & 8.
- 9 Quid agendum, quando beneficium habitu curatum ad actum reducitur, numero decimo. cum sequen.
- 14 Quid agendum, quando duo beneficia tenuia curata vni ob tenuitatem cõcessa perueniunt ad pinguiorem fortunam.
- 15 Necessitatis causa cessante, cessare debet, quod ob necessitatem est concessum.
- 16 Cessante paupertate cessare debent ea, quæ ob paupertatem sunt introducta.
- 17 Cessante causa privilegij, cessare debet privilegium.
- 18 Quod beneficium dicatur habitu tantum curatum.

*De compatibilitate duorum beneficiorum curatorum vnius actu & alterius habitu & potentia tantum.*  
Cap. VI.



**V**AMVIS regulariter loquendo ¶ duo beneficia curata sint incompatibilia ita, vt simul secundum iuris communis dispositionem non possint obtineri, vt probatur in cap. de multa. de præbend. & in extrauagan. execrabilis. Ioan. XXII. in titu. de præben. vt latè supra fuit dictum in 1. parte. in ca. 13. per totum, tamen si ecclesia seu beneficium sit habitu tantum curatum & non actu, bene poterit obtineri de iure communi cum alio beneficio curato actu, text. in capitu. pastoralis. septima questione prima. cuius verba sunt. Pastoralis officij cura nos admonet destitutis ecclesijs proprios constituere sacerdotes, qui gregem Dominicum pastoralis sollicitudine gubernare debeant. Propterea te Ioannem ab hostibus captiuitate Lesminomæ Ciuitatis Episcopum in Squilitana Ecclesia te Cardinalem necesse ducimus statuere sacerdotem, & vt susceptam semel animarum curam intuitu retributionis futuræ impleas, & licet à tua ecclesia sis hoste imminente depulsus, aliam, quæ pastore vacat, debes ecclesiam gubernare. Ita tamen vt si ciuitatem illam ab hostibus liberam effici, & Domino protegente ad priorem statum contigerit reuocari, etiam ad eam, in qua prius es ordinatus ecclesiam, reuertaris. Sin autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate præmitur, in hac, in qua ordinatus, vel incardinatus à nobis debeas ecclesia peruanere. Ex quo text. ita clarissimè probatur præfata conclusio, quod negari non potest, & ita notant post gloss. ibidem scribentes omnes, & gloss. in capitulo licet canon. in verbo parrochialis. de electione. libro sexto. & gloss. in verbo collegiatis, in capitulo statutum, de electio. libro sexto. & ita tenet Petr. Duen. in tracta. regul. & fallent. in regu. 71. in vers. quartò fallit, quando vnum beneficium, alios ibidem adducens.

2 Pro qua sententia facit, quia ¶ beneficium habitu curatum & non actu non dicitur curatum beneficium, neque comprehenditur in dispositione text. in capitulo de multa. de præbend. & in extrauagan. execrabilis. Ioan. XXII. in titulo. de præbend. vt tenet gloss. in dicto capitulo licet canon. in verbo parrochialis, de electio. libro 6. & gloss. in verbo collegiatis.

giatas. in c. statutum. de elect. lib. 6. quam sententiam sequitur Panorm. in cap. de multa. de præben. nu. 24. Tandem hæc est \* communis sententia, vt inquit Benedic. Capra in reg. 90. nu. 74. cum seq. de qua sententia communi latè dixi supra in 1. par. in cap. 13. num. 10. cum seq. & nu. 53.

3 Secundò facit, quia ¶ impedimenti causa cessante cessat, quod ob ipsum impedimentum constitutum est, vt probat tex. in l. et si cõtra. & ibi Bal. & Salyce. C. de nupt. quem tex. ad hoc expendit Cyn. in l. non dubium. in 8. opposi. C. de legibus, & tex. in c. post translationem. ibi, ægritudinis impedimento cessante, de renunciat. ex quo tex. id notant doct. ibidem, & Bal. in l. si ob turpem. in 2. lectu. per eam tex. ff. de condi. ob turpem causam, & inter recentiores ita notat Marc. Mantua in consi. 161. incipiè. vise processu præsentis causæ. paulò ante fin. & ante præfatos ita notauit Io. And. post alios antiquiores in c. si postquam. in vers. in contrarium. de elect. lib. 6. & ita notauit And. Tiraq. in tract. cessante causa, in vers. causa impedimenti cessante, cessat, quod ob ipsum impedimentum constitutum est. Sed sic est, quod causa quare prohibentur duo beneficia curata in personam vnius beneficiarij, est impedimentum exercitij curæ animarum. Nam dum quis exercet animarum curam in vno beneficio, impossibile quod eam exerceat in alio beneficio. Hoc autem impedimentum cessat in casu nostro, quia beneficiarius non debet exercere animarum curam in beneficio, quod habitu tantum est curatum & non actu, ergo per dictam curam potest bene exercere in alio secundo beneficio curato in actu.

4 Quartò facit pro præfata sententia, quia ¶ cõ prohibitione cessante, cessat prohibitio, vt probat tex. in l. 1. & ibi Bald. vers. nota quod cessat. C. si Rector Prouincia, & in cap. et si Christus. & ibi Bal. in vers. dicit glo. quod cessante. & Anto. in primo nota. de iureiu. & in capitu. non debet. in ver. cum ergo prohibitiones. de consangu. & affinita. & c. statumus. §. his omnibus. & in ca. Neophitus. & ibi gloss. in verbo causa, Archid. Dominic. & Cardi. Alexan. 61. distinct. c. ex literis. 7. quest. secunda. Andr. de Ier. in rubr. quæ sint regalia, versicu. hæc pedagia, & ibi post eum scriben. vbi dicit, quod cessante causa prohibitionis finitur auctoritas statuti, per text. in l. quod ait. in §. ait lex. ff. de repud. & in l. vbi lex. in §. interdum. ff. de vsucapionibus. & in l. secunda. C. qui ad libertatem peruenire non possunt, & subdit And. de Isern. vbi supra, quod cum causa reducitur ad non causam, perinde est, ac si à principio causa non fuisset, vt in l. prima. in fine. ff. de condic. sine causa. Et quod cessante causa pro-

hibitionis cesset prohibitio, voluit etiam Archidiac. in cap. non potest, in versicu. prius de præbend. & dignitatibus, per text. in l. si donata in §. primo. & in l. si prædia. ff. de donatio. inter virum, & vxor. & Bald. in consil. 54. incipien. statuto cauetur, in si. libro secundo, vbi dicit, vique adeo procedere, vt propter cessationem causæ prohibitionis videatur induci dispensatio, per tex. quem dicit notan. in dicto §. his omnibus. & in c. neophitus, supra dicto, & bene etiam facit, quod scribit glo. in capitu. quia sancta. in §. verum. in verbo destruxit. 63. distinct. Sed sic est, quod in casu nostro cessat ratio prohibitionis habendi duo beneficia curata, vt supra iam dictum est numero præcedenti. Ergo cessare debet prædicta prohibitio.

Sed contra præfata maximè obstat sequens consideratio ¶ nempe quod quando sunt due, aut plures causæ vnius dispositionis, tunc enim vna tantum illarum causæ cessante non cessat dispositio, vt probat tex. in l. si non lex Aelia Sentia. ff. de hæredi. instituen. ex qua l. notant Oldrad. Bart. Bald. & Imo. quod quando plures leges cõcurrunt ad vnum effectum, vna cessante remanet virtus alterius, vbi dicit Bald. eam legem ad hoc solere allegari, vt probat etiam text. in l. tutor petitus. §. quæ tutorkibus. ff. de excusat. tutor. & in l. prima. in princip. ff. si quis à parentibus manumissus fuerit, & in l. secunda. in §. corporis debilitas. ff. de vcat. munerum. & in l. quod ait prætor. §. exercitium. ff. de his, qui notantur infamia, & in l. assiduis. C. qui potiores in pignore habeantur, & in capitu. primo. in §. maxime. iuncto tex. in capitu. nisi cum pridem. §. pro delicto, de renunciat. & in capitu. quæris. versicu. & nisi forsitan de ætate, & qualita. & in capi. tantum. 32. quest. 7. quam conclusionem voluit glo. in l. liberorum. §. primo. in verbo, collocare, & ibi etiam Jacob. Butri. Barto. Bald. & Alber. ff. de his qui notantur in fa. & gl. in l. liberos, in §. 1. in verb. deductus. ff. de capitis diminutione, & gl. in l. si ventri. §. in bonis. in verbo credere, & ibi etiam notat Dy. Bar. Alber. & Ang. ff. de primil. cred. & Bal. in l. generaliter. in vers. secundo oppono, dicitur ibi. C. de epif. & cle. et in c. si Christus. in vers. adde q. cessante vna. & ibi quoque Henri. Boic. de iureiu. & Iaf. in l. quod dictum. in vers. limita præfatam regulam, ff. de pact. & in l. licet inter priuatos. in fin. C. eo. ti. & in l. exigendi. vers. huic fundamentum. C. de procu. & Philipp. Deci. in c. ex literis. in vers. non ob. tex. hic. de consi. & in c. quoniam Abb. in ver. sed responderi potest. de offi. delcg. & in c. cõ cessante. in ver. quartò conclusio fallit, de app. & Fran. de Rip. in l. ex facto. in ver. crederem igitur. ff. de vul. & pu. & multa addu-



rens resoluit ita And. Tiraq. in tract. cessante causa, in limit. 22. Sed sic est, q̄ pluralitas beneficiorum nō prohibetur solummodo in beneficijs curatis, sed etiam prohibetur in alijs beneficijs non curatis, vt clarissimè probatur, ex supra adductis in prima par. & ex 12. rationibus supra adductis in hac secunda parte, in c. 6. nu. 5. cum sequen. Ergo clarè patet, quòd quamuis cesset ratio curæ in beneficio habitu tantum curato. Nihilominus non poterit obtineri cū alio beneficio curato, quia adhuc manent aliæ rationes, quæ prohibent beneficiorum pluralitatem etiam in simplicibus nō curatis, neque residentiam requirentibus.

6 Quare ratione præfata difficultatis dicendum est, quòd ꝑ quando dicimus, beneficium curatum habitu tantum, & non actu posse iure obtineri cum alio beneficio curato, intelligendum est cessantibus alijs incompatibilitatum speciebus, cum de hæc sola, quæ ratione curæ animarum prouenit, agamus. Et ideo si vnum ex præfatis duobus beneficijs est sufficiens ad congruam sustentationem beneficiariorum, non poterunt iure prædicta duo obtineri, vt supra satis ostensum est in prima par. in ca. 19. per totum.

7 Quæ conclusio sic declarata ampliatur, vt si vera sit, nō solum in ecclesijs parochialibus, seu beneficijs curatis, sed etiam in episcopatibus. Nam episcopus vnius episcopatus, in quo curam tantum habet in habitu, & potentia, potest esse episcopus alterius episcopatus, in quo curam habeat animarum habitu & actu. Nam in his terminis aperte loquitur tex. in dicto c. pastoralis. 7. q. 1. & ibidem ita notant scribentes omnes. Pro qua ampliatione facit etiam, quia in fauorabilibus ecclesiarum appellatione venit episcopatus, vt diximus in 1. parte, in ca. 24. nume. 64.

8 Prædictaꝑ tamen ecclesiarum parochialium compatibilitas sano modo declaranda est, ita quòd postquam beneficium, quod habitu & potentia tantum erat curatum, ad actum curæ reducatur, tunc temporis cessat prædicta compatibilitas, & beneficia erunt incompatibilia, vt inquit Petr. Duen. vbi supra in tracta. regu. & fallen. in reg. 71. in fallen. 4. & probat tex. in d. c. pastoralis. 7. q. 1. ibi. Ita tamen, vt si ciuitatem illam ab hostibus liberam effici, & Domino protegente ad priorem statum contingerit reuocari, etiam ad eam, in qua prius es ordinatus, ecclesiam reuertaris.

9 Dubium tamen est, quid agendum in hoc casu ꝑ quando beneficium habitu & potentia tantum curatum ad actum curæ reducitur. Vtrum primum beneficium, aut secundum sit dimittendum, cum simus in casu incompatibilitatis. In qua questione distinguendum est,

quia aut loquimur in duobus episcopatibus, & in hoc casu sine dubio obseruanda dispositio tex. in d. c. pastoralis. 7. q. 1. vbi aperte probatur, quòd episcopus tenetur se transferre ad primum episcopatum, vt probatur ibidem in d. c. pastoralis. in illis verbis, etiam ad eam, in qua prius es ordinatus, ecclesiam reuertaris, & ita notant ibidem glo. Archid. & alii scribentes, quod est verum, præterquam si Roma. Pontif. dederit licentiam episcopo, ut renunciet primæ ecclesiæ, & retineat secundam ecclesiam, quod quidem facere summum Pontificem posse, nemo est, qui dubitet.

10 Aut ꝑ verò sumus in ecclesijs parochialibus, seu beneficijs curatis, & in hoc casu videbatur dicendum, quòd postquam prædictum beneficium curatum habitu & potentia tantum fuit reductum ad actum curæ, ipso iure censeatur vacare primum beneficium curatum, quodcumq; sit, sine id, quod à principio fuit habitu curatum, siue id, quod fuit in actu curatum, argu. tex. in ca. de multa. de præben. & tex. similiter in extrauag. execrabilis. lo. XXII. in titu. de præben. & argu. eorum, quæ supra diximus in prima parte. in capi. 13. quasi per totum. Sed quia ibidem cum communi sententia in 10. num. & 33. diximus, quòd dispositio dictorum iurium, nempe tex. in d. c. de multa. & in d. extrauag. execrabilis. non habet locum, quando obtinentur duo beneficia curata, vñ actu, & aliud habitu. ideo deueniendum est ad terminos iuris communis extra dicta iura, nempe quòd quando quis obtinet plura beneficia incompatibilia, compellendus est ab ordinario, vt eligat vnum ex eis, quod maluerit, & aliud omittat, vt probatur in c. cum referente. & in c. præterea. cum multis simili. de præben. & ibi notant scriben.

11 Etꝑ sic Ordinarius statuet prædicto beneficiario tempus, in fra quo eligat vnum ex præfatis beneficijs, quod maluerit, quia cum hoc tempus non sit à iure determinatum, relinquatur iudicis arbitrio, per tex. in l. 1. in §. vlti. ff. de iure deliberandi, vbi ita scribitur. Cum dicit tempus, neque adjicit diē, sine dubio ostendit esse in ius dicentis potestate, quam diem præstituat, & in l. continuus §. cum ita. in prin. ff. de verbo. obliga. & in l. si domus §. pecunia. ff. de legat. tertio. & ita resoluit And. Tiraq. in trac. de retrac. ligna. §. 2. gl. 1. num. 18. & in §. 3. in glo. 2. num. 1.

12 Hodie ꝑ tamen attentio Concil. Trident. in sess. 24. in c. 17. videtur dicendum, quòd huiusmodi beneficiarius teneatur dimittere infra spatium sex mensium vnam ex præfatis ecclesijs parochialibus sub poenis ibidem contentis, cuius Concilij uerba sunt. Illi verò, qui in presenti plures parochiales ecclesias, aut vnam Cathedralem, & aliam parochialem obtinet, cogantur omnino, quibuscumque dispensationibus ac vniuersis ad vitam non obstantibus, vna tantum parochiali, vel sola Cathedrali re-tenta alias parochiales infra spatium sex mensium dimittere, alioquin tam parochiales, quam beneficia omnia, quæ obtinent, ipso iure vacare censeantur, ac tanquam vacantia liberè alijs idoneis conferantur, neque ipsi ante illa obtinentes tuta conscientia fructus post dictum tempus retineant.

13 Et ratio quare ꝑ quando beneficium habitu curatum ad actum curæ reducitur, beneficiarius compellitur vnum ex præfatis beneficijs omittere, ea est: quia causa permissionis cessante sine dubio cessare debet permissio: vt voluit expressè Bal. in l. 1. per eum tex. in versicu. non aliter. ff. de officio eius cui mandata est iurisdic-tio, & Signor. de Homodeis in consil. 39. inci. queritur, nunquid ex consuetudine, in versicu. secundò probat per tex. in l. si verò non remunerandi. §. si mandauero. ff. mandati, & in l. 2. & in l. cum præcario. ff. de præcario, & in l. iudicium soluitur. ff. de iudicij, & in l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. & in l. omnibus. ff. de reg. iur. & Card. Alexandrinus in cap. quod pro remedio. in prin. per eum tex. 1. q. 7.

14 Ex quibus inferatur ad decis. illius quæst. quâ supra in c. præcedenti nu. 17. tetigimus, quid agendum eritꝑ quando duo beneficia curata sunt simul concessa alicui clerico ex eo solo, quod tenuia erant. Postea tamen ad pinguio-rem fortunam peruenerunt, ita quòd vnumquodque beneficium per se est sufficiens ad congruam sustentationem beneficiariorum. Et in hoc casu sine dubio videtur dicendum id, quod diximus in casu præcedenti, quando beneficium habitu curatum fuit reductum ad actum curæ.

15 Primò: quiaꝑ causa necessitatis cessante, cessare debet, quod ob necessitatem statutum, aut introductum est: vt probatur in c. 2. & ibi notant Cardin. Florent. in 3. not. & Petr. Anchar. in 1. not. & Ant. in 1. not. de custodia Eucharistia, & in cap. quoniam multa. 48. distinet. & in c. de Syracusanæ vrbis. 28. distinet. & in cap. quia sancta. §. verum. 80. distinet. & in c. quod pro remedio. & ibi notat Cardin. Alex. in prin. 1. q. 7. & in cap. ordinationes. in §. quamuis aut. 9. q. 1. & gloss. in l. solet. in verbo quam curator, & ibi quoque Bart. ff. de tutel. & probatur in c. argumentum. de reg. iur. lib. 6. Hostien. in c. cum in cunctis. versu. capropter. in verbo necessitate, de elect. Bar. in l. 1. §. nunciatio. versu. quandoque fit iuris nostri. ff. de oper. noni nūciat. vbi inquit, quòd quando aliquid statuitur pro necessitate contra reg. iur. cum intelligitur habere locum, quatenus necessitas durat, per tex. in l. Senatus. ff. de offic. Præsidis, & in l. 1. in fi.

ff. de ferijs, & Petr. Anchar. in ca. 1. in not. 6. de statu monac. & multa alia adducens ita resoluit And. Tiraq. in tract. cessante causa, in ver. causa necessitatis cessante. Sed sic est, q̄ in hoc casu beneficia præfata fuerunt concessa simul clerico propter necessitatem, nempe tenuitate hæc quidem necessitas iā cessauit per pinguioris fortunæ superuenientiam, ergo.

16 Secundò facit pro hac sententia: quiaꝑ de iure communi, cessante paupertate cessant ea, quæ propter paupertatem inducta, aut concessa sunt, vt probatur in l. non tantum. in §. eos qui ibi. Nisi facultates eorum adauctæ fuerint. ff. de excusat. tutor. vbi immunitas concessa ob paupertatem cessat adauctis facultatibus, & ibi ita not. Iacob. de Arenis, Bart. Alberic. qui notant hoc, & probatur similiter in l. nec maritus C. soluto matri. vbi probatur, quòd non potest, ne quæ ultra quàm facere potest, non amplius ei prodest, qui locupletior factus est, & in §. vlt. in struit. de donat. vbi probatur, quòd honorum cessatio facta ob paupertatem nō ei prodest, qui fortunis auctus est, & idem probatur in c. si pauper. de præben. lib. 6. vbi probatur, quòd si Papa mandauerit Episcopo: vt clerico pauperi nullum habenti beneficium prouideat de beneficio, & interim ille clericus adeptus fuerit beneficium, cessat prædictum mandatum, & idem probat tex. in l. cura. §. deficientium. ff. de muner. & honor. vbi probatur, quod excusatio deficientium facultatibus ad munera, vel honores, quæ inducunt excusationem, non est perpetua, sed tēporalis. Nam si patrimonium auctum fuerit, cessabit excusatio, & idem probatur in l. his oneribus. §. auctis. ff. de vacatione munerum. cuius verba hæc sunt. Auctis post appellationem medio tempore facultatibus, paupertatis obtento non excusantur, & in l. semper. §. hæc idcirco. ver. sed ne eos quidem, qui augeant facultates. ff. de iure immunitatis, & tandem hæc sententiam tenuit gloss. in §. vlt. in verbo cessauerint. 25. q. 2. & Roman. qui in pulchro casu ex facto consuluit, in consil. 404. incip. in casu proposito consultationis, vbi loquitur de statuto quodam Petrusino. Sed sic est: quòd ob paupertatem concessum fuit à iure, quod quis possit obtinere duas ecclesias parochiales, ergo cessante prædicta paupertate cessare debet effectus.

17 Vltimò pro præfata sententia facit: quiaꝑ cessante causa priuilegij cessare debet priuilegium: vt probatur in l. athleta. in §. 1. in l. geometrar. ibi, donec curam gerūt, & in l. idem Vlpianus. ff. de excusat. tutor. & in l. Titia Saio. §. vltimas. & ibi gloss. & Bart. ff. de leg. 2. & in l. si filius à patre. in §. 1. ibi. cum militare desijser, & ibi not. Io. de Imol. Alex. Franc. de Aret. & Ia. ff. de liber. & posth. & in l. ex factis. in prin. ibi. quia iam

iam posset sibi testamentum facere, & ibi notat Dyn. quando tractat, an legitimatio reuocetur per filiorum legitimorum natiuitatem, & ibi notat Franc. de Aret. in not. 7. qui dicit, id fieri ipso iure, & notat similiter Iaf. in no. 6. ff. de vulg. & pupil. & probat tex. in l. 2. in §. omnes. & ibi notat Franc. Curt. Junior in ver. 3. ex tex. habes. ff. de iudic. & tex. in l. doli. §. diuersum. ff. de nouaonib. & l. in omnibus causis. 2. ff. de reg. iur. & in l. generaliter, & ibi notat Bald. & alij scriben. C. de Episcopis, & clericis, & probat tex. in §. 1. & ibi not. gloss. & similiter doc. omnes, in situ, de militari testamento, & id est probatur de iure canonico in c. cum longè. 16. dist. & in c. quisquis. 84. dist. & in c. vlt. 24. q. 2. & in c. suggestum. de decimis, & in c. magne. in fi. & ibi notat gloss. vlt. & Hostien. & alij scriben. de voto, & voti redempt. & tenuit Dyn. & Philip. Franc. in c. decet. de reg. iur. lib. 6. & Panor. in c. cum accessissent. in ver. aut queritur de priuilegio, de const. & in c. quia plerique. in versi. ego latius, de immunit. ecclesiarum, & in consil. 61. incip. videtur, q. d. Perusinus. in versi. moueor in hanc sententiam, in libr. 2. & Franc. Aret. in l. diuortio. in §. vlt. ff. solut. matrim. Tandem videndus est Andr. Tiraq. qui multa adducit in tract. cessante causa, in versi. causa fauoris cessante, & in versi. causa priuilegij cessante. Vbi multa infert vitia. Cum ergo specialiter à iure per viam priuilegij sit concessum, q. quis possit duas ecclesias habere parochiales ob earum tenuitatem, & paupertatem, merito cum peruenerint ad fortunam pinguiorem, cessare debet præfatum priuilegium: quia iam non esset priuilegium, & fauor ecclesiarum, sed esset graue damnum, & incommodum respectu parochianorum, & respectu similiter conscientiarum ipsius beneficiarum.

Pro complemento autem prædictorum dubitatur, quod si beneficium dicatur habitu, & potentia curatum, non autem actu. Et breuiter dicendum est, quod tunc temporis, quando illa cura animarum, quæ solebat exerceri, non exerceatur ex defectu parochianorum: quia non inueniuntur parochiani, in quibus exerceat possit, puta, quando pestis ratione, vel hostilitatis timore, seu ex altera occasione de loco recesserunt in alias parochias. Nam tunc temporis beneficium manet adhuc curatum, & quandoque parochiani reuersi fuerint ad desertam parochiam, beneficiarius tenetur eisdem sacramenta administrare. Ita exemplificat gloss. in verbo parochialis, & in c. licet canon. de elect. lib. 6. & gloss. in verbo collegiatus, in cap. statutum. de elect. lib. 6. & Hof. & Panormitan. num. 24. in c. de multa. de præbend. & Paul. in clem. 1. de offic. vicar. potest etiam assignari aliud exemplum, nempe quan-

do quis eligatur Episcopus alicuius ecclesie ab inimicis Christiana religionis occupata. Nam tunc temporis talis Episcopus dicitur habere animarum curam, & iurisdictionem in habitu, & potentia, non autem in actu, quam curam exercebit Episcopus in actu, quando ecclesia è manibus infidelium fuerit erepta, de quibus Episcopis titularibus mentionem facit tex. in Concil. Trident. in sess. 14. in c. 2. de reformat. quibus iure optimo aliqua prohibentur ab ipsomet Concil. Trident. aliud exemplum ponitur in c. pastoralis. 7. q. 1.

## S V M M A R I V M.

- 1 Vnum beneficium ecclesiasticum est compatibile cum pensionibus, vel præstimonij non concessis in titulum, num. 3.
- 2 Legis causa limitata, limitatum producit effectum.
- 4 Pensio non est ecclesiasticum beneficium.
- 5 Falsa est opinio Andrea Barbat. dicentis, pensionem esse ecclesiasticum beneficium.
- 6 Dicitio, alius, est implicatiua similitum.
- 7 Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.
- 8 Quod declaratur duobus modis, & nu. 9.
- 10 An dicatur beneficium ecclesiasticum omne illud, de quo tenetur quis. facere mentionem in impetratione beneficii.
- 11 Præstimonium non assignatum in titulum non est beneficium.

*De compatibilitate vnus beneficii in titulum cum pensionibus, seu præstimonij non assignatis in titulum.* Cap. VII.



V A M V I S duo beneficia sint incompatibilia si tamen habere vnum beneficium simul cum pensionibus, vel præstimonij non concessis in titulum est compatibile, & possunt simul obtineri, vt in terminis ita tenent Ioan. de Imol. in clem. gratia, de rescript. num. 20. & Curiel. in tractat. de beneficiorum pluralitate, in quinta conclusum, quam sententiam sequitur etiam Petr. Duen. in tract. regul. & falen. in reg. 71. in §. limit. & ita etiam tenet Bened. Capra in reg. 90. num. 92.

2 Quia si legis causa limitata limitatum producit effectum: ut probatur in l. cancellauerat ff. de his quæ in testamento delentur, & in l. cum seruo. in princ. & ibi not. Bald. ff. de contrahen.

trahen. emptio. ut probat tex. in l. ita autem. in prin. ff. de administ. tutor. & in l. filius à patre §. si quis ex certa. ff. de liber. & post. & in l. ratio ne. in §. vlt. ff. ad l. falcidiam, & in l. in agris. & ibi Alberic. ff. de acqu. rer. dominio, & in l. si grauitam. §. 1. ff. de præscript. verbis, & in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & in l. sed si plures, aliàs incipit, qui liberis. §. ad substitutos. versic. in arrogato. & ibi notat Bal. Imol. Raphael Cuman. Alex. & Iaf. ff. de vulg. & pupil. substitutione, & in l. in fi. ff. de ætima. actio. & in l. militis agrum. ff. de re militari, & in l. age. & ibi Bal. Salicer. Roma. & Iaf. C. de transactionibus, & probatur in c. decetore. & in c. ea noscitur. de sent. excom. & in c. licet. de decimis, & in c. quod super his, de voto, & voti redempt. & in c. 2. & ibi Ant. post prin. de custodia Eucharistie, & in c. susceptum. de rescript. lib. 6. & notat glo. in clem. 1. in verbo restituat de sequestratione possessionis, & fructuum, & Franc. Aret. in l. qui superstitis. ver. circa tertiã limitationem. ff. de acq. hæred. vbi loquitur de limitata causa renũciationis post alios antiquiores ab eo citatos. Alex. in consil. 94. incip. uiso puncto. libro tertio, vbi loquitur de limitata causa nouationis. Iaf. in l. si fundum per fideicommissum. ver. 2. ratio, cum seq. vbi etiam loquitur in causa limitata venditionis, & Phil. Dec. in consil. 379. incip. requisitus pro consil. num. 7. vbi loquitur de limitata causa exclusionis, & in consil. 394. incip. pro vera resolutione ver. quantum autem ad aliam, vbi loquitur de limitata causa substitutionis, & Stepha. Bertrã. loquens de limitata causa cessionis in consil. 1. incip. viso consultationis themate, nu. 105. lib. 2. & Hyeron. Gratius in respon. 7. incip. & si factis. lib. 1. vbi loquitur de limitata causa reuocationis, & Pet. Paul. Paris. loquens in limitata causa absolutionis, in consil. 101. incip. & si regulariter. num. 17. lib. 1. & in consil. 116. incip. circa resolutionem, num. 8. eod. lib. 1. & multa in fauorem huius sententia colligit Fel. in ca. cum ordinem. in versi. limitata causa, cum seq. de rescript. & in c. post cessionem. in versi. amplia 1. de probat. & in c. Petrus. in ver. 2. declarata de homicidio, & Iaf. in l. age. in 2. not. C. de transa. & Andr. Tiraq. in tract. cessante causa. in uer. causa legis siue ratione, quasi per totum vers.

3 Sed sic est, quod si iura, quæ prohibent pluralitatem, eam prohibent in beneficijs in titulum concessis, ut probatur in c. dudum. il 2. de elec. ibi: cum nullus potuerit plures ecclesias obtinere, nisi vna penderet ex alia, vel vnam intuitu latam, & alteram commẽdatam haberet, & id est probatur in c. sanctorum. 70. dist. ibi. omnino autem in duabus aliquem intulari nõ liceat. Et idem probatur in c. clericus. & in c. clericum 21. q. 1. cum multis similibus. Ergo prædicta in

ra solummodo sunt intelligenda, quando quis obtinet plura beneficia ecclesiastica in titulum, non autem quando obtinet vnum beneficium cum pensionibus, seu præstimonij non concessis in titulum: quia pensiones, & præstimonia non sunt beneficia ecclesiastica.

4 Quod si autem pensio non sit beneficium ecclesiasticum probatur clarè ex tex. in ca. quamuis. il 1. de præbend. lib. 6. vbi probatur, quod quando mandatur alicui prouideri de beneficijs, vigore dicti mandati de pensione prouideri non potest. & ratio est: quia pensio non est beneficium, & ita notat ibidem Domini. quod appellatione beneficiorum non comprehenduntur pensiones in literis beneficijs, sed solum comprehenditur beneficium, quod datur in titulum, & idem notat ibidem Petr. de Anch. in not. 3. & id est notat ibidem Io. And. in col. vlt. versi. in gl. Papa nosfer. & id est probat tex. in c. ad audientiam. 2. de rescri. ibi. annuas pensiones, seu beneficia, ex quo text. clarè patet, q. pensio, & beneficiũ ponuntur vt diuersa, & ita notat ibidè Abb. & Fel. in no. 1. & ita resoluit Io. de Selua in tract. de benef. q. 3. in 1. par. num. 11. dicens quod hæc est communis sententia, vt dixi supra in præfat. 1. par. num. 3.

5 Ex quo inferitur falsũ esse doct. And. Siculi Barba. in d. c. ad audientiam, vbi inquit, q. pensio est ecclesiasticum beneficium, & appellatione beneficij ecclesiastici comprehenditur, respondens ad tex. in d. c. quamuis. de præbend. lib. 6. q. ibi ideo non potest prouideri de pensione, quando mandatur prouideri de beneficijs ecclesiasticis: quia hoc fit propter odiũ impetrantis beneficium ad restringendum ambitionem impetrantium. Vel aliter respondit, q. ideo ibi pensio non comprehenditur appellatione beneficii: quia videtur, q. pensio fuerit in fraudem apposita. Ipse tamen Andr. Siculus adducit tria fundamenta pro sua sententia contra communem.

Quorum primum est ex tex. in d. c. ad audientiam. de rescript. ibi pensiones, seu alia beneficia, ponderat si enim dictionem alia, ibi positã, quæ quid est implicatiua similitum, vt inquit gloss. & doct. in c. sedes. de rescript. & tex. in clem. 1. eod. tit. & tex. in l. si fugitiui. C. de seru. fugit. notat Bal. in l. conuentulam. colum. 5. versi. item est argumẽtum à natura. C. de Episcopis, & cleric. & in aucten. ex testamento. & ibi gloss. & doct. C. de collationibus, & Bart. in l. sed & reprobari. ff. de excusat. tut. & idem probatur argumen. tex. in l. argento in §. margaritã. ff. de auro, & argento legat. Hoc tamen fundamentum non concludit, quia quamuis præfata dicitio, alius, alia, aliud, soleat poni repetitiua similitum, multoties tamẽ in propriam, & est repetitiua dissimilium, vt dicunt gloss. & doct. in

in d. aucten. ex testamento. & ita sumitur in Euangelio, ubi dicitur, crucifixus est Christus, & alij duo latrones, & ita not. Bal. per text. ibidem in l. i. C. de his qui à non Domino, & Fel. in c. sedes. in fi. de rescript. & in c. cum non ab homine. de iudicijs, & in ca. veniens. de symonia, in fi. & Franc. Aret. in l. cum ex filio. in §. filio impuberi. ff. de vulg. & pupil. & in l. 3. C. de seruis fugitiuis, & Soc. in confi. 300. incip. causa interpellationis. ver. 3. principaliter. circa prin. in 2. par.

Secundum fundamentum præfatæ opinionis Andrea Sicali est quia certum est, quod subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, ut probatur in c. ecclesia. in l. ut lit. pæden. & in c. præcipio. us. 93. dist. & in l. si cum. §. qui iniuriarum. ubi bona gloss. id notat. ff. si quis cautionibus, & tenet Bar. in l. certi conditio. ff. si cer. pet. & in l. si quis filium. in fi. principij. C. de inoffic. testamento, & in l. cum ex filio. col. 2. ver. item non possit agere. ff. de vulg. & pupil. substitut. & Bal. in l. parabolani. C. de Episcopis, & clericis, ubi in seipso Bald. quod cum pensio subrogetur loco beneficii, est beneficium, plura congerit Ias. in d. §. qui iniuriarum col. 3. in fi. & sequitur Fel. in c. cum accessissent col. 8. ver. & ex hoc dicto. de constitut. & in c. cum ex officij col. 8. vers. cum prædictis. de prescript. & plura congerit Petr. Rebuff. in tracta. nominationum. q. 8. col. 7. vers. item qui in alterius, & Bal. in d. §. qui iniuriarum. col. 2. ver. ex istis habes, & Alex. in addit. ad Bart. in l. i. §. si. ff. si quis testamento liber esse iustus fuerit, & Ant. de Butr. in c. ecclesia. num. 1. in 2. not. ut lit. pend. & Philipp. Dec. in confi. 50. col. 2. ver. 2. hoc probatur, & Soc. per illum text. in l. filia. §. si. in not. 3. ff. de cond. & demonstr. Hypolit. in singulari 255. & plura congerit And. Tirac. in legibus connubialibus, in gloss. 5. numero. 190. cum seq. Sed hoc quidem fundamentum non est concludens ex subsequen.

Primo quia quamuis regulariter verum sit quod subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum surrogatur, id tamen non procedit, quando subrogatum non habet eandem qualitates, & conditiones, quas habet principale. Tunc non potest in eius locum subrogari, neque assumere naturam illius, ut inquit Bar. in l. i. §. si. C. de Præpositis agen. in rebus, lib. 10. 12. & Bald. in d. l. parabolani. C. de Episcop. & clerici. per gloss. in verb. usurpantes, in l. i. C. de mancipijs, & colonis partia. lib. 11. gloss. & Ang. in l. stipulationes commodissimum. ff. de verbor. oblig. Ang. in l. continuus. §. si ab eo. ff. eodem titu. ubi etiam Imol. & Ias. in §. fuerat. col. 3. in fitu. de action. Abb. in ca. 1. col. 4. de summa Trinit. & Fely. ibidem col. pen. in fi. & Fran. de Rip. in c. cum M. Ferrarier. col. 18. de confi. &

Andr. Barbat. in c. fi. §. is autem. col. fi. vers. & pondera. de offi. deleg. Hyppolit. in rub. de pbat. col. 71. Caccialup. in tract. de debitore fugituo, in 3. q. princip. col. fi. Alex. in l. stipulationes commodissimum. ff. de verb. obligat. & in addit. ad Bar. in l. i. in §. in princ. ff. si quis testamento liber esse iustus, Corser. in singulari in verbo substitutus. Aret. in l. nemo. col. 2. in fi. ff. de duobus reis, Gomes. in §. fuerat. col. 6. in fitu. de actio. Cum ergo pensio diuersas habeat qualitates, & conditiones ab eis, quas habet beneficium, non debet sapere naturam beneficii. Quod autem diuersas habeat qualitates, manifestè probatur. Nam propter beneficium quis intrinsecatur, & obligatur Ecclesie, at verò per pensionem minimè, ut dictum fuit supra in præfatione prime partis, num. 3. Præterea pensionarius non tenetur septem horas canonicas recitare, sicut tenetur beneficiarius, quibus ex constitutione Pij Quinti tenetur recitare officium B. Mariæ Virginis, ut supra dictum est in 1. part. c. 20. num. 18. & quod prædicta sint vera, clarè probatur. Nam patrimonium, ad quod quis intrinsecatur, iux. tex. in c. cum secundum, de præben. sapit naturam beneficii in hoc, quod illic loco subrogatur, & tamen non est beneficium, iuxta notata per gl. ab omnibus approbatam in c. tuis quæst. de præben.

Vel tertio respondetur, quod si quamuis surrogatum debeat sapere naturam eius, in cuius locum surrogatur: hoc tamen non procedit quoad penam, ita sentit Bar. in l. multa. ff. de condit. & demonstr. & ita limitat expressè Ias. in d. §. qui iniuriarum. col. 5. ff. si quis cautionibus, & idem voluit Bar. in l. testamento. ff. de cond. & demonstr. & hanc limitationem ponit Phisip. Dec. in l. certi conditio. col. 5. in fi. ff. si certum pet. & Gomez. in §. fuerat. col. 8. in fitu. de actio. & ultra prædictos hanc sententiam sentit Bald. in c. 1. §. inter partes. col. 3. vers. & per hoc est determinatum, de lege Corradi, in l. si. C. de arbit. in l. 1. in 2. opposit. C. de his qui pœnæ nomine, & hoc colligitur ex mente Bal. in l. si eum. §. qui iniuriarum. col. 2. vers. item ex præfatis. ff. si quis cautionibus. Ruin. in cõf. 143. colum. 3. & seq. vol. 5. quamuis contrariè teneat gloss. in constitut. Regni in 1. lib. in tit. de pœna negatis depositum, & ibi not. Matth. de Afflict. nu. 9. Cum ergo ius canonicum pœnam imponat obtinentibus pluralitatem, non est extendenda in pensionibus, quamuis pensio succedat in locum beneficii, & ita iura, quæ loquuntur de pluralitate beneficiorum, nõ debent habere locum in eo, qui obtinet vnum beneficium cum pensionibus.

Tertium fundamentum præfatæ opinionis Andrea Barbatij est, quod illud dicitur esse beneficium ecclesiasticum, de quo quis tenetur face

re mentionem in impetratione, arg. tex. in c. si motu proprio. de præben. lib. 6. Sed tamen de pensione annua quis tenetur mentionem facere in impetratione, aliàs subrepticia erit impetratio, ut probatur in c. ad audientiam. il. 2. de rescript. & ita respondit Soc. sen. in confi. 260. columna prima, lib. secundo, & docuit Auguf. Bero. in capitulo super literis, num. 72. in ver. 14. de pensione, de rescript. & resoluit Iacobus Menoch. in tract. de arbitr. iudic. quæst. in lib. 2. in centur. tertia, in casu. 201. Ergo clarè sequitur, quod pensio est beneficium ecclesiasticum. Est tamen aduertendum, quod hoc fundamentum est falsissimum: non enim est verum, quod omne illud dicitur esse beneficium ecclesiasticum, de quo quis facere mentionem tenetur in impetratione. Nam non solum de beneficijs mentio fieri debet, sed etiam de præstimonio, imo de patrimonio: ut notat scriben. in capitulo postulasti. de rescript. & tamè nullus dixerit, ista esse beneficia. Item de hospitali fieri debet mentio in impetratione, ut inquit Card. in clemen. prima, quæstione quinta, de offic. ordinarij, & tamen clarum est, quod hospitali nõ est beneficium ecclesiasticum, ut probatur in clemen. per literas de præben. & gloss. 1. in clemen. si beneficium, de decimis, & diximus cum communi sententia in præfatione primæ partis supra, num. 4. prædictas responsiones ad fundamenta Andr. Barb. adducit Fely. in cap. ad audientiam. il. secundo, de rescript. & Ioan. de Selua in tractat. de benef. in prima parte, in quæstione tertia, per totam, & Hyero. Gig. in tractat. de pensio. in quæstione 28. qui in virtute adducunt præfatas responsiones.

Tandem quod præstimonium, quando non assignatur in titulum, non sit ecclesiasticum, clarum erit ex his, quæ inferius in cap. proximo adducuntur. Ex quibus erit certum, quod beneficium ecclesiasticum non est incompatible cum pensionibus, vel præstimonijs non assignatis in titulum ecclesiastici beneficij.

## S V M M A R I V M.

1. Multa præstimonia sunt compatibilia, quando in titulum non assignatur, nu. 1. 2.
2. Communis vsus loquendi præfertur proprietati verborum.
3. Nominis diuersitas, rei diuersitatem designat.
4. Natura præstimonij est diuersa à natura beneficij.
5. In impetratione beneficij an sit necessarium facere mentionem de præstimonio non concesso in titulum.

6. Beneficij appellatione non comprehenditur præstimonium in materia expectatarum, numero 7.
8. Præstimonium quod sit ecclesiasticum beneficium, num. 10.
9. Intellectus tex. in capitulo si. de concess. præben. lib. 6.
11. Attendi debet natura rei potius, quam simplex denominatio.
13. Attendenda est consuetudo in omnibus fere actis, num. 14. ubi declaratur, quo pacto id procedat.
15. In tota Hispania communiter præstimonia consueuerunt dari in titulum beneficij.

## De compatibilitate multorum præstimoniorum, quando in titulum non assignantur. Cap. VIII.



Q UOD præstimonia nõ faciunt incompatibilitatè ita ut multa præstimonia non concessa in titulum possint simul obtineri, tenet Staphil. in tract. de literis gratiæ, & iustitiæ, in quinta forma expectatarum, & Gomez. in tract. de expectatiuis, in 1. forma, & Petr. Rebuff. in tract. de pacific. possessioibus, num. 91. Et tenet Quintil. Mandos. in reg. 33. Cancellar. de annali possess. in q. 12. num. 2. quæ opinio adeo vera est, quod inquit Staphil. ubi supra, quod potest licet quis obtinere mille præstimonia absque metu incompatibilitatis. Et ratio huius conclusionis ea est: quia (ut supra dictum est in præcedenti capitulo) iura, quæ prohibent pluralitatem, loquuntur in beneficijs concessis in titulum, at verò præstimonia in titulum non concessa, non censentur ecclesiastica beneficia, & ideo non faciunt incompatibilitatem. Quod autem præstimonium non sit ecclesiasticum beneficium, tenet Io. Andr. in canonico, num. 3. ver. & nota quod dicit beneficia de rerum permut. lib. 6. faciunt tradita per Abbat. in confi. 47. incip. illud de iure quaritur, aliàs incipit Christi nomine inuocato. Illud de iure quaritur, num. 4. vers. his non obstantibus. lib. 2. ubi postquam pro parte affirmatiua argumentatus fuit, concludit, appellatione beneficiorum præstimonia non comprehendendi quam sententiam Abbatis sequitur Fely. in c. postulasti, num. 8. in 4. declaratione, de rescript. & hanc sententiam sequitur Geminia in confi. 89. & Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. quæst.

quæsti. libro secundo, centuria tertia, casu 201. numero 57.

2 Pro qua sententia facit primò quia vsus communis loquendi præfertur proprietati verborum, & significationi vocabuli, vt probatur in l. Labeo. ff. de suppellectili legata, & in l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam. versiculo optimum. ff. de leg. tertio, in capitulo quam quã. 2. q. 7. cap. quamuis. & ibi Abb. de verbor. signifi. Philipp. Dec. in consi. 472. incip. testator legauit. num. 12. Cassad. in decisi. vnica, de cleric. non resid. vbi facit optimam ponderationem, tenet Innoc. in cap. olim. de verb. sign. gloss. in cap. nonnulli. de rescript. Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Tandem hæc sententia communis est, & eam tenent omnes scribentes, vt inquit Marius Salomonius in repe. legis omnes populi, supra dicta, & Ioan. Baptista Villalobos in tract. communium conclusio num. in litera C. num. secundo, in ver. communis vsus loquendi. Sed sic est, quòd ex consuetudine, & communi vsu loquendi appellatione ecclesiastici beneficii cum cura, vel sine cura non venit præstimonium, nisi specialiter nuncupatur.

3 Secundo pro hac opinione facit quia si præstimonium, & beneficium cum cura, & sine cura idem essent, non nuncuparentur nominibus diuersis, & ideo diuersitas nominis rei diuersitatem designat regulariter, vt probatur in l. si idem codicilli. C. de codicillis, & ibi notant gloss. Bart. Bal. Salicet. & communiter omnes scriben.

4 Tertio: quia conditione præstimonii satis diuersa, & separata à natura aliorum beneficiorum est. Vnde si idem esset præstimonium & beneficium non haberent diuersam naturam, vt probatur argum. text. in c. duo sunt genera. 2. q. 1. & in dicta l. si idem codicilli. & facit, quod in simili notant scriben. in c. sedes. de rescript. & in c. statutum. de elec. lib. 6. vbi dicit, quòd appellat. ecclesiæ parochialis non venit in materia restringibili ecclesiæ parochialis collegiata propter qualitatem collegij, quam habet vltra parochiam, quæ tamen aliàs veniret, vbi materia non esset odiosa: vt inquit ibidem Ioan. Andr. in nouel. Quod autem præstimonium habeant diuersam naturam à beneficijs clarè patet: quia præstimonium ab initio (aiunt) instituta fuisse pro studentibus, & pro subsidio militum contra infideles, vt inquit Quintili. Mandos. in dicta regu. Cancellar. 33. de annali possess. quæst. 12. num. 2. & Petr. Rebuff. in dicto tract. de pacific. possess. num. 91. Et præterea præstimonium nullum seruitium spirituale habet annexum, neque aliquod onus, vt inquit Petr. Rebuff. vbi supra, & Iacob. Menoch. in dicto casu 201. num. 57. similiter præstimo-

nium potest layco concedi secundum prædictos scribentes, maxime Quintil. Mandos. in d. q. 12. num. 3. Quæ quidem omnia secus se habent in beneficijs ecclesiasticis, vt manifestè patet. Ergo clarissimè sequitur, quòd ecclesiasticum beneficium, & præstimonium sunt diuersa, & quæ præstimonium non comprehenditur appellatione beneficii ecclesiastici.

5 Ex quo quidem multa inferuntur. Primò infertur, quòd de his præstimonijs, quæ in titulum beneficii ecclesiastici non conceduntur, non est necessarium facere mentionem in impetrationibus beneficiorum: vt tenet Gemin. in consi. 89. col. 3. vbi interrogatus ita respondit, & Gomef. in dicto tractat. expectatiuarum, vbi supra num. 39. versic. dico igitur, quòd vigore. & Quintil. Mandos. in d. q. 12. num. 2. in reg. 33. de annali possess. & Iacob. Menoch. in dicto tractat. de arbitrarijs iudicium quæstio. lib. 2. centuria tertia, casu 201. num. 56. Et ita tenendum est.

6 Secundo ex præfatis infertur, quòd beneficii appellatione non comprehenditur præstimonium in materia expectatiuarum, quando prædicta præstimonium in titulum non conceduntur, & in expectatiuis non fit expressa mentio præstimoniorum, vt inquit Cassad. in decisi. tertia, in titu. de præben. numero 33. & tenet expressè Panorm. in dicto consi. 47. numero quarto.

7 Tertio ex prædictis infertur, quòd constitutio Concilij Lateranen. celebrati anno secundo Leonis X. qua prouisum est, ne Cardinalibus conferantur, vel commendentur beneficia, quorum redditus non excedunt summam 200. coronatorum, non comprehendit huiusmodi præstimonium non concessum in titulum beneficii, vt resoluit Cassad. in d. decisi. 3. in titu. de præben. num. 32.

8 Contrariam sententiam prædictis, imò quòd præstimonium sit ecclesiasticum beneficium, & veniat, & comprehendatur beneficii ecclesiastici appellatione. Et quòd impetrans necessariò teneatur facere mentionem præstimonij, ac proinde quòd plura præstimonium obtinere sit incompatibile, firmat Host. in c. postulasti. col. 2. vers. vnde & lex. de rescript. & sequitur Oldr. in consi. 81. incip. quod processus. vers. nam præstimonium sunt beneficia. & in cõf. 140. incip. in eccle. Callagurita. in prin. col. 2. vers. nemo enim negare potest tale præstimonium, & sentit Gemin. in consi. 89. incip. vacante Archidiaconatu, nu. 3. vers. quoad vltimū dubiū, & Nicol. Mil. in repet. in verb. beneficii appellatione continentur præstimonium, & Ioan. Franc. Painius in tract. de offic. & potestate Capituli sede vacante, in prima questione 2. par. princip. nume. 5. in vers. & idem dicendum

dicendum est de præstimonijs, & præstimonibus portionibus quia sunt beneficia ecclesiastica, & perpetua.

9 Pro qua opinione est tex. expressus in c. fin. post princ. de concess. præben. lib. 6. cuius verba sunt. Quoniam ex constitutione nostra, per quam paulò promouitionem nostram ad summi Pontificatus apicem omnes collationes, prouisiones reservationes, & concessionis super canonicibus, dignitatibus, personatibus, præben. officijs, portionibus, præstimonij, ecclesijs parochialibus, ruralibus, & alijs quibuscumque beneficijs ecclesiasticis uacaturis quocumque nomine conferentur &c. Ex quo tex. clarissimè probatur, quòd præstimonium est ecclesiasticum beneficium, & tanquam tale connumeratur, inter dignitates, personatus, officia, præben. ac ecclesias parochiales, & rurales. Ponderando verba dicti tex. ibi, & alijs quibuscumque beneficijs ecclesiasticis uacaturis quocumque nomine conferentur. Nam dicta dictio alijs, est repetiua similium, vt supra dictum est in capitulo præcedenti, numero sexto.

10 Secundo facit: quia negari nõ potest quin præstimonium sit ecclesiasticum beneficium: quia cognoscitur multis modis personæ ecclesiasticæ. Primo modo ex parte personæ prouidentis. Nam prouisio non fit nisi per Episcopum, vel Prelatum Ecclesiasticum de iure communi, quamuis præsentatio pertineat quando que ad laycum, vt in c. 3. de iure patro. Innoc. in c. quòd sicut. de elec. Item quòd ille, qui habet prouidere, illud sibi retinere nõ potest, vt in c. si. de instit. & facit, quod notant scribentes in c. relatum. de præben. Secundo cognoscitur beneficium ex qualitate eius, cui prouidetur. Nam de ipso beneficio non potest prouideri nisi clerico, vt in c. cum adeo. de rescript. & in c. ex literis. de transact. & in c. 2. de instit. cum multis similibus, vt dixi supra in 1. par. in c. 24. nu. 71. Tertio modo ex qualitate ipsius beneficii, quia beneficiū ecclesiasticum habet aliquid spiritualitatis annexum, vel cui annexum est. Vnde propter diuinum officium datur ecclesiasticum beneficium: vt in c. si. de testat. lib. 6. & in c. si quis sacerdotum. 86. dist. Item quia perpetuum est quantum ad eum, cui confertur. Hoc est enim proprium beneficiorum ecclesiasticorum, vt habetur in c. sanctorum. 70. distinct. & in cap. penult. de cleric. agrotat. & notant scribentes in c. si gratiosè. de rescript. lib. 6. vt dixi supra in prima par. in præfat. nu. 2. Quarto modo ratione eorum, quæ seruanda sunt in prouisione. Nam de beneficio ecclesiastico debet prouideri purè, & sine pacto, & conditione, & non pro alio commodo temporali, aliàs committeretur symonia, vt probatur

in cap. quam pio. 1. q. 2. & in c. si. de pactis, & in cap. consulere. de symonia, cum multis alijs capitulis eiusdem tituli. Sed sic est, quòd præstimonium habet omnia prædicta signa, qualitates, seu conditiones: quia de eo prouidetur solum per prælatum ecclesiasticum, & personæ ecclesiasticæ, & imperpetuum, non ad tempus neque sub pacto, aut conditione, nec confertur pro temporali commodo, sed propter spiritualitatem annexam, vel cui annexum est: vt sentit Calder. in c. in nostra. de rescript. & scribentes supra adducti, qui tenent hanc sententiam, quòd præstimonium sit ecclesiasticum beneficium. Ergo cum præfata concurrant in præstimonio, debet necessariò ceteri ecclesiasticum beneficium, & comprehendit appellatione beneficii ecclesiastici, neque debet esse vis in nomine, ex quo omnes præfatas qualitates habet, siue appelletur beneficium, siue officium, siue pensio, siue præstimonium, uel alio nomine, argumen. tex. in cap. possessiones 16. quæst. prima, & in capitulo conquirente. de cleric. non resid. & in capitulo Saluator, prima quæstione tertia, & in dicto capitulo consulere. de symonia.

Ex diuersitate enim nominum non diuersificatur rei substantia attendi enim debet potius natura rei, quam simplex denominatio, vt probatur in capitulo ea quæ. de symonia, & in l. si vno. ff. locati, & probatur etiam in capitulo in intelligentia. de verborum significat. Veritas quidem, & substantia rerum non immutatur hominum denominatione, vt probatur in l. si forte. ff. de castrensi peculio. Vbi si quis non ex castriis notus aliqui filiofamilias donauerit, adiecerit que nominatim, vt idè habeat in castrensi peculio, tamen non censebitur tanquam castrense peculium: veritatem enim, (vt ibi subditur) spectamus, & idem probatur in l. non epistolis, & in l. non nudis. C. de probat. & in l. assumptio. & ibi Bar. & Alberic. qui eam legem legit cum l. Labeo. ff. ad municipalem, & in l. in iuliam, & ibi Paul. Castren. ff. de præscript. verb. & in l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mortis, in l. si olei. & ibi notant scribentes. C. locati, & in l. cum falsa. C. de iuris, & facti ignorantia, cuius verba: quia sunt accommodatissima, subnectere libuit, ea sunt. Cum falsa demonstratione mutari substantia ueritatis minimè possit, respondendo id, quod paternum erat, ex matris esse bonis nihil egisti. & in capitulo constitutus. de religiosis domibus, & in clem. ult. in secundo responso, de sententia excommuni. cuius auctoritate dicit Ioan. And. in addit. ad Specul. in titulo de instrumentum. editio, in §. porrò. colum. vltima, quòd ueritatem rei non immutat etiam Papalis denominatio. Ideoque (ut subdit) si contra hentes

hentes alio contractu, quam donationis vntur verbo donandi, non propterea erit donatio. quod etiam ante illum voluit Oldrad. ipsius præceptor consil. 139. incip. ad habendam. columna prima, & voluit Ias. columna nona versic. dicit etiam notan. & iterum col. sequē. versic. benefacit, quod dicit in l. 1. C. de iure emphyteutico, post Bald. in rubr. eiusdem tit. etiam ad fi. & in l. secunda, versic. sed iuxta hoc quæro. C. commodati, vbi dicit, quod verba magis deseruiunt nature contractus, quam e contrario, per tex. quem dicit notandum in d. l. insulam. ff. de præscrip. versic. & idem Bald. in l. qui se patris. col. 7. ver. hoc scias, quod si princeps. C. vnde liberi, & in l. col. 2. versic. quod si notarius. C. de rerum permut. vbi dicit, quod non attenditur nomen contractus, quo vtuntur contrahen. vel notarij, qui instrumentum conficiunt, sed substantia ipsius contractus, per tex. in dicta l. insulam. & idem Bald. in l. eadē. col. 3. versic. sed quid de eo, qui emit. C. locati. vbi dicit, non esse inspiciendum nomen contractus, sed rerum substantia, per dictā. l. insulam. & idem Bald. in l. licet certis. col. 2. versic. 5. quæro. eodem titulo vbi dicit per eā legem, solum nominis differentiam non mutare substantiam, & in cap. licet de vitanda. post prin. de elect. vbi dicit, cautela verborum nō posse rei naturam mutari, per not. in clemē. vltima, de rescript. & idem Bald. in consil. 291. incip. ad euidentiā. col. 2. versic. apparet igitur. lib. 2. vbi inquit, quod ducatus, comitatus, vel alia huiusmodi dignitates quocumq; alio nomine vocentur, tales tamen manere, quales sunt. Nam realitate (vt ipse loquitur) potius inspiciunt, quam nuda rerum vocabula, & in consil. 112. incipien. omnis potestas. col. 2. versic. Ego pro certo, lib. 3. vbi dicit, voces ad beneplacitum non tollere propriam speciem actus, quocumque modo rem ipsam appelles, per tex. in d. l. insulam, eandem sententiam sentit Bart. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publican. & vctigalibus, & in consil. 155. incipient. facti contingentia. col. 2. & in disputatione incipient. publicanus. & Signorol. in consil. 22. incipient. in questione vertente inter commune, col. 5. versic. & licet instrumentum, & limol. in cad audientiam. col. 2. de reb. ecclē. non alie. Panorm. in cap. constitutus. col. vlt. per tex. ibidem. de relig. domib. & in c. illo vos. in not. 4. de pignor. & in consil. 144. incip. in quæst. mouenda. lib. secundo, & Paul. Castren. in l. secunda, quam legit cum l. prima. §. adeo. ff. locati, & Franc. de Aretio in l. secunda, columna secunda, & ibi etiam Puppurat. col. antepen. versic. credo quod si. ff. si cert. per. & idem Aret. in consilio 100. incip. casus talis est, quidam Titius. col. 2. versic. item præmitto, & in consil.

lio 160. incip. longa est. col. 3. versic. ex his inferur. Alexan. in consil. 40. incip. super primo dubio. columna quinta, versic. sed circa tertium. lib. quarto, Ias. in rubr. ff. de leg. 1. col. 4. pen. Philip. Dec. in consilio 63. columna vltima, & in consilio 160. incip. In causa monasterij. columna prima, & in consilio 164. incip. non fuisset. col. secunda, ver. non obstat, quod in contractu, & in consilio 413. incip. consuluit columna prima, & vulgò dicitur, propter nostrum affirmare, vel negare, nihil mutatur in re; & ita vulgariter summatur tex. in l. assumptione. ff. ad municipalem.

12 Pater igitur ex prædictis maximè dubiam esse conclusionem prædictam in principio assignatam, nempe quod liceat habere plura præstimoniam simul absque metu incompatibilitatis, cum contrariam sententiam teneant etiam multi scribentes, quibus iura ac rationes suffragantur. Quare pro vitanda contrarietate prædicta, erit distinguendum in hunc modum. Quia aut loquimur de præstimonij in sola territorialitate consistentibus, & que non dantur in titulum, & quorum layci sunt capaces, & tunc tempus procedit, & vera est prima opinio supra dicta, quod liceat habere plura præstimoniam simul absque metu incompatibilitatis, & in his terminis sine dubio loquuntur scribentes, qui tenent præfatam primam sententiam, aut verò loquimur de præstimonij, quæ in titulum perpetuum dantur, & habent annexū aliquod obsequium spirituale, & in hoc casu vera est secunda opinio, quod præstimonium est ecclesiasticum beneficium, & quod non licet habere plura præstimoniam simul. hæc concordia colligitur ex adductis à Petro Rebuff. in tract. de pacificis possessoribus, num. 90. & 91. & aperte hanc concordiam assignat Quintil. Mandos. in regul. 33. Cancellariæ de annali possessore, quæst. 12. numero tertio, & Iacob. Menoch. in dicto tract. de arbit. iudic. quæst. lib. secundo centur. 3. casu. 201. num. 53. cum sequen. & ante eos ita tenuit Philip. Dec. in capitulo ad aures. de rescript. Et ita tenendum est.

Et quando sumus in dubio, vtrum præstimoniam solita sint concedi in titulum, vel non 13 attendenda est consuetudo præcedens circa eorum provisionem. Nam consuetudo vltra quod est optima legum interpretis: vt probatur in l. si de interpretatione. ff. de legibus, & ibi notant scribentes omnes, humanos ferè actus omnes interpretatur, & in eis attenditur, ut probatur in l. si fundus. ff. de euictionibus, vbi in contractu emptionis, & venditionis attenditur consuetudo, & notat Bart. in l. ex parte. ff. de verborum obligat. idem Barto. Paul. & alij scribentes in l. cunctos populos. C. de sum-

ma

ma Trinitate, & fide Catholica, & Bald. in l. instrumenta. C. de probat. Et præterea in locatione, & conductione inspicienda est consuetudo, ut probat tex. in l. excepto. vbi notat Bald. Salicet. & alij scribentes. C. locati. Bart. in l. penult. ff. de impensis in rebus dotalibus factis, & in stipulationibus attenditur etiam consuetudo: vt probatur in l. semper in stipulationibus. vbi latè notant Philipp. Dec. & Cagnol. post alios scriben. ff. de reg. iur. & in donatio. etiam attenditur consuetudo, vt multa congerens probat Palatinus Rubius in repet. rubricæ de donat. inter vir. & vxor. & Bertrand. in consilio 190. numero decimo tertio, volumine tertio, & in concessione emphyteusis attenditur consuetudo, vt inquit Bald. in l. si certis annis, columna tertia, C. de pact. & Ias. in l. certi conditio. §. si nummos. numero decimo sexto, ff. si cert. pet. & Hyppolit. in singul. 425. & in singul. 495. & Philipp. Dec. in l. semper in stipulationibus, numero octauo, ff. de reg. iur. & in decimarum solutione attenditur etiam consuetudo, ut inquit Ioan. Andr. in capitulo fin. circa fin. de parrochiis, & Roch. de Curt. in tract. de consuetud. numero 94. & 360. & in solutione gabellarum attenditur consuetudo, vt in l. fin. §. diui. ff. de publicanis, Bald. in l. tertia, columna tertia. C. de nautico fœnore. Ias. in consilio 20. columna tertia, versic. sexto facit. volumine primo, & etiam in euictione consuetudo attendi debet, vt probatur in l. quod si nolii. §. quia assidua ff. de medil. edict. & in l. si pignore. §. si creditor. vbi Bald. ff. de pignorat. actio. & in l. si stipulatus. in prin. ff. de viuris, & ibi Bart. & in l. prima, ff. de euict. & in cursu aquarum, vel feruitute est etiam attendenda consuetudo, vt probatur in l. si manifeste. C. de feruitutibus, & in l. si prius. §. primo, ff. de aqua pluuiæ arceda, & Cepol. in tractat. de feruitu. vrbanozum prædiorum, in capitulo septimo. Tandem multa, vbi consuetudo attenditur, cu riosè cumulat Anto. Gabriel. in libro 6. com. conclus. in tit. de consuetu. in conclus. prima, & secunda.

14 Quod igitur procedit, etiam si præfata consuetudo non sit præscripta, sed tantummodo per aliquos actus obseruata: ut voluit Nicolaus de Matra. in l. de quibus. ff. de legib. quem refert, & sequitur Anto. de Butt. in ca. fin. col. 22. versic. ex his dicit Nicol. de consuetudine. & Alexan. in consilio 107. columna penultima, volumine secundo, Aret. in consilio vndecimo, col. fin. versic. sed tamen ex superabundanti. Matth. de Afflict. super constitut. Regni, fo. 131. aliàs sub rubr. ne filius pro patre, in constitut. incipi. iustitarius, numero sexto, & Roch. in rubr. de consuetud. in quarta questione, versiculo ex præmissa doctrina, & Philipp. De-

cus in l. semper in stipulationibus, in fine, ff. de reg. iur.

15 Vnde igitur cum in tota Hispania communiter præstimoniam consuetu sint dari in titulum per petuum beneficij, habentque onus annexum spirituale, vt inquit Mandos. in dicta regul. 33. de annali, in questione 12. numero 3. in fin. & Dominic. de Soto in lib. decimo, de iustitia, & iure, questione quinta, articulo tertio, conclus. secunda, clarè sequitur, quod in Hispania nemo potest plura præstimoniam simul habere: quia sunt incompatibilia sicut alia beneficia quod intelligo regulariter loquendo, præterquam in casibus, in quibus licet de iure habeant plura beneficia, de quibus in hac secunda parte.

## S V M M A R I V M.

- 1 Licitum est plura beneficia obtinere, quando deficiunt clerici idonei.
- 2 Necessitas, & penuria causa multa in iure permittuntur aliàs prohibita, & numero tertio, vbi declaratur conclus. & nu. 9.
- 4 Necessitas, & penuria causa licet proprium filium vendere.
- 5 Quæ à iure ob necessitatem famis permittuntur ad alias necessitates non debent extendi.
- 6 Tempore necessitatis extrema licet alienum accipere.
- 7 Quando duo mala sunt necessaria, minus malum eligendum.
- 8 Pluralitas beneficiorum, de qua in hoc cap. permissa est etiam in Curatis.
- 9 Ad hoc vt quis possit obtinere plura beneficia, debet probari defectus, & penuria.
- 10 Paupertas quando est causa intentionis, debet probari.
- 11 Negatiua est probanda necessariò ab eo, qui se fundat in ea.
- 12 Solummodo est permittendum id, quod ingens necessitas requirit, & nu. 13.
- 14 Quando deficiunt clerici idonei ad acceptandū beneficium, vtrum quis possit compelli, nu. 15.
- 16 Dispositio generalis non comprehendit casum aliàs priuilegiatum.
- 17 Vtrum compellatur quis facere, quod alteri prodest, & sibi non nocet.
- 18 Ad munera personalia, & honores potest quis inuitus compelli.
- 19 Concesso antecedenti censetur concessum consequens.
- 20 Sacramenta sunt necessaria in Republica Christiana ad animarum salutem.
- 21 Propter necessitatem potest quis compelli ad vendendum res proprias.
- 22 Deficientibus clericis laici possunt compelli ad accipiendum ordines.

R. 23 Cef-



23 *Cessante penuria seu necessitate, de qua in hoc capitulo, cessat in eo dispositum.*

*De compatibilitate multorum beneficiorum in persona unius beneficiarij, quando alij idonei beneficiarij deficiunt. Cap. IX.*

**N**ECITVM † est de iure communi, quod multa beneficia conferantur uni beneficiario, quando alij beneficiarij digni seu idonei non reperiuntur, ita tenuit Hostien. in cap. graue nimis, de præben. & textu ibidem, cuius verba sunt. Graue nimis est, & absurdum quod quidam ecclesiarum prælati cum possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitaris sequentes affectum non iudicium rationis. Vnde quanta ecclesiis damna proueniunt, nemo sanæ mentis ignorat, & hanc sententiam Hostien. sequitur Pannorm. numero secundo, in dicto capitulo graue nimis, & Petrus Duen. in tract. regul. & fallen. in reg. 7. r. in limit. seu fallen. tertia, ubi dicit, quod doctrinam Hostien. sequuntur communiter scribentes, pro qua communi sententia est text. expressus in capitulo primo 21. quæstione prima, in fin. ibi. & hoc quidem in hac Verbe seruandum, ceterum in Villis, quæ foris sunt, propter inopiam hominum indulgentur, & ita not. ibi gl. & scriben.

2 Ratio præfate conclusionis ea est: quia † necessitatis, & penurie causa multa in iure permittuntur, quæ aliis prohibita sunt, quæ colligit Alberic. in l. secunda, C. de patrib. qui filios distraxerunt, & in l. prima, ante fin. ff. de officio Proconsulis, & Luc. de Penna in l. prima columna secunda, C. de delatoribus, lib. 10. & in l. curiales. secunda, post princ. C. de decurionibus, eodem libro, & in l. prima, columna prima, & secunda, C. de comætu, libro duodecimo, Roman. in repet. l. si verò. §. de viro. in fallen. §. 4. ff. solut. matrim. Firma in suo lexico in verbo necessitas, ferè per totum, & Franc. Curt. senior in repet. legis admonendi, in fol. 16. columna tertia, versiculo ad hanc conclusionem, & ibi quoque Ias. in repet. columna 74. in versiculo circa secundam conclusionem, numero 214. cum sequen. ff. de iure iurand. & ipse Ias. in l. prima, in principio, columna penult. versicul. gloss. in verbo non aliter, & ibi Franc. Purpurat. in columna penultima, & sequen.

ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio. & idem Ias. in aucten. res quæ, columna tertia, versiculo 11. & iterum columna sexta, versiculo sexto, & vltimo, C. communia de legat. & in l. principalibus, columna secunda, ff. si cer. pet. Fely. in capitulo cum accessissent. columna nona, versiculo tertio restringitur. de constitu. & in capitulo querelam, columna vltima, de iure iuran. & in capitulo secundo, columna penult. de sponsalibus, Philipp. Dec. in l. quæ propter. de reg. iur. Mathæus de Allicis in capitulo licet Vasallus. columna tertia, in quinto not. si feudo fuerit controuersia inter Dominum, & agnatos, & in constitu. Siciliæ in constitu. incip. si quando contingit. in primo not. Fran. Curt. Iunior in tract. feudorum, in quarta par. principali, in fol. 43. in versicu. 16. quæro, & Hypopolit. Marfil. in l. prima, §. propterea, colum. 18. cum duabus sequen. ff. de quæst. Ferdinan. Loaz. in repet. legis filius fami. §. diu. numero 219. cum multis sequen. ff. de legat. primo Gerard. à Petrasancta in singu. suis, in capitulo necessitas, & Palatius Rubius in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. in §. 17. columna quinta, versicu. quod procedit, cum seq. & Andr. Alciat. in lib. primo, de verb. signifi. ad fin. Tandem circa hanc necessitatem seu penuriam multa adducit Andr. Tiraquel. in tract. de retract. lignag. §. 26. gloss. prima, nume. 16. cum multis seq. & Iacobus Menoch. in tract. de arbit. iudic. q. in lib. 2. in centuria 2. in casu 182. per totum.

Et hinc videmus, quod † necessitas naturalis præstat causam iustam alienandi feuda, fidei commissa, & alia aliis inalienabilia: vt inquit Soc. in l. Marcellus. §. res quæ, numero secundo, ff. ad Trebell. & Cranet. in responso pro genero, numero 94. & probat text. in aucten. contra rogatus. C. ad senatusconsultum Trebellianum, ibi, vel si non habet, vnde sibi faciat expensas, & ibi notant gloss. & post eam Barto. in aucten. res quæ, numero 9. C. communia de legat. & probatur in nouella constit. 108. de restit. & Iacob. Menoch. ubi supra, numero 26. & Philipp. Dec. in capitulo quæ in ecclesiarum, columna tertia, in not. sexto, de constit. per text. ibidem.

4 Et hinc etiam est, quod † pater ob necessitatem seu penuriam proprium filium vendere potest, vt probatur in l. secunda, C. de patrib. qui filios distraxerunt, quæ quidem lex non tam aliena à paterna pietate videri debet, quam plerisque videtur. quando quidem Nemiæ. quinto capite. Populus fame oppressus in hæc verba prorupit. Filij nostri, & filiarum nostræ multæ sunt nimis, accipiamus pro precio earum frumentum, & comedamus, & viuamus, id quæ etiam aliquando factitatum tradit

dit tempore Maximini Imperatoris Eusebius Cæsariensis in libro ecclesiasticæ historiæ, 9. in capitulo octauo, de qua re multa tradit Andr. Tiraquel. in dicto tract. de retract. lignag. §. 26. gl. prima, nume. 16. cum seq. & facit quia in Hierosolimitana expugnatione cum Iudæi arctius à Romanis obsiderentur, non solum non abstulerunt ab hominum stercorebus, & brutoribus, & calcamentis, & corijs à scutis detractis. Sed & reperta sunt à militibus omnia ob incediam discubentibus, in priuata mulierculæ domo, puerilia membra, quibus infelix mater nomine Maria, Eleazari filia occultè vesecebat, trahebatque vitam illius visceribus, qui omni vita solet esse parenti charior, teste Iosepho lib. sexto, belli Iudaici in capitulo vltimo, in fin. & in libro septimo, capitulo sexto, aut ex aliorum codicum sess. 11. & repetit Aegippus excidii Hierosolimitani libro quinto, capitulo 41. & Eusebius Cæsariensis libro tertio, historiæ ecclesiasticæ, aut vt alii Codices computant, capitulo sexto, & Diuus Chryostomus libro primo, aduersus vituperatores vitæ monasticæ, quinimo longo antea intervallo Doda Regæ Syriæ Ioan in Samaria occidente, fames adeo inualuit, vt matres inædia adactæ filios necauerint, coxerint, comederintque: vt describit sacra hystoria lib. 4. Regum cap. 6. & Iosephus lib. 9. antiquitatum, capitulo quarto, & in alia ipsius Samaritæ obsidione facta ab Aristobolo, & Antigono fames quoque obsessos ad tetra humanorum cadauerum alimenta coegit, vt tradit idem Aegippus libro primo, excidii Hierosolimitani, capitulo primo, & similiter imperante Iulianiano eo anno, quo Vrbs Roma, dum Bellisarius inibi esset, à Gothis obsideretur, tanta per vniuersum Orbem, & præcipue apud Ligures fames excreuit, vt pleræque matres infelicium natorum membra comederent, vt Datus Mediolanensis Anistetes, & eius auctoritate Paulus Dyaconus retulere, Hieremias Threni in cap. 4. dolenter, & flebiliter inquit. Manus mulierum coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum, & Diuus Chryostomus homilia 64. in Genesim loquen. de Iacob Patriarcha scribit, famis necessitatem patris amorem in eo vicisse, & Diuus Hieronimus in Amos libro tertio, veterem narrat hystoriam, nihil fame durius, quæ sepe obsessos compellit humanis vesci carnibus, & in suam seuire naturam, ita neque parentes paruulis liberis, & maritalis affectus vxoris dudum amata membra dilaceret, & multa huiusmodi adducit Tiraquel. dicta gloss. prima, numero 29. cum seq.

5 Est tamen aduertendum, quod ea † quæ de necessitate famis priuatim iure communi constituta sunt, ad alias necessitates trahenda

non sunt, ut in casu dictæ legis secundæ. C. de patribus qui filios distraxerunt, voluerunt Azo in summa eiusdem tituli, Accursius, Petrus à Bellapertica, Cyn. Barto. dum ciant Dyn. in loco, de quo inferius, & Bald. Ang. Salicet. Paul. Castren. in dicta l. secunda, & Dyn. in capitulo in argumentum. de reg. iur. lib. sexto, ex quo Ioan. Faber in §. primo, columna secunda, instituit. quibus alienare licet vel nõ, dicit, quod licet maritus possit dotem alienare ex necessitate famis, non tamen ob abam quamuis necessitatem, argum. dictæ l. secunda. C. de patribus qui filios distraxerunt, & sequitur Angel. Aret. in dicto §. primo, columna prima, in fin. & facit, quod in alio casu voluit Ioan. Faber in §. nullius. columna vltima, & ibi post eum Angel. in §. sacra. instituit. de rerum diuis. & Bald. in capitulo primo, §. aut si libellario. columna secunda, in verb. poterat olim. in titu. quibus modis feudum amitatur, dum ibi loquitur de necessitate victus, & hæc quidem opinio iure quandoquidem nulla omnino necessitas fami par est. Territorium enim mortis genus famem esse pronunciat Homerus, prout refert Andr. Tiraquel. multa in proposito adducens in dicta gloss. prima, numero vigesimo quarto. Cum igitur penurie, & necessitatis causa præfata omnia fiant, non mirum quod in casu necessitatis, quando non inueniuntur clerici idonei, possit vnus clericus plura obtinere beneficia.

6 Facit similiter: quia † tempore necessitatis extremæ licet absque furti pœna, seu peccato alienum accipere: quia tunc propter necessitatem, & ad eam subleuandam, omnia sunt communia. Si quidem à natura ipsa institutum est, ut res inferiores sint ordinatæ, & destinatæ ad hominum necessitatem, quam obrem diuisio rerum, quæ post institutionem iuris naturalis facta est, non derogat rationi naturali, quæ dicitur, ex rebus temporalibus subueniendum esse hominum necessitati extremæ: vt probatur in capitulo sicur hi. quadragesima septima distinctione, & gloss. in capitulo si quis. de furt. & ibi notant docto. & Diuus Thomas in secunda secundæ, quæstione 66. articulo septimo, & faciunt ea, quæ congerit Conarr. libro tertio, variarum resolutio. capitulo decimo quarto, numero quinto, & in reg. peccatum. in prima parte, numero secundo, & in secunda parte, in §. primo, numero tertio.

7 Secunda ratio pro prædicta sententia, quod licet habere plura beneficia, quando deficiunt beneficiarij sufficientes, adduci potest. Nam inrit est principiu, quod quæ duo mala sunt necessaria, minus malum sit eligendū, vt probatur in c. duo mala. 13. dist. & dixi supra in 1. par. in cap. 23. nu.

ni. 23. Sed sic est, quod in nostro casu, quando deficiunt ministri idonei, vñ ex duobus est necessarium, nempe q̄ beneficia conferantur indignis, vel q̄ dignus habeat multa beneficia. Sed sic est, quod minus malum est, quod vnus beneficiarius dignus habeat multa beneficia, quam quod indigni habeant beneficia, ergo hoc est eligendum, nempe quod dignus habeat multa beneficia, quod autem hoc sit minus malum, dicunt Hostien. & Panorm. ac alij scribentes in cap. graue nimis. argumen. eiusdem tex. de præben.

Prædicta conclusio ampliatur ꝑ vt procedat non solum in beneficiis simplicibus, sed etiam in beneficiis curatis, & ecclesijs parochialibus. Nam deficientibus dignis ministris poterunt duo seu tria beneficia curata cōcedi vni beneficiario digno. Nam in his beneficiis curatis magis est attendenda dignitas, idoneitas personarum, quam in aliis beneficiis: vt colligitur ex supra adductis in prima parte capitulo 24. numero 28. cum sequen. & hoc volunt scriben. qui tenent præfata conclusio nem, quatenus loquuntur indefinitè sine aliqua restrictione. Nam verba indefinita æquivalent verbis vniuersalibus: vt dictum fuit supra in prima par. capitulo 14. numero 29. pro qua sententia vide quæ infra dicenda sunt in c. vlt. num. 16. cum seq.

Declaratur primò prædicta conclusio in hunc modum, quod si ad hoc vt quis possit plura obtinere beneficia simplicia siue curata, debet necessariò probari defectus, & penuria clericorum idoneorum. Nam de iure communi, qui se fundat in aliqua qualitate, eam necessariò debet probare, vt patet ex l. habebat. in princip. ff. de instito. actio. & faciunt ea, quæ allegat Signorol. in consi. 8. incip. in quæst. vertè te inter nigrum. columna vltima, & Martin. Lau. & Aluar. in capitulo primo, in titul. si de feudo fuerit controuersia inter Dominum, & Agnatos, & Alexan. in consilio 10. incip. ponderatis his. colum. prima, vers. præterea istud. lib. tertio, & Paul. Castren. in consilio 279. incip. vñ petitione. columna secunda, & sequē. lib. secundo, & in consilio 44. incip. circa præsentem casum. columna prima, in fin. eodem libro secundo, & Card. Alexandri. in præludijs feudorum, columna decima quarta, in sexta diuisione, versicu. si verò non constat. & Franci. Curt. senior in consilio 49. incipien. bonæ memoriæ recolendæ Dux. columna tertia, cum cons. seq. & cum consilio 252. versiculo primò arguitur, & alter Franc. Curt. iun. in tractat. feud. in octaua quæstione, prima par. columna sexta, versiculo illud tamen, quod dixi, & Casan. in consuetud. Burgundiæ, in titulo Des droict que, & appartenances à gens mariez. §.

sexto, in versic. Anciens. colum. tertia, versicu. præpositus. Et facit doctrina gloss. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisficere cogantur, quæ alibi non reperitur secundum Bald. ibidem, quem sequitur Aret. in l. si maritum. colum. prima, ff. solut. matrim. & eam commōdat Bald. in l. non prius. C. quando fiscus, vel priuat. in princip. & Philipp. Dec. in consilio 102. & Roderic. Suar. in l. prima, in titu. de las arras, in versic. circa hanc opin. Et faciunt multa, quæ in proposito adducit Didac. de Couar. in lib. secundo variarum resolutionum, capit. sexto, numero secundo, vbi dicit, hanc esse\* communem sententiam.

Quod adeo verum est, quod quamuis quis potius præsumatur pauper, quam diues: cum paupertas naturalis sit, diuitiæ autem aduentitiae: nudi enim nascimur, ac rerum omnium inopes, vt probatur in cap. sicut hi 47. distinc. vt scribit Pli. lib. nono, cap. 3. vbi inquit, nos rerum natura nudos excipit: tamē si paupertas sit causa intentionis agentis, debet eā agens probare: vt inquit gloss. Bar. Alberic. & Angel. Paul. Castren. & Soc. qui eam gloss. dicit temper allegari pro singulari in d. l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisficere cogantur, & Alberic. in l. ei incumbit. col. vltima, num. 18. ff. de probat. & in l. si creditores. ff. de priuileg. creditor. & est doctrina Bal. in cap. in præsentia. de probat. col. antepen. vers. quæro, quare probatio, & Panorm. in c. bonz. il primo, colum. antepen. de elect. & Maria. in consi. 24. incip. visis. colum. antepen. versic. confirmatur hoc. Mattheus de Aflicet. in decis. Neapolit. 377. in cip. Princeps concessit. colum. 7. versic. & pro ista parte. vbi dicit, præfata glossam esse singularem, & hanc sententiam dixit esse communem Flor. in l. ei incumbit. ff. de probat. & vident. est Couarr. vbi supra nu. 3.

Imò quamuis negatiua aliàs sit improbabilis, vt probatur in cap. quoniam contra falsam. de probat. & ibi notant scribentes omnes, \* cōmuniter: tamen negatiua probanda est necessariò ab eo, qui in ea se fundat, ut inquit Innocē. in cap. super his. colum. tertia, versic. sed quid dices, de accusat. Bart. in consi. 94. & in illa. colum. secunda, ff. de verb. oblig. Hostien. in dicto cap. super his. col. penul. & ibi Anto. de Butrio colum. 9. Corneus in consi. 123. colū. prima, in fin. & seq. uolum. 1. & in consi. 250. col. fin. eod. uolum. Bart. in l. actor. colum. 2. versic. nunc quæro. C. de probat. & in l. si per alium §. docere. ff. ex quibus causis maiores. Dominic. in c. primo, in tertio not. de confess. lib. 6. Innoc. in c. proposuit. in fi. de cleric. ex. comm. ministran. Lap. allegat. 89. in fi. Roa in decis. 448. in non. in fi. & in decis. 6. de præb. in antiquior. Fel. in cap. super his. colum. 7. de accusat.

accusat. Cassad. decif. 3. in reg. Cancellariæ, Ioan. Andr. in regu. in famibus. de reg. iur. libr. sexto, & sentit gloss. in dicta l. si verò. in §. qui pro rei qualitate. in verb. dubitetur. ff. qui satisficere cogantur, & Ant. de But. in capitulo fin. colum. penul. in fin. de præsumpt. & in capitulo bonz. il primo colum. 11. & sequen. de electio. Bald. in l. qui accusare. in fin. C. de edendo, & in l. cum mulier. colum. 14. ff. solut. matrim. Tandem hanc dixit\* communem opinionem Alexan. in dicta l. in illa, colum. penul. ff. verbo obligat. Imol. in l. ex factis. §. si quis auctorem. colum. penul. & seq. ff. ad Trebel. pro qua sententia est tex. in l. penul. §. docere, & ibi omnes scribentes. ff. ne quis eum, & in l. hoc iure. & ibi etiam Bart. & alij, inter quos Franc. Rip. qui id ampliatur tribus modis, & eam legem legit, cum l. in illa. ff. de verb. oblig. & probatur etiam in l. si emancipati. C. de collationibus, & in capitulo primo, de confessis libro sexto De nique in fauorem huius sententiæ plura cumulat Andr. Tiraquel. in tractat. de retract. lignag. in §. 12. in gloss. prima, numero 95. Vnde in casu, de quo loquimur, necessariò probanda est præfata qualitas, quamuis simus in casu de negatiua probanda, nempe quod non sunt clerici idonei.

Secundò declaratur præfata conclusio: vt procedat solummodo in illis locis, vbi desunt clerici idonei ad obtinendum beneficia: tunc enim in eisdem locis erit licitum vnum clericum plura habere beneficia, nō autem in aliis locis: vt probat tex. in capitulo primo, 21. quæstione prima, vbi postquam text. pluralitatem beneficiorum prohibuit, inquit. Et hoc quidē in hac vrbe seruandum, cæterum in villis, quæ foris sunt, propter inopiam hominum indulgetur.

Et facit pro hac sententia: quia ꝑ solummodo est permittendum id, quod vrgens necessitas requirit: vt inquit Bald. in consi. 332. incip. præmittendum est ad euidentiā, libr. primo, & in consilio 20. in fin. in lib. secundo, quam sententiam sequitur Ias. in l. creditor, num. 3. in limit. 3. ff. si cert. petat. & in l. qui Romæ. §. duo fratres, numero 37. ff. de verbor. oblig. Philipp. Dec. in l. si donatione. numero 17. C. de collationibus, & idem Philipp. Dec. in capitulo in presentia, num. 68. de probat. & in consi. 403. numero 18 & Crauet. in consilio 241. columna 11. versic. secundò respondeo, & in responso pro genero, numero 394. Quæ quidem doctr. satis probatur ex tex. in l. vltima. ff. de exercitoria actione. ibi. quare & si in ea causa fuerit nauis, vt rescit debet: multo tamen maior pecunia credita fuerit, quam ad eam rem fuerit necessaria, quo loco in specie scribit Bald. non licere patri rem maximi valoris

spurio in alimentorū causam relinquere, sicq; ultra necessitatem naturalem. Et pro hac sententia confert tex. in l. quod adipiscendæ. ff. de donat. inter vir. & vxor. quo probatur, donationem ab vxore viro factam ad dignitatis confectionem eatenus valere, quatenus ipsa sola causa postulabat. Et facit tex. in l. cum hi. §. modus. ff. de transact. quem in hanc sententiam citat Bald. in consi. 75. incip. quidam tutor. libro 1. ex verbis claris illius tex. ibi. Modus habetur in transactione iuxta qualitatem personæ: nō ultra. & tex. in l. magis puto. §. item prætor. ff. de reb. eorum. ibi. Ne propter q̄ alienū modicum possessio magna distrahatur.

Tertiò declaratur præfata conclusio ꝑ vt procedat tunc temporis, quando omnino non reperitur clericus, vel tanta est eorum, qui reperiuntur indignitas, quod eis prouideri non potest de beneficiis sine peccato, vel sine grauius aliorum scandalo. Secus autem dicendum est, si non est tanta indignitas: quia tunc potius est prouidendum de prædictis beneficiis clericis non ita indignis, quam plura beneficia conferenda vni clerico. Ita tenet Panorm. in d. c. graue nimis. de præben. num. 1. adducens doctrinam Hostien. exemplificat in clerico, qui patitur solummodo defectum in scientia, in alijs tamen est bonus clericus.

Dubium tamen circa prædicta versatur, vtrum ꝑ si deficient clerici idonei ad beneficia, & reperitur aliquis clericus idoneus, possit compelli ad acceptandum beneficium tam simplex quam curatum, vt in ecclesia non deficiat minister sacramentorum, & aliarum rerum pertinentium ad spiritualia. Et videtur dicendum, quod clericus nullo modo possit compelli ad acceptandum beneficium ecclesiasticum ex his, quæ subsequuntur.

Primò ꝑ quia beneficium ecclesiasticum non debet conferri inuito, vt clarè probatur in capitulo si tibi absentis. de præben. libro sexto, & in clemen. prima, de concess. præben. In quibus iuribus clarè probatur, quod quando beneficium ecclesiasticum alicui confertur, terminus competens eidem assignandus est, infra quem teneatur acceptare, ita quod si non acceptauerit, potest transacto termino alteri ecclesiasticum beneficium conferri. Aduertendum tamen, quod hoc fundamentum non est concludens: quia illa iura non loquuntur in casu nostro, quando adest penuria clericorum, & deficient ministri ecclesiastici. Vnde non sunt extendenda præfata iura ad hunc casum necessitatis, & penuriæ, qui quidem est priuilegiatus: quia multa propter necessitatem, & penuriam à iure sunt concessa, vt supra dictum fuit numero secundo, cum sequen.



- 6 De natura beneficij ecclesiastici est, quod sit perpetuum.
- 7 Episcopus potest reuocare suum vicarium quando voluerit.
- 8 Episcopi vicarius utrum censeatur reuocatus per constitutionem secundi vicarij, & numero sexto.
- 9 Procurator ad iudicia seu negotia censeatur reuocatus per constitutionem secundi.
- 7 Tutor primus non censeatur reuocatus per constitutionem secundi.
- 8 Per constitutionem secundi legati non censeatur primus reuocatus.
- 9 Episcopus potest cogi ad tenendum vicarium.
- 10 An disposita in beneficijs censeantur disposita in vicarijs.
- 11 Vicariatus Episcopi non potest conferri layco.
- 12 Vicarius Episcopi dicitur dignitas.
- 13 Quid sit dignitas.
- 14 Cocus Principis an habeat dignitatem.
- 15 Vicariatus Episcopi an faciat incompatibilitatem cum beneficio, quod requirit residentiam.
- 16 Qui est in seruitio Episcopi, facit suas distributiones quotidianas.
- 17 Vicariatus Capituli sede vacante non est incompatibilis cum alio beneficio.
- 18 Vicariatus vralis Episcopi si sit temporalis, non est incompatibilis cum alio beneficio.
- 19 Officia temporalia Episcopi non faciunt incompatibilitatem cum alijs beneficijs ecclesiasticis.
- 20 Vicariatus Episcopi est compatibilis cum alio vicariatu perpetuo.

*De compatibilitate unius dignitatis, officij, personatus, seu beneficij simplicis, vel curati cum vicariatu generali Episcopi, vel alterius ordinarij.*  
Cap. X.



**Q**UOD † Episcopi vicarius, vel alterius ordinarij sit compatibilis cum dignitate seu officio, vel personatu, vel alio quocumque beneficio ecclesiastico, tenet Panorm. in cap. de multa. de præbend. num. 23. cuius sententiam refert, & sequitur Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum, in titulo de vicarijs Episcoporum, num. 7. & idem tenet Inno. in d. cap. de multa, & idem Abbas in cap. postulasti. de rescrip. & in cap. G. perpetuus. de si

de instrum. & Bertach. in repertorio in verbo vicarius. versic. vicariorum ecclesie. & dixi supra in 1. par. c. 13. num. 52. Ratio prædictorum scribentium ea est: quia Episcopi vicariatus non est ecclesiasticum beneficium, neque comprehenditur appellatione beneficii ecclesiastici, & ideo nullam facit incompatibilitatem cum alijs beneficijs ecclesiasticis.

Quod autem vicariatus Episcopi non sit ecclesiasticum beneficium clarè probatur. Nam † de natura beneficii ecclesiastici sæcularis est, quod sit perpetuum: ut satis probatur in capitulo satis peruersum. § 6. distinct. & in capitulo ueniens. ubi notant scribent. de filiis presbyt. in capitulo. ex parte. de clerico egrotante, & Card. in consil. 26. incip. an in reuocationibus, post princ. de præbend. & idem Cardin. in consil. 57. incip. ad primum, quod de iure, nr. 6. & Lap. in alleg. 9. incip. disputat hic, numer. 3. & Callad. in decis. 12. num. 9. de præbend. & Petr. Paul. Paris. in consil. 119. incip. super hoc num. 16. in volum. 4. & Quintil. Mandos. in reg. 3. Cancellarij, in quæst. 10. num. 2. secundum antiquam impressionem, & ita tenent communiter scribentes.

At verò vicariatus Episcopi non est perpetuus sed temporalis. Nam † Episcopus potest expressè reuocare eius vicarium ad libitum, ut inquit Ioan. Calderin. in consilio secundo, de officio vicarij, & plenè notat Andr. Sicul. Barbat. in capitulo quoniam Abbas, numero 37. de offic. deleg. & in capitulo postulasti. Il primo not. in fin. eodem titu. Et hanc sententiam sequitur Nicol. Boer. in deci. 347. num. 1. Imo, quod fortius est, etiam si Episcopus iurauerit non reuocare vicarium suum cum accessione pœnæ, poterit reuocare, licet peritium incurrat, secundum Ioan. Andr. in cap. sua, quem sequitur ibi Anto. de Butr. de offic. vicarij, & Ioan. Franc. de Pauinis in tractat. de potestat. Capit. sede vacan. in secunda parte questione decima, uersiculo sed nunquid Capitulum. & Francif. de Curte in consil. 69. colu. 13. in principio, in uersiculo tertio mouetur. ubi adducit Alexan. in consilio 18. incipient. capitulis in initis. columna ultima, uersiculo benefacit. uolumine secundo, & tenet Fely. in capitulo ex parte Decani. in ampliat. quinta, de rescriptis, & hanc sententiam sequitur etiam Nico. Boer. in dicta decisione 347. numero primo. Ergo clarè sequitur, quod vicariatus Episcopi non est ecclesiasticum beneficium.

† Er † non solum potest vicarius Episcopi expressè reuocari, sed etiam tacitè per constitutionem, & creationem secundi vicarij, ut tenet Ioannes Calderinus in dicto capitulo sua. de officio vicarij, quem sequuti sunt Federicus de Senis, & Lap. in capitulo licet.

de officio vica. libro sexto, quos refert, & sequitur ibidem Dominic. de S. Gemin. colum. vlti. vers. Quid si episcopus, & idem facit Philip. Franc. col. pen. vers. vlti. limita. & Ioan. de Firmo in tract. de episcopo, in 7. par. lib. 4. q. 6. 2. col. 1. & Nicol. Milio. in suo reperto. in verbo Vicarij duo.

† Et ratio est, quia † Procurator ad iudicia, vel ad negotia censeatur reuocatus per constitutionem procuratoris, ut probatur in c. non iniuste. de procura. & ibi not. Abb. col. 1. & probat tex. in l. si quis cum procuratorio. §. fin. ff. de procur. & notant scribent. in prædictis iuris, & idem est secundum Alber. de Rosat. ibi in Syndico vniuersitatis, vel collegij, scilicet quod videatur reuocatus per constitutionem secundi syndici, quia equiparatur syndicus procuratori, ut in l. item eorum. §. si. ff. quod cuius. vniuersi. nom. & tenet Spec. in ti. de syndico, ver. item potest reuocari, & idem tenent Domini de Rota in decis. 171. & 175. in antiq. per tex. in l. si pater. & ibi Benedic. de Plumbi. ff. de manumiss. vindicta, & in l. si quis mihi. §. fin. cum ibi no. per glo. ff. de acquir. hæc. & idem est, si eundem procuratorem secundo loco constituit procuratorem. Nam per secundam constitutionem videtur recedere à prima constitutione, ut est tex. iuncta glo. magna in princ. & ibi Bal. in antiqua lectura in l. qui mutuum. §. non ideo. ff. mandati, & glo. in d. l. si quis cum procuratorio. §. si. in verbo duos, quæ sequuntur ibidem Bal. Angel. Pau. de Cast. Alberi. de Rosat. & ita tenuit Rota in d. decis. 175. quod procedit, quando additur noua forma per vltimam, aliàs si tendit ad idem per omnia cum prima constitutione, non censeatur à prima recessum per secundam constitutionem, secundum Ange. Alber. Pau. Castr. in d. §. fina. & ita procurator præfatus poterit prima vel secunda constitutione vti. Intelligitur etiam præfata conclusio, secundum præfatos scribentes, quod tunc temporis primus procurator censeatur reuocatus per secundi constitutionem, quoniam in eadem causa, & contra eandem personam, secus si in diuersis causis, vel contra diuersos, ut notat glo. in l. cum femel. ff. tutel. Præterea intelliguntur præfata vera, nisi in instrumento vltimo procuratoris sit inserta clausula, quæ communiter hodie à Notarijs inseri consuevit, scilicet, citra reuocationem, ut inquit Bald. Ange. Alber. de Rosat. & Pau. de Cast. in d. §. si. & tenet gl. in c. si duo. in ver. simul. Sed extra hos casus regula prædicta vera est, quod per constitutionem secundi procuratoris censeatur primus procurator reuocatus, etiam si secundus procurator mandatum non acceptauerit, ut tenet Bal. in d. §. si. per illum tex. qui requirit solum factum Domini, non autem ac-

ceptione procuratoris, adducit doctrinam Specula. in titu. de procuratoribus, in §. ratione autem formæ, in vers. sed cum dato, & ipsum sequuntur Angel. & Paul. de Castr. in d. §. fin. & glo. in dicto cap. si duo. in verbo simul. quod est maxime notandum, & hanc sententiam sequitur Nicol. Boer. in d. decis. 347. numero 4. Ergo idem videtur dicendum in vicario primo, nempe quod censeatur reuocatus per constitutionem secundi vicarij, quamuis secundus vicarius non acceptauerit.

† Contrariam tamen sententiam imo quod primus vicarius non censeatur reuocatus per constitutionem secundi vicarij, tenet Ludou. Roman. in singu. 57. incip. Quæstio Romæ, & hanc sententiam sequitur Panorm. in ca. uolentes. num. 3. de offic. legat. & ita tenuit Cardin. Zabarella in d. c. sua, in quæst. 5. dicens, quod verius est, quod non videatur reuocatus primus vicarius per dationem secundi, per iura, quæ adducit, quam sententiam refert, & sequitur Andre. Barbat. in dicto cap. uolentes. colum. 2. cum sequen. versic. nota hic text. & in hanc partem inclinat glo. in pragmatica sanctione, in tit. de collationibus, in §. item uoluit. in verbo vicario. in ver. item quæritur, si plures sint vicarij simpliciter constituti, & hanc sententiam sequitur, dicens eam esse veriorem & communioem Nicola. Boer. in decisio. 347. numero 7.

† Pro † qua sententia facit primò sententia glossæ magnæ in cap. in Galliarum. 24. q. 2. ubi inquit, quod per creationem secundi legati non uideatur primus legatus reuocatus, & idem tenet auctoritate illius glo. Alberic. de Rosat. in d. l. si quis cum procuratorio. §. si. uers. qui in legatis sedis Apostolicæ, & idem tenet Martinus de Laude in tract. de legato maxime Principum in §. 10. pro qua sententia est text. in l. l. C. de offic. præfecti vrbis, & in c. uolentes, de offi. deleg. & ibi ita tenent doctores, maxime Panorm. & Barbat.

† Secundò facit pro prædicta sententia, quia † tutor primus non censeatur reuocatus per constitutionem secundi tutoris, nisi in constitutione secundi esset expressè reuocatus primus tutor, ut probat text. in l. secunda. C. de testamentaria tutela, & ita tenet Nicol. Boer. in d. decis. 347. nu. 5. Neque obstat, quod primus procurator censeatur reuocatus per constitutionem secundi: quia respondetur, quod illud ideo fit, quia plures procuratores sæpius se impediunt per cōcursum, quia quandoque unus affirmat, quod alter negat, iuxta notata in cap. pen. de elect. lib. 6. & merito ius præsumit, quod dando secundum procuratorem uidetur Dominus reuocasse primum, secus autem in pleribus ordinarijs, cum habeant potestatem insolidum,

solidum, & solent plures deputari in eodem officio, vt facilius possit reipublicæ consuli, vt in l. vnica. ff. de officio consulis, & ibi not. Bar. Bald. & Alberic. de Rolatis, & Bal. in consilio 178. col. 2. versu. quoad secundum. cum pluribus versiculis seq. vol. 3. & tener And. Barb. in c. prudentiam. nu. 28. de off. deleg. hanc reipositionem adducit Panor. in d. c. volentes. quem refert & sequitur Nicol. Boer. nu. 5. in decisio. 347.

9 Et facit etiam pro hac sententia, quia Episcopus potest cogi tenere Vicarium, quod dictum tenet Abb. Panor. in c. quoniam. de off. ordinarij. per text. ibidem in illis verbis, constituit sibi Vicarium, per quem text. ita tenuit Bald. ibidem dicens, quod in qualibet ciuitate debet esse vnus Episcopus, & vnus Vicarius, & opinione Abb. sequitur glo. in pragmatice sanctione, in titu. de collationibus, in §. statuit. in verbo vicarijs. De hoc tamen dicto Abbatis dubitat Fely. in d. c. qm̄, & nihil resoluit Nicol. Boer. in d. decis. 347. num. 6. Mihi autem videtur distinguendum, quia aut Episcopus est absens, & in hoc casu non est dubium, quod cogitur habere Vicarium, aut verò est presens, & in hoc casu est distinguendum, quia aut ipse Episcopus est iurisperitus, & potest se diffinire ea, quæ pertinet ad iurisdictionem contentiosam & voluntariam, & episcopatus est tenuis, prout communiter sunt in Italia, & in hoc casu non est compellendus ad nominandum & habendum vicarium, aut verò non est iurisperitus, vel negotia sui Episcopatus sunt multa, quia episcopatus est magnus & pinguis, prout sunt communiter in Hispania & in Sicilia, & in hoc casu debet compelli Episcopus, ad habendum vicarium, & ita procedit & intelligi debet doctrina Abbatis, & dubitatio Felij. Tenenda est igitur præfata communis sententia, quod per constitutionem secundi vicarij non censeatur primus vicarius reuocatus, quamuis non est dubitandum, quod vicarius Episcopi potest ab eo reuocari expressè, quandounque placuerit, & ita cum sit reuocabilis vicarius, non comprehenditur appellatione beneficij, nec facit incompatibilitatem cum alio beneficio.

Quod autem vicarius Episcopi veniat & comprehendatur appellatione beneficij ecclesiastici, videtur probari ex subseq. ac deinde videtur dicendum, quod huiusmodi vicarius faciat incompatibilitatem cum ecclesiastico beneficio. Primò quia quæ à iure disposita sunt in beneficijs ecclesiasticis disposita censentur in vicarijs, vt probatur in c. 2. de off. vicarij, cuius verba sunt: Provideas attentius, ne in episcopatu tuo patiaris aliquem plures vicarias habere, quia cum vicarij teneantur perso-

nis & ecclesijs deseruire, alienum est ab ordine iuris, vt vicariam quis habeat præter vnâ. Sed hoc fundamentum minimè obstat, quia tunc temporis disposita in beneficijs habent locum in vicarijs, quando vicarij sunt perpetue, non autem quando sunt temporales, vt probat text. expressus in cle. 1. de off. vicarij, cuius verba sunt: Quæ de ecclesijs curam animarum habentibus per receptionem aliarum similibus amittendis, ac de ipsarum Receptoribus promouendis ad sacerdotium, & de eorum ætate à iure statuta noscuntur, in perpetuis ecclesijs parrochialium vicarijs & assumptis ad eas volumus obseruari, & ibi notant scribentes communitur, vt diximus supra in prima parte, in c. 15. num. 9. cum seq.

11 Secundò, quia vicarius Episcopi non potest conferri layco, sed necessariò est conferendus clerico, vt inquit Abb. in ca. 2. de iudic. & Ioan. Bertachinus in tracta. de episcopo, in 7. par. quarti libri q. 17. & Philip. Deci. in d. c. 2. nu. 15. & ibidem Franc. de Rip. nu. 56. Tadem hæc sententia \* communis est, vt inquit Deci. in d. nume. 15. & est indubitabilis secundum Franc. de Rip. in d. num. 56. & probat text. in c. in noua. 17. q. 7. imò clericus coniugatus non potest esse Episcopi vicarius, vt tenet Io. Andr. & Dominic. in ca. 1. de cleric. coniug. lib. 6. & Abb. in c. sanè. primo, per illum text. de cleric. coniuga. de qua conclusione latè dixi in tract. de cleric. & eorum exemp. in 2. par. in amplia. 39. num. 16. Hoc etiam secundum fundamentum non est concludens ad probandum, quod vicariatus Episcopi sit ecclesiasticum beneficium, quia respõdetur, quod ideo laycus non potest esse vicarius Episcopi, quia de iure canonico non potest negotia spiritalia & ecclesiastica tractare, vt clarè probatur in c. 2. de iudi. & ibi notant communiter scribentes omnes, de qua conclusione latè dixi in dicta ampliat. 39. & hæc est vera ratio, quare vicariatus Episcopi non potest conferri layco, non autem ex eo, quod vicariatus Episcopi sit ecclesiasticum beneficium.

12 Tertio, quia vicariatus Episcopi dicitur dignitas, vt tenet gl. & scribentes in clera. & si principalis. de rescript. & Cardi. expressè ibidem, & sentit Panor. in ca. de multa. de preben. nu. 23. & tenet expressè Castan. in cathalogo gloriæ mundi, in 4. parte. in considerat. 50. & sentit Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de vicarijs Episcoporum, nume. 4. cum seq. & quod sit dignitas, clarè probatur. Nã qui præest cognitioni villæ vel castelli, dicitur habere dignitatem, argumento coru, quæ notant scriben. in c. cum olim. de præbend. & ibi Io. Andre. & tenet Bald. in ca. 1. in titu. quis dicitur Dux, Marchio, Comes. imò etiam habens milites

lites sub se, dicitur habere dignitatem, arg. tex. in c. ius naturale. §. 1. distin. & in l. magisteria. & quod ibi notant scrib. C. de iurid. om. iud. 13 Nam dignitas nihil aliud est (secundum Tullium in lib. 2. Rhetoric.) quàm auctoritas alicuius honesta, cultu & verecundia & honore digna, vt inquit Luc. de Penna in l. obfistore. C. de annonis & tribut. lib. 10. & in l. mureleguli. C. de murelegulis, lib. 11. Vel dignitas est quicquid à Principe iniungitur, prout colligitur ex l. nemo. C. de dignitat.

14 Ita quod Cocus Principis dicitur habere dignitatem, vt inquit Roman. in singulari suo 690. incip. licet aliàs sit officium. arg. tex. iuncta gl. in l. legatis. in glo. 1. ff. de legat. 3. & in l. si quid venditor. §. venditor, qui optimum. ff. de adilit. edicto, & facit, quod dicit Ang. in §. si. in 1. col. instit. de except. per text. in l. 1. C. de mandato. Princip. & in l. laudabile. C. de Aduocatis diuerforum iudic. & ita secundum hoc secretarius Principis dicitur habere dignitatem, vt inquit Fely. sequendo Angel. in c. fraternitatis. col. 2. de hæretic. sic etiam licet medicis simpliciter de per se nõ habeant dignitatem, cum obstetricibus aequarentur. Tamen si sit medicus Principis, dicitur habere dignitatem, vt inquit Bar. in l. omnes. C. de decurio. lib. 10. & sic omnes famulantes Principi dicuntur habere dignitatem, vt notant scribentes in l. vnica. C. de comitibus, & Archa. lib. 12. quia tales habent aliquod onus eis iniunctum à Principe. Ita videtur sentire Bonus de Curtili in suo tract. Nobilitatis, in 3. par. num. 154. vsque ad nu. 158. sed proprius loquendo, dignitas nihil aliud est, quàm honor alicui propter merita specialiter Principis, vel legis beneficio impensus, vt inquit Bart. in l. 1. C. de dignitatib. lib. 12. vbi latè agit, & huiusmodi dignitatum species recentiorum imperatorum ætas quatuor viderit fecisse, alij enim sunt perfectissimi, clarissimi alij, superiores spectabiles, supremi illustres appellantur. Perfectissimus dignitas prima erat, ad quam cuius, nisi sordida conditione esset, aditus patebat, vt colligitur ex lib. 12. C. in titu. de perfectissimus dignitate. Clarissimus autem dignitatem inferiorem spectabilitate fuisse Theodos. in l. 5. C. de proxim. sacrorum scriniorum, lib. 10. demonstrat. ibi, ij quoque, in quos hanc clarissimam conferimus dignitatem, cum spectabilibus etiã sese reuerentiam recognoscant, itaque clarissimi à spectabilibus distinguuntur, vt probatur in l. vnica C. de annonis & capitatione administrantium. Item ab illustribus, vt in l. 1. C. vbi senat. vel clarissimi. ibi, quicumque non illustri, sed clarissima tantum dignitate præditus, & in nouella constit. 71. spectabiles, quorum magistratus erant, vt Proconsules Augu-

stales, Comites Orientis, sicuti constat ex nouella constit. 71. præcipimus C. de appell. & illustribus autem eos inferiores fuisse manifestè etiam probatur in d. l. præcipimus. C. de appell. vbi imperatores appellari à spectabilium sententijs ad illustres personas iubent, quod etiam cognoscitur ex tex. in l. si quando. C. de appell. Hæc igitur illustri nota maior nulla est. Nam et si consules & Patritij superiores essent illustribus, nulla tamè ijs nota dignitatis attribuebatur, & Iustinianus eos hoc modo significat, qui supra illustres sunt, ut constat in d. l. si quando. C. de appell. & in §. 9. institu. de iniurijs. illustres autem eos fuisse, qui sententiæ in Senatu dicende ius haberent, constat ex l. vlti. ff. de Senatoribus. Vlpiani autem tempore clarissimi, & speciosi, siue spectabiles idem dicebantur, vt constat ex l. 100. ff. de verb. signi. Ex quibus clarè constat, quod si habeamus respectu ad ius ciuile, vicarius Episcopi dicitur habere dignitatem, sicut eam habent alij magistratus. Si autem habeamus respectum ad ius canonicum, dicitur etiam habere dignitatem, vt probatur ex tex. in cap. statutum. in principi. iuncta clem. et si principalis. de rescript. Vnde sicut dignitas facit incompatibilitatem cum alia dignitate, vel beneficio curato, vt diximus supra in 1. par. in c. 16. cum alijs capitulis præcedentibus, ita videtur, quod vicarius Episcopi faciat similiter incompatibilitatem, cum sit dignitas. Sed & hoc etiam fundamentum nihil probat, quia licet dignitas faciat incompatibilitatem cum alia dignitate, vel beneficio curato, id verum est, quando dignitas est perpetua, & comprehenditur appellatione beneficij ecclesiastici, scilicet quando est perpetua administratio rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione, vt dixi supra in prima par. in cap. 7. iunctis quæ dixi in præfatione eiusdem primæ par. nu. 7. Secus autem dicendum est, quando dignitas non est perpetua, sed temporalis, prout est vicariatus: tunc enim nullam facit incompatibilitatem.

15 Sed contra prædicta imò quod vicarius Episcopi faciat incompatibilitatem cum alijs ecclesiasticis beneficijs alia consideratione clarè probatur. Nam certum est, & negari non potest, quod vicarius Episcopi tenetur facere residentiam in officio vicariatus, & assistere tribunali pro audiendis atque determinandis negotijs & causis, quæ pertinent ad iurisdictionem tam voluntariam quàm contentiosam. Ergo clarè sequitur, quod vicariatus Episcopi est incompatibilis cum alia dignitate, officio, seu personatu, vel beneficio curato, seu canonicatu & portione, quia omnia hæc personalem residentiam requirunt, & etiam est incompatibilis cum alio quocumque beneficio.



cio, quod personalem residentiam requirit, prout colligitur ex supra adductis in 1. par. c. 17. de incompatibilitate duorum beneficiorum simplicium requirunt residentiam, quia impossibile est, quod uno, eodemque tempore quis resideat in duobus locis. Et ita clarè constat, quod vicariatus episcopi est incompatibilis cum beneficio, quod personalem residentiam requirit, quamvis non sit incompatibilis generaliter cum quocumque beneficio ecclesiastico. Sed hæc consideratio non est sufficiens ad probandum, quod vicariatus sit incompatibilis cum quocumque beneficio ecclesiastico, quod residentiam requirit, quia respondetur, quod quamvis videatur incompatibilis vicariatus præfatus cum alio quocumque beneficio, quod de iure residentiam requirit, propter impossibilitatem residendi in officio & beneficio simul. Non tamen in rei veritate est incompatibilis, quia de iure communi loquendo is, beneficiarius, qui est in episcopi seruitio, excusatur à residentia in beneficio, ut probatur in c. ad audientiam. & in c. de cetero. de cleric. non resid. quod procedit, & est verum, etiam si beneficium sit curatum, quia nihilominus is, qui est in seruitio episcopi, excusatur à residentia, argu. tex. in c. ubi nemus. de consecra. distin. 1. & in c. pastoralis. 2. q. 6. & ita tenet Sylvester in summa in verb. residentiam. num. 7. de qua conclusione latè diximus supra in 1. par. in c. 17. nu. 29. Ergo clarè sequitur, quod vicarius episcopi omnino excusatur à residentia, quia est in seruitio episcopi occupatus, & in officio digniori omnibus aliis officiis ipsius episcopi temporalibus, quia vicario seu officiali episcopi tanquam digniori committuntur, & iure communi committi possunt causæ ecclesiasticæ decidendæ, sicut committuntur aliis personis ecclesiasticis in dignitate constitutis, ut clarè probatur in clem. et si principalis. de rescrip. Et in specie, quod vicarius episcopi excusatur à residentia, & faciat fructus suos in absentia, tenet expressè Petr. Rebuff. in praxi beneficii in titu. de vicariis episcoporum, nu. 5. adducens doctrinam Ioan. Franc. Pauini in trac. de officio & potestate Capituli sede vacante, in 2. parte q. 10. col. 1. verbi, sed numquid. inquit tamen Petr. Rebuff. quod in multis ecclesiis est consuetudo in contrarium, ita quod is, qui est in seruitio episcopi, non facit fructus suos in absentia, excusatur tamen à residentia in hunc modum, quod propter non residentiam non poterit beneficium privari is, qui est in seruitio episcopi, sicut poterat privari, si non esset, de qua conclusione latè egimus supra in prima parte. in c. 18. nu. 4. cum seq.

Prædicta tamen consuetudo contra ius est, Nam is, qui est in seruitio episcopi in abfen-

tia facit fructus suos, ut probant præfata iura, quæ excusant à residentia, & notant ibidem doctores. Tamen distributiones quotidianas non potest percipere in absentia vicarius episcopi, quia de iure communi privilegiatus, ut non teneatur residere, non percipit distributiones quotidianas, sed solummodo fructus, concludit Calderinus in consi. 221. & Fely. in cap. Iacobus. nu. 1. de symonia, & in specie q. is, qui est in seruitio ecclesie, & absens eius causa non possit de iure communi percipere distributiones quotidianas, clarè probat text. in c. non deceat. de elect. lib. 6. ibi. fructus beneficiorum suorum, quæ obtinent in illis ecclesiis, quarum negotia prosequuntur, & etiam aliorum, quos recipere, vel possent recipere in ipsis ecclesiis residendo, interim, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipiant, & hanc sententiam tenet gl. in verbo utilitas. in c. primo. de cler. non resid. li. 6. quam sequuntur ibidem Archid. & Ioan. Andr. Neque obstat ille text. in d. cap. 1. quatenus videtur probare contrarium, quia loquitur, quando est consuetudo, quod absens ab ecclesia ex causa vtili percipiat distributiones quotidianas: Tunc enim erit seruanda talis consuetudo, aliàs autem ius commune est in contrarium. Manet igitur ex præfatis hæc conclusio clara, quod vicariatus Episcopi est compatibilis cum alio quocumque beneficio ecclesiastico, & quod Episcopi vicarius excusatur à residentia, & facit fructus suos, etiam si non resideat.

17. Quæ conclusio ampliatur primò ut vera sit, etiam in vicariatu Capituli sede vacante. Nam etiam huiusmodi vicariatus est compatibilis cum quocumque beneficio ecclesiastico, ex rationibus superius adductis. Nam huiusmodi vicariatus est temporalis, & solummodo durat eo tempore, quo vacat sedes, & ad eum pertinet exercere ea, quæ competunt capitulo sede vacante, ut latissimo sermone scribit Io. Franc. Pauinus in tracta. de officio & potest. Capituli sede vacante, in secunda parte q. 10. & tenet Petr. Rebuff. in praxi beneficii in titu. de vicariis episcoporum, nu. 4. de quo vicario capituli sede vacante aliqua agit Quinti. Mandol. in reg. 14. Cancellaria, in q. 6. nu. 9. & 10.

18. Secundo ampliatur prædicta conclusio ut vera sit, & procedat etiam in vicariatu Episcopi rurali seu foraneo, qui temporalis est, nam ex rationibus superius adductis talis vicariatus episcopi erit etiam compatibilis cum alio quocumque beneficio ecclesiastico, & vicarius foraneus seu ruralis ille dicitur, qui in certa parte diocesis, vel ad certos actus constituitur, & habet iurisdictionem delegatam, de quo meminit text. in clem. & si principalis. de rescrip. & ibi gl. in verbo foraneo, & text. in c. Roma-

na.

na. in prin. de offi. ordi. lib. 6. & ibidem scribent. Secus autem dicendum est, quando præfati vicarij foranei seu rurales essent perpetui, quia vicariatus conferuntur sicut beneficia ecclesiastica, prout sunt Decanatus, & Archipresbyteratus rurales, quia huiusmodi vicariatus est incompatibilis cum alio quocumque beneficio ecclesiastico, curam animarum habent, vel saltem residentiam, ut colligitur ex adductis supra in prima par. in c. 13. & 18. Nam talis vicariatus habet animarum curam, cum habeat iurisdictionem, ut supra diximus in d. c. 13.

19. Ampliatur & tertio præfata conclusio ut procedat etiam in obtinentibus officia temporalia ab episcopo. Nam huiusmodi officia temporalia non faciunt incompatibilitatem cum alijs beneficijs ecclesiasticis, exemplum est in eo, qui obtinet officium visitatoris civitatis seu diocesis episcopi, & officium etiam examinatoris, seu administratoris vel Oeconomi, vel alterius cuiusvis similis. Neque obstat, quod supradiximus in 1. par. in c. 8. & in cap. 16. vbi officium ecclesiasticum facit incompatibilitatem cum beneficijs ecclesiasticis, quia illud verum est & procedit, quando officium est perpetuum, ita quod comprehendatur appellatione beneficii ecclesiastici. Secus autem quando est temporale, prout in casu nostro, ut colligitur ex adductis in d. c. 8. & 16.

Ultimo loco ampliatur præfata conclusio in hunc modum, quod ut quamvis duo vicariatus perpetui sint incompatibiles, ut colligitur ex his, quæ supra adduxi in prima par. in c. 15. tamen vicariatus episcopi est compatibilis cum alio vicariatu perpetuo, ut clarè colligitur ex supra adductis, nam vicariatus perpetuus est ecclesiasticum beneficium, ut constat ex adductis, in d. c. 15. Ergo erit compatibilis cum eo vicariatus episcopi principalis, sicut est compatibilis cum alio quocumque beneficio ecclesiastico.

## S V M M A R I V M.

1. Habere plura beneficia non adeo est malum, quod iustificari non possit aliqua circumstantia.
2. Consuetudine introduci potest, ut licita sit beneficiorum pluralitas.
3. Consuetudo est seruanda.
4. Consuetudo & privilegium æquiparantur in iure.
5. Prædicta procedunt, quando consuetudo est introducta ex aliqua iusta causa, nu. 6.
7. Quæ consuetudo dicatur irrationalis, nu. 8. cum sequen.
13. Procedit prædicta conclusio quando consuetudo est legitime præscripta, vbi declaratur, quod tempus sit necessarium ad præscriptionem.

nem, & nu. 14. & 15.

16. Procedit prædicta conclusio etiam si non interuenit scientia Papæ.
17. Qui actus requirantur ad inducendam consuetudinem.
18. Et an actus debeant esse iudiciales.
19. Vtrum cessante causa prædictæ consuetudinis, debeat cessare consuetudo.
20. Ratio in quibuscumque dispositionibus imprimis & ante omnia attendi debet.
21. Dispositio quantumcumque generalis per rationem restringitur.
22. Cessante ratione legis, vtrum debeat cessare lex, nu. 13. cum seq. usque ad nu. 27.
23. Non solum est licita beneficiorum pluralitas, quando consuetudo id permittit, sed etiam si id permittat statutum, quod declaratur, ut procedat, quando statutum esset introductum ex aliqua iusta causa.
29. Statutum factum super aliqua re ab his, qui non habent potestatem super ea statuendi, nullum est.
30. Hi qui habent iurisdictionem super aliqua re, possunt super ea statuere.
31. Vniuersitas potest statuere circa negotia ad curam eius pertinentia.
32. Episcopus cum clericis non potest statuere contra ius.
33. Statutum, quod disponit, ut dignitas, personatus, seu officium possit obtineri simul cum canonicatu, seu portione, quando uterque est per se sufficiens ad congruam sustentationem, non est seruandum, quia statutum est contra bonos mores.
34. Cessante iusta causa prædicti statuti, debet cessare statutum.

De compatibilitate multorum beneficiorum mediante consuetudine, seu statuto introducta.  
Cap. XI.



ABERE ut plura beneficia non adeo suapte natura est malum, ut per nullam circumstantiam iustificari possit, ut est fornicatio, & alia id genus vitia, neque adeo est indifferens, ut sine aliqua circumstantia iustificate liceat, ut habere duo prædia, vel domus, & similia, quam doctrinam assignauit Diuus Thomas in quodlibet 9. arti. 15. & sequitur Martin. Nauarro in manuali confessorum in c. 25. nn. 128. & Dominic. de Soto lib. 3. de iusti. & in q. 6. arti. 3.

Et

2 Et hinc est, quod cōsuetudine potest introduci, vt licita sit beneficiorum pluralitas in persona vnius beneficiarij, & talis consuetudo valida erit, ita probat text. in c. 1. de consuetud. lib. 6. secundum glo. ibidem in verbo, nisi vnicum, vbi notant scribentes, & hanc sententiam sequitur Cæsar Lambert. in tract. iuris patronat. in 1. par. 2. lib. artic. 15. q. 7. principali, nu. 5. & Martin. Nauarro vbi supra, vbi dicit hanc esse communem sententiam, & sequitur Petr. Duen. in tract. regul. & fallent. in regu. 7. 1. in ampliatis. 5. adducens Paulum Paris. Qui quidem Duen. examplificat in duobus beneficijs simplicibus in vna ecclesia, in dignitate cum canonicatu eiusdem ecclesie, & gl. in d. c. 1. in verbo nisi vnicum, exemplificat in dignitate, officio, seu perfonatu cum canonicatu eiusdem ecclesie. Pro qua sententia adducit text. in cap. eam te. de rescrip. vbi idem erat Archid. & canonicus eiusdem ecclesie, & in c. quia saepe. de prebend. & in c. postulat. de concess. preben. & in c. à collatione. de appell. & in c. cum in ecclesia. de preben. & in c. fi. in 2. responso, eod. tit. & in c. de. fi. de preb. in quibus probatur secundum præfatam glossam, quod episcopus præbendarius, & canonicus est in ecclesia.

Pro qua sententia facit, quia consuetudo, vt probatur in l. minimè. & in l. de quibus. ff. de legib. & in clem. dudum. in §. verum, & ibi Cardi. de sepult. & in c. licet. ex suscepto. de foro compe. & text. in c. si. cum simi. de consuet. vbi notant scrib. quod est verum, etiam si non sit dictum aliquid de ea obseruanda, secundum Bal. in addit. ad Specu. in titu. de consuetu. in prin. & in l. 1. in 3. col. C. quæ sit longa consuetudo. & in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugit. & Inn. in c. 2. in 1. col. in glo. sua, in verbo sigillatim. ver. Nos tamen dicimus, de si. instr. Spec. in tit. de elect. §. 1. ver. si ergo, & in tit. de feudis, §. 2. ver. 19. gl. & doct. in l. fi. in verbo recuperare. C. de iure dominij impetran. & in l. semper in stipulationibus, & ibi Barto. ff. de reg. iur. & Abba. in c. cum M. Ferrarien. in 1. col. de consti. & Ant. Gabriel. in lib. com. conclusi. in tit. de consuetud.

Secundò pro hac sententia facit, quia consuetudo & priuilegium æquiparantur in iure, vt probat text. in c. cum contingat. de for. compe. in finalibus verbis ibi. nisi forte hi, quibus delinquentes ipsi deseruiunt, ex indulgentia, vel consuetudine speciali iurisdictionem huiusmodi valeant sibi vendicare, & consuetudo habet principis potestatem, vt probatur in l. Domini prædiorum. C. de agrico. & censu. lib. 1. & tenet Bal. in l. 3. in 2. col. in fi. in ver. 6. nota. C. de nautico senore, & in l. nec exceptio. C. de proba. Sed sic est, quod per priuile-

gium, id est dispensatione potest quis obtinere plura beneficia, vt inferius dicitur in c. vlti. Ergo mediante consuetudine poterit quis obtinere plura beneficia.

Prædicta tamen conclusio, quæ habet, quod plura possunt obtineri beneficia ab vno beneficiario virtute cōsuetudinis, vera intelligitur, quando cōsuetudo esset introducta ex aliqua iusta causa, vt tenet Martin. Nauarro vbi supra in manuali c. 2. §. nu. 125. & ante eum ita tenuit gl. & scrib. in c. dudum. il secundo, de elec. maximè Panor. ibidem nu. 3. 6. & idem Panor. in c. extirpanda. in §. qui verò. nu. 35. cum seq. & Cardi. Floren. in consi. 53. incip. casus talis est, vbi vult, quod non valeat consuetudo, quod quis habeat duas præbendas & duas distributiones in eadem ecclesia, & idem vult Card. in clem. vt hi qui. §. 1. de æta. & qualit. q. 28. & ibi Io. de Imo. col. pen. & ita tenet Io. Bertach. in reperi. in verbo beneficium, post nu. 120. in ver. consuetudo non valet, vt quis sit pluralis in beneficijs. Et est ratio, quia consuetudo irrationabilis non est seruanda, vt probatur in c. vlti. de consuetu. & in c. mala, & in c. veritate. in c. si consuetudinem. & in cap. si contenta. & in ca. consuetudo, & in c. si dolus. distinc. 8. & Calderin. consilio 4. in titu. de consuetud. & Aymo Craut. in consi. 116. nume. 5. volumi. 1. quæ iura probant, consuetudinem irrationabilem prorsus extirpandam, radicifque euellendam esse.

Imò, quod fortius est, etiam si consuetudo irrationabilis sit temporis immemorabilis, nihilominus non est obseruanda, vt latè diximus supra in 1. parte c. 19. nu. 9. cum seq. & est ratio, quia consuetudo irrationabilis est contra ius diuinum, & talis consuetudo, quæ contra ius diuinum est, non est obseruanda, nec excusat à pœna perpetua inferni, vt tenet Oldrad. in consi. 9. ver. vnde licuit. in fi. & Pau. Castr. in consi. 289. in fi. & Roman. in consi. 466. incip. videbatur prima si onte, qui dicunt, quod consuetudo super iuramento non obseruando excusat à pœna temporali peritij, sed non à pœna diuina, quam sententiam sequuntur scribentes multi, quos refert & sequitur And. Tiraquel. in tract. de pœnis temperandis, in causa 32. nu. 2. Tandem, quod consuetudo, quæ sit contra ius diuinum, non sit admittenda, tenet Andr. Tiraq. in d. tract. de pœn. temperan. in causa. 38. nu. 20.

Sed dubium non minimum est, quia consuetudo dicatur irrationabilis. Et breuiter dicendum est, quod in casibus à iure nõ expressis relinquitur iudicis arbitrio, quæ consuetudo dicatur irrationabilis, & quæ rationabilis, hæc est doctrina gl. in c. 1. in verbo rationabilis, & ibi latè Gomez. nu. 23. de consti. lib. 6. &

& Hostien. quem refert & sequitur ipsa glo. & eandem sententiam sequitur Card. in c. vlt. & ibi latè Abb. Panor. nu. 5. & Marcus Man. nu. 17. in c. vlt. de consue. & Oldra. in consi. 220. quem sequitur est Craue. in consi. 116. nu. 5. & tenet Ang. in trac. de societate. in 2. par. nu. 3. & Barb. in consi. 57. col. 2. lib. 1. & Hypolyt. de Marfil. in l. quæstionis modum, nu. 8. ff. de quæst. nu. 20. vbi inquit ex Host. in c. cum te iudicis arbitrio relinqui, an actus cum ratione gestus esse dicatur, tenet etiam Federic. de Senis in consi. 17. col. 4. & Craue. in consi. 96. nu. 3. hanc doct. intelligit Gomez. in d. c. 1. nu. 223. & nume. 226. procedere, quando sumus in dubio.

3 Nam si clarum esset, consuetudinem esse contra legem, non est dubium, quin sit irrationabilis, vt in c. 3. de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ, & probatur in c. 2. de probat. & tenet Calde. in consi. 4. in titu. de consuetud. & Soc. in consi. 92. col. 7. volu. 3. & Corn. in consi. 293. volum. 1. & tenet Cardi. in clem. 1. in q. 20. de elect. & in clem. 2. in fin. de rebus eccle. non alien. & latè tenet Philip. Deci. in c. 2. nu. 9. de prob. ex quorum doct. clarè patet, quod nulla est valida consuetudo, quam ius commune expressè reprobat, & ideo tunc temporis ad iudicis arbitriū non recurritur.

Quando autem constat consuetudinem esse præter legem scriptam, tunc clarum est, esse rationabile, vel irrationabilem, ex legis vel canonis præsumptione, secundum Bal. in l. de quibus. nu. 3. ff. de legib. & Gomez. in c. 1. nu. me. 224. in dubijs ergo iudicis arbitrium versabitur, & tunc temporis iustus iudex plura debet perpendere, vt irrationabilem iudicare possit consuetudinem, vel potius rationabile. Et ideo glo. in d. c. vlti. in verbo rationabilis, de consuetud. inquit, irrationabilem consuetudinem dici, quæ ecclesiasticam disciplinam, vel libertatem ecclesiasticam oppugnat, quam doct. probat Bar. in l. de quibus. nu. 30. ff. de legib. & satis probatur in c. 1. & in cap. vlti. de consuetud. verum hæc doctrina perfecta non est. Nam & aliquando his non repugnat consuetudo, & irrationabilis creditur, ut inferius dicitur.

Secunda fuit opinio Io. Andr. quam refert & sequitur Abb. in c. vlti. nu. 5. de consuetud. vbi inquit, iudicem procedere debere in iudicanda consuetudine rationabili seu irrationabili de similibus ad similia, argu. text. in l. non possunt. ff. de legib. Hæc etiam doctrina adhuc obscura est. Nā ignoratur, quæ sint inter se similia, vt resoluit Iacob. Menoch. in tract. de arbitri. iudic. quæst. in libro secundo. in centu. prima, in casu 84. declarando text. in dicta

l. non possunt. ff. de legibus.

Tertia fuit opinio Anto. de But. in d. c. fin. de consuet. scilicet, consuetudinem esse rationabilem vel irrationabilem secundum vnum quodque ius, quod ad finem illius iuris accedit. Vnde iure Pontificio perpenso illa iudicabitur rationabilis consuetudo, quæ fini æterno non repugnat, vt in c. consuetudo. in fi. distin. 1. Nec huic declarationi But. aduersatur Abb. consideratio in d. c. vlti. nu. 5. dum obijcit text. in c. cum dilectus, de consuetud. & in cap. cum ecclesia. de cau. possess. & propriet. & subijcit, satis esse, quod consuetudo peccatum non nutriat. Nam hoc dictum non repugnat But. doct. qui dixit, consuetudinem rationabilem, quæ fini æterno non repugnat. Si ergo repugnaret, clarum est, quod peccatū nutriat, & quamquam in dicto ca. cum dilectus, & in c. cum in ecclesia. non tendat consuetudo ad felicitatem æternam, non tamè illi repugnat, alioquin vt irrationabilis eradicanda foret, iure verò ciuili considerato, illa rationabilis consuetudo dicitur, quæ bono publico non refragatur. Nam cum finis iuris ciuilis sit bonum publicum, & iusta ratione sit fundatum, quoad se est rationabilis consuetudo, quæ ad eum finem tendit. Quare infert idem But. hoc iure inspecto leges vsuras, & præscriptione cum mala fide inducentes fuisse rationabiles. Nam & si nunc, quod lex Euangelica nos illuminauit, irrationabiles sint, attamen eo tempore, quo illi legumlatores ita constituerunt, bonū tantum publicum insipientes, rationabiles vi debantur, nec enim credendum est, legumlatores voluisse leges ferre, quæ æterno fini repugnarent. Nam quod de vsuris concessit Iustitia. rectè factum esse credit Alciat. lib. 6. par. rer. iuris, cap. 2. c. Sed hodie ex iure Pontificio, vsuras exercere omnibus prohibuitur est. Minus enim credendum est, illos prudentes legumlatores voluisse aliquid statuere, quod sine ratione & publico commodo esset, scribit. n. Marc. Tull. in lib. de inuentione. Ea virtute & sapientia maiores nostros fuisse, vt in legibus scribendis nihil aliud sibi, quam ciuium salutem & vtilitatem Reipublicæ proponerent, sic rationem semper in legibus condendis consideratam credimus. Cum, vt ait Marc. Tull. li. 1. de leg. nihil aliud sit lex, quam recte à nomine Deorum tracta ratio. alioqui, vt scribit Damasc. in c. corepiscopi. 68. distinc. quod ratione caret, extirpari debet. Hinc conijcimus malè sensisse Bal. in l. de quibus. nu. 3. 2. ff. de legib. dum scripsit, consuetudinem sine ratione stare posse. Cum ratio illius substantia non sit, ex l. non omnium. ff. de legi. & est text. in l. prospexit ff. qui & à quibus, decipitur enim Bal. quia nõ negat Iulia. quin omnia rationem habeant.

beant. Sed illud docet, nō esse cuiusvis de vna-  
qua que legis sententia arcanam, & latētem ratio-  
nem assequi, quo intelligamus, nos in per-  
scrutandis legum causis non plus æquo solici-  
tos, anxiosque esse oportere, alioquin, vt Ne-  
rarius scribit in l. & ideo ff. de leg. multa ex  
his, q̄ certa sunt, subuenterentur, quē sensum  
habuit ante omnes Lancellot. Politus in l. filiū  
quem. nu. 90. fami. erci. & Baro. & Corraf. in  
interpretatione eiusdem legis, non omnium  
ff. de legib. Hin etiam inferitur, malē sensisse  
eundem Bald. in d. l. de quibus. ff. de legibus.  
quatenus dicit, consuetudinem contra ratio-  
nem sustineri, distinguendo tantū rationem  
generalem à speciali, vt multis verbis id expli-  
cat, etenim sine inspecto nunquam contra ratio-  
nem lex edita fuit. Nam etsi hodie videat-  
ur contra rationem aliquam, non tempore,  
quo promulgata fuit. Accedit, quod scribit  
Abb. in d. c. vlti. nu. 6. quōd diuersis rationib.  
inspectis, consuetudo rationalis, & cōtra ratio-  
nem aliquādo iudicabitur, & exemplis cla-  
rē demonstrat, de quo agit etiam Iacob. Me-  
noch. in tract. de arbit. iudic. quæst. lib. 2. cen-  
t. casu 82. nu. 16. & c.

Ex quibus aliqua inferuntur. Primō, quōd  
10 ¶ illa consuetudo, quæ est contra ius natura-  
le, est irrationabilis, & nihil valet, vt probatur  
in c. fi. & ibi. not. Abb. & ceteri scribentes, de  
consuetud. & intelligitur ius naturale ibi, cui-  
us trāgressio inducit peccatū, & illud ius na-  
turale appellatur ius diuinum, secundū Ioa.  
And. Anto. & alios doctores in c. fi. de consuet.  
& facit text. in c. 1. dist. 1. gl. in princ. initi-  
tur. de iure naturali, gent. & ciui. & Laur. Syl-  
uanus in consil. 10. nu. 39. vbi dicit, hanc esse  
communem opinionem, & videndus est cir-  
ca hanc regulam Alber. Bru. in consil. 43. num.  
20. & Guil. Mainier. in l. quoties, num. 86. ff. de  
reg. iur. & Pau. Paris. in consil. 68. nu. 193. in  
vol. 4. Alex. in consil. 196. nu. 13. volu. 2. Sigif-  
mund. Lofred. in consil. 50. nu. 52. & Roch. de  
Curte in tract. de consuetud. nu. 78. vbi vsque  
ad nu. 98. eam declarat, & à nu. 98. usq; ad nu-  
me. 141. eam ampliat. 8. modis. & limitat. 5.  
modis. Et præterea consuetudo dicitur ratio-  
nabilis, quotiescunq; non est contraria æqui-  
tati naturali, vt probatur in c. 1. & ibi no. gl.  
de consti. lib. 6. & tenet Aret. in consil. 92. col.  
3. & in consil. 145. col. 3. & Aymo Crauet. in  
consil. 96. nume. 2.

11 Secundo ex prædictis inferitur, quōd ¶ con-  
suetudo obtinendi plura simplicia beneficia,  
etiam si nullam requirant residentiam, non est  
seruanda, quando quodlibet beneficium ex  
his, quæ simul obtinentur, est sufficiens per  
se ad congruam sustentationem beneficiarj,  
attenta qualitate, & dignitate ipsius, Et ratio

est, quia præfata consuetudo repugnat rationi  
naturali, & alias multas habet deformitates,  
prout supra dixi in prima par. in c. 19. num. 8.  
cum multis seq.

12 Tertiō inferitur ex prædictis, quōd ¶ con-  
suetudo obtinendi plura beneficia curata, seu ec-  
clesias parrochiales non est obseruanda, quia  
talis consuetudo est iniqua, irrationabilis, &  
iniusta, vt tenet Inn. in ca. nonnulli. de cleric.  
non resid. & Panor. in c. extirpandæ. in §. qui  
verō. in repet. num. 36. cum seq. & Bertach. in  
reperor. in verbo beneficium, post num. 60.  
in versu. beneficiorum sufficientia præsupposi-  
ta, de qua latē scripsi supra in 1. par. in c. 13. nu-  
me. 35. cum seq. quod non procedit, quando  
esset aliqua iusta causa introducendi consue-  
tudinem plura beneficia etiam curata obtinē-  
di, quia tunc saluiter debet præfata consuetu-  
do, vt ibi dixi nu. 32. in fi. primum exemplum  
est in introducenda consuetudine, quōd plu-  
ra beneficia curata tenuia obtineri possent si-  
mul, tunc enim talis consuetudo videtur ra-  
tionabilis, argumento eorum, quæ supra dixi  
in hac secunda par. in c. 5. secundum exemplū  
est, quando non inueniuntur idonei ministri,  
quibus beneficia conferantur. Tunc enim in-  
duci potest consuetudo obtinendi plura cura-  
ta, argumento eorum, quæ supra dixi, in hac  
secunda par. in c. 9.

13 Secundo ¶ præfata conclusio huius capitu-  
li declaratur, vt procedat tunc temporis, quan-  
do consuetudo esset legitimo tempore præscri-  
pta, tunc enim seruanda esset, argum. text. in  
cap. vlti. de consuetu. Sed quod tempus sit ne-  
cessarium ad consuetudinis præscriptionem,  
est inter scribentes maximē dubium. Nam gl.  
in l. de quibus. in verbo inueterata. ff. de legi.  
& in cap. vlti. de consuetud. lib. 6. & Cyn. in l.  
2. C. quæ sit longa consuetudo, & Bart. in l. de  
quibus, & ibi Ias. num. 43. & Zasius nu. 14. ff.  
de legib. & Curt. Iun. in consil. 42. col. pen. &  
Craue. in tract. de antiq. temp. in 14. par. prin-  
cipali, nume. 7. dicunt decennio firmari & præ-  
scribi, quia leges longum tempus requirunt  
ad eam inducendam, l. prima. in fi. ff. de aqua  
plu. arcen. & in l. 2. C. de serui. & in l. 1. C. quæ  
sit longa consuet. & in l. sed ea quæ ff. de legi-  
bus. & in l. non tantū. §. vlti. ff. de decurioni-  
bus. At verō lōgum tempus dicitur decennium,  
vt probatur in tit. C. de præscrip. longi tempo-  
ris, & clarē probatur in l. si cum fideicommissa.  
§. Aristot. ff. qui & à quibus, & in §. 1. in fi. de  
vsucap. Verū aduersatur ratio illa, quam cō-  
siderauit Bal. in l. de quibus. nu. 27. ff. de legi-  
bus. dum ait, præscriptionem esse consuetu-  
dinis essentiam, sed præscriptio varijs modis  
currit. Nam in mobilibus triennio, in immo-  
bilibus decem annis inter præsentēs, & viginti  
inter

inter absentes, in actionibus triginta annis,  
contra ecclesiam quamlibet quadraginta, con-  
tra Romanam centum. Ergo idem in consue-  
tudine, quia quod est de esse & substantia cau-  
sæ, est etiam de substantia causati, vt in l. ma-  
nussionis ff. de iustit. & iure. Accedit præ-  
terea, consuetudinem aliquando appellari in-  
ueteratam, vt in l. de quibus. ff. de legibus ali-  
quando antiquissimam, vt in l. vltima. C. de iu-  
re fisci, quæ quidem consuetudines de solo de-  
cennio dici non possunt. Cum illud (vt iam di-  
xi) in solo longo tempore procedat. Nam in-  
ueterata dicitur, quæ annis quadraginta fuit  
contabilita, vt in l. vltima. vbi gl. C. de fund.  
reipub. lib. 1. r. ideo fuit alia & secunda opinio  
antiquorum, quam retulit gl. in dicta l. de  
quibus. ff. de legibus, consuetudinem 100. an-  
nis firmari. Primō illa ratione, quia consuetu-  
do longevi temporis appellatur, vt in l. 2. C.  
quæ sit longa consuetudo. At verō tēpus lon-  
gæuum ex 100. annis constat, vt probat tex. in  
l. vlti. C. de sacrosan. ecclesi. Præterea, & secun-  
dō, quia consuetudo aliquando appellatur il-  
lius temporis, quod hōminum memoriā ex-  
cedit, vt in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq.  
quoridi. & æstina. At verō tempus hoc anno-  
rum 100. vel paulō minus est, vt tradit Curt.  
Iun. in consilio 158. numero 16. & Crauet. in  
tracta. de antiq. temp. in quarta par. prin-  
cipali in 2. particula, nume. secundo. Tamen  
prædicta opinio antiquorum ab omnibus scri-  
bentibus rectē rejicitur, quando quidem non  
semper aut regulariter prædictis nominibus,  
appellatur consuetudo, & quia aduersatur præ-  
fata Baldi consideratio de præscriptione. Ter-  
tia fuit opinio aliquorum, quos retulit, & vi-  
sus est sequi Bald. in d. l. de quibus. numero  
27. qui quidem casus plures distinguunt. Quæ  
sanē sententia in multis vera, in alijs autem fal-  
sa est, quorum aliqua inferius dicentur. Quar-  
ta & vitima opinio fuit modernorum dicen-  
tium, hoc iure non esse diffinitum, & ob id iu-  
dici relinqui arbitrio, vt iquit Corraf. in d. l.  
de quibus. num. 8. ff. de legib. & idem dixit in  
commentarijs de iure ciuili in artem redigen-  
do, in 2. parte in capitu. 19. cuius sententia vi-  
detur verior, nec enim iure lex reperitur, qua  
declaratum sit prædictum tempus. Iudex ergo  
vt vir diligens pro rei qualitate circumspēctē  
poterit existimare, an multum temporis de-  
cursum sit, vt virum satis habeat consuetu-  
do, & (vt ipse Corraf. ait) in rebus leuibus  
nec magni momenti statuere poterit, con-  
suetudinem præfata decennio firmari iux-  
ta primam sententiam supra relata. In gra-  
uioribus verō negotijs maius tempus specta-  
bit. Nam si de introducenda consuetudine con-  
tra ecclesiam agatur annis quadraginta opus

est ad hoc, vt firma maneat, quia non minori  
tempore ius ecclesiæ auferri potest, vt inquit  
Innocentius in capitulo cum dilectus. & Abb. in  
capitu. vltimo. numero vndecimo. versu. quod  
videtur, de consuetudine, & Bald. in dicta l.  
de quibus. nume. vigesimo secundo. & clarius  
ibi Ias. nume. quadragesimo octauo. quorum  
sententia eo casu non procedit, quando agitur  
de consuetudine introducta inter subditos ec-  
clesiæ quoad bona temporalia. Nam tunc il-  
lud tempus sufficere videtur, quod sufficit in  
laycorum bonis. Ita tenet Corne. in consilio.  
155. columna penultima. lib. quarto. & Cur.  
Iun. in tractatu feudorum, in secunda parte.  
in quæstione secunda. numero duodecimo.  
in versu. allegata autem, & Crauet. in tracta.  
de antiquita. temp. in quarta parte. principa-  
li, in principio, numero septimo. Qui quidem  
numero octauo. subiicit post Butr. Corne. Go-  
zad. & Deci. decennium sufficere in re-  
bus ipsius ecclesiæ, cum sciente & patiente  
superiore introducta est consuetudo. In rebus  
tamen multū grauib. arbitrabitur iudex,  
consuetudinem esse formatam solo tempore,  
cuius memoria apud homines non sit: vt pu-  
ta quando aduersus Principem reseruata con-  
suetudo introducitur, vt probatur in cap. su-  
per quibusdam. §. præterea. cum simili. de ver-  
bo. signi. & tenet Butr. lmo. & Abb. ibi nu. 1. r.  
in fine. in d. c. vlti. de consuetud. & Ias. in l. de  
quibus. nu. 45. & Crauet. vbi sup. nu. 1. r. & in  
4. par. in 2. particula, nu. 13. & Alex. in consil. 6.  
vol. 1. & Iacobin. in d. l. de quibus nu. 31. ff. de  
legib. Porro quæ sint ea, quæ principi reserua-  
ta sunt, tradit Bal. in l. rescripta. C. de preci. im-  
pe. off. gl. & scribentes in c. quod translationem.  
de offi. deleg. & in c. vnico. quæ sint regalia, in  
vibus feudorum, & Pau. de Cast. & ibi Ias. nu.  
24. in l. 1. ff. de offic. ius sic e contra cum agitur  
de consuetudine interpretatiua, iudex poterit  
existimare eam satis stabilitam paruo tempore,  
cum temporis diuturnitas in his non requira-  
tur, vt post Castren. Aret. Socyn. sen. & alios  
nonnullos respondit Craue. in consilio 201.  
numero 12. & in consil. 194. colum. 14. in fi.  
& faciunt ea, quæ adducit Ant. Gabriel. in lib.  
com. conclus. in ritu. de consuetu. in conclus.  
1. num. 69. nisi sit interpretatiua consuetudo  
contra iuris communis dispositionem, vt post  
Aret. in consilio 260. columna duodecima. ver-  
sificu. non obstat. tertio.

14 Quod tautē attinet ad nostrum propositum  
de introducenda consuetudine obtinendi plu-  
ra beneficia, dicendum est, quōd sine dubio re-  
quiritur tempus 40. annorum ad eius firmita-  
tem. Et est ratio, quia consuetudo contra ius  
de iure canonico requirit spatium 40. annor.  
S  
quam

quam regu. pōnit Abb. Io. And. & doct. in ca. si. de consuetud. nu. 11. ubi assignat rationem, quia clerici inducendo consuetudinem contra ius quasi praescribunt contra legem superioris, & ideo requiritur tempus quod in praescriptione contra clericos vel ecclesiam requiritur, & quare talis consuetudo requiritur maius tempus, quam consuetudo de iure civili, colligitur ex doctri. Innoc. in capit. cum dilectus. de consuetu. & Hostien. ibidem praemissam conclusionem tenet Barto. & alij scriben. in l. de quibus. ff. de legib. & Alexan. in consil. 68. volu. 2. nume. 6. quamuis Barbatia contrarium teneat in dicto cap. fin. de consuetu. Pro qua sententia ponderatur text. in d. cap. fin. de consuetud. ubi non sufficit consuetudo longeva quoad prauidendum iuri positivo. Ergo probat, quod non sufficit tempus decem annorum. Et probatur etiam ex his, quae tradit Iacob. de Bellouiso in cap. 1. in princ. qui feudum dare possunt, in vrbibus feudorum, ubi dicit, quod ad hoc ut res ecclesiae dicatur consuetu concedi in emphyteusim, requiritur tempus quadraginta annor. quem sequitur Alex. in consilio 9. nume. 6. volu. 3. probatur etiam ex text. in argumentum iunctis his, quae ibi notant scriben. in ca. cum de beneficio. de praeb. lib. 6. circa quam regu. vide Aym. Crauet. in tracta. de antiq. tempo. in 4. parte principa. numero 7. & 8. in princip. & ita praefatam regulam cum vnica ampliatione & 7. limita. ponit Bar. Socyn. in tracta. regu. & fallent. in regu. 101. & Roch. de Curt. in tract. de consuetud. ad num. 293. vsque ad nu. 308. ubi ponit vnam ampliationem cum octo limit.

15 Si t̄ autem praedicta consuetudo obtinendi plura beneficia inducitur clarē ex causis à iure permisis, tunc temporis videtur mihi, quod ad eius firmitatem sufficiunt decem anni. Et est ratio, quia de iure canonico ea consuetudo, quae est praeter ius, inducitur spatio 10. annorum, hanc regulam ponit Panor. in c. fina. num. 11. de consuetud. per gl. fin. de consuetud. lib. 6. versu. consuetudo, quae loquitur in consuetudine optandi, quae solum decem annos requirit, ut tenet Oldrad. consil. 285. nu. 3. facit doctrina glo. in c. consuetudo 12. dist. & in ca. litigantes. in verbo statuimus, de officio ordinarij, lib. sexto. & ita tenent communitate doct. in d. c. fina. & Fely. in ca. statuimus. de maiorit. & obediens. tenet etiam Are. in consil. 23. num. 11. Ergo ad inducendam consuetudinem conformem iuri canonico, nempe ex causa ab eo approbata, sufficere debet decem anni, exemplum est in inducenda consuetudine, quod plura beneficia tenuia possint simul obtineri, hoc enim permissum est à iure, ut supra probauimus, in capitu. 3. in hac 2. par.

16 Tertiò praefata conclusio declaratur t̄ vt procedat etiam si in consuetudine praedicta obtinendi plura beneficia inducenda non interuenit scientia Romani Pon. quia nihilominus valida erit praedicta consuetudo. Et est ratio, quia in consuetudine inducenda non est necessaria scientia Principis, vel illius, qui potest ius condere, hanc regulam ponit Abb. in d. ca. si. nume. 13. quem sequuntur ibidem doctores, & hanc sententiam tenet Alex. in consil. 6. nume. 4. in volum. 1. tenet etiam Corn. in consil. 155. num. 7. vol. 2. & haec fuit opinio gl. in ca. in istis. in §. leges. in glo. fi. 4. distinct. & ibi eam gl. sequuntur doctores. & haec sententia communis est, ut inquit Barbat. nume. 71. in d. c. vlt. de consuetud. & tenet etiam Gemi. in c. frustra. 8. distinct. ubi dicit, quod gl. & similes contrarium tenentes reprobantur, & hanc sententiam sequitur Praepositus ibidem nume. 9. & tenet Abb. in consil. 7. volu. 2. & ita tenendum videtur, licet contrarium teneant glo. in ca. fin. de consuetud. & in cap. frustra. 8. distinct. & Oldrad. in consil. 237. num. 3. & in consil. 244. nu. 7. de qua conclusione videndus est Michael Gras. in lib. 1. comm. opinio. in verbo consuetudo. quaest. 8. Petr. Duen. in tracta. regul. & fallent. in reg. 141.

Quartò declaratur praedicta consuetudo, vt

17 vera sit t̄ quando consuetudo obtinendi plura beneficia fuit inducenda ex pluribus actibus. Nam vnicus actus non est sufficiens ad inducendam consuetudinem, sed requiruntur ad minus duo actus valde notorij, & si non sunt valde notorij, tunc temporis tot, talesque actus tres, vel plures requiruntur, ex quibus verisimiliter colligi possit, hos actus ad notitiam populi peruenisse iudice tanquam bono viro extimante. Ita tenet glo. & Angel. numero 11. in §. ex non scripto. institut. de iure naturali, gentium & ciuili. & tenet Bar. in d. l. de quibus. in lectura, numero vndecimo. & in repetit. numero duodecimo. & Bal. numero decimoquinto. & Iaf. numero 51. & Bartol. in l. secunda. numero duodecimo. C. quae sit longa consuetud. & Roch. Cur. in tracta. de consuetud. quem refert & sequitur Michael Grassus ubi supra in quaestio. 10. Vnde cum nemo possit habere plura beneficia nisi notorie, sufficiunt duo actus collationis & canonicae institutionis ad probandam dictam consuetudinem obtinendi plura beneficia, & ita tenendum est, quamuis vnicum actum sufficere teneat Faber in dicto §. ex non scripto. numero quinto: & Abb. in dicto cap. fina. numero decimo septimo. & Corn. in consilio 299. libro secundo.

18 Quintò declaratur praedicta conclusio t̄ vt procedat, etiam si actus praedicti, ex quibus con-

consuetudo obtinendi plura beneficia inducitur, non sint iudiciales, sed tantum extraiudiciales, sed tantum extraiudiciales: quia extraiudiciales actus sufficiunt ad consuetudinem inducendam, neque requiruntur iudiciales. Et hoc probatur manifestè, quia consuetudo introducit ex vlt. & moribus hominum. Ergo non requiritur necessario actus iudicialis, licet verum sit, quod exactu iudiciario introducat consuetudo, puta quia iudex iudicauit contra legem populo sciente, & non contradicente ideoque actus iudiciarius sufficit ad probandam consuetudinem, non vt actus iudiciarius, sed quia per illum actum detegitur consensus populi, hanc opinionem tenet gloss. in capitu. frustra. in distinct. octaua. & Ioann. Andr. & Anto. de Butri. & Imol. in dicto cap. fina. de consuetud. & ibi Abb. numero decimo sexto. & hanc sententiam dixit esse \* communem Socyn. in consil. 99. colum. secunda. volumi. 1. & Cota. in consil. 393. colum. tertia. in fi. volumi. primo. & in consil. 155. colum. fina. libro quarto. & Aymo Cranes. in consilio 55. incipien. reuocatur. colum. secunda. versu. non obstat, num. 6. Et eam sequitur Bald. in consil. 210. & Abb. in consil. 73. lib. 2. in consil. 56. col. 2. lib. 1.

Sextò declaratur praedicta conclusio, quod

19 cessante causa praedictae consuetudinis obtinendi plura beneficia, cessare debet ipsamet consuetudo, quia hoc generale est, quod cessante causa consuetudinis cessat ipsa consuetudo, vt expresse voluit Bald. in rubr. de consuetudine, cuius sententiam sequitur Andre. Tiraq. in tract. cessante causa cessat effectus, in versu. consuetudinis causa cessante.

20 Primò, quia t̄ ratio, siue causa in legibus, statutis, consuetudinibus, & alijs quibuscumque dispositionibus maximè & imprimis attendenda & seruanda est, vt inquit Bartol. in l. contra legem. post medium. ff. de legib. auctoritate Iacobi de Aren. & Cyn. in l. quicumque. C. de seruis fugitiuis, & sequitur Iaf. in l. de quibus. ff. de legibus. in versu. alij intelligunt, & ante illos scripserat gloss. in l. secunda. in verbo rationem, aut legem. C. quae sit longa consuetudo, ubi inquit, non minus attendi mentem, siue rationem legis, quam legem ipsam, per eum text. & l. praecedentem.

21 Nam t̄ dispositio quantumcumque generalis per rationem restringitur, & è diuerso specialis per rationem generalem ampliatur. Primum probatur ex text. in l. cum pater. in §. dulcissimis, & ibi. Barto. Bald. Alber. & Pau. ff. de legat. secundo. & in l. pater. in §. fundum. & ibi Barto. ff. de legat. tertio. & in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. & in l. ex facto. in primo responso. ff. de vulga. & pupill. substituti. ubi id in priuilegijs procedere probatur,

& in l. quod dictum. ff. de pactis. Dyn. Alberi. Angel. Paul. Castren. & Claud. Seiscl. in l. si is qui animo. per illam legem. ff. de acquirenda possess. & in l. cancellauerat. & multa congerit Fely. in capit. cum ordinem. versu. limitata causa, cum sequen. de rescript. & in capit. post cessionem. versu. amplia. primò de probatio. & in cap. petis. versu. secundo declara. de homicid. & Iaf. in l. age. in secundo nota. C. de de transactio. & Andre. Tiraquel. in d. tracta. cessante causa. in versu. causa legis, siue ratione. Secundum autem, dispositionem specialem extendi & ampliari ex ratione generali, probatur in l. nomen debitoris. §. vltimo. ff. de legat. tertio. l. cum mulier. ff. solu. matrimo. & in l. regula. in §. si quis. & ibi Bartol. & Bald. & in §. & licet. ff. de iuris & facti ignorantia, & in l. prima. in §. mater. in versu. quid si curatores, & in ver. quid si decesserunt. ff. ad Senatus. Tertull. & in l. pater filium. §. fundum. ff. de lega. tertio. & in d. §. dulcissimis. d. legis. cum pater. ff. de lega. 2. & in c. secundo requisit. & ibi Bald. de appel. & in ca. constitutionum. de regularibus, lib. 6. & tenet gl. in clemen. prima. in verbo eligatur, & ibi Cardi. Floren. qui eam dixit singularem, & Bald. in l. quod dicitur. per eum text. ff. de pact. & hanc conclusionem, multa adducens, & eam ampliando etiam in poenalis & correctorij, tenet Andre. Tiraq. ubi supra. Facit praeterea pro praedicta sententia secundo loco, quia maior ratio est, quod cessante ratione consuetudinis cesset ipsa consuetudo, quam quod cessante ratione legis cesset ipsa lex, quia tacitum facilius reuocatur, quam expressum, vt inquit Andre. Tiraquel. in dicto tracta. cessante causa, in versu. consuetudinis causa cessante. Sed sic est, quod cessante ratione legis cessat ipsa lex. Ergo à fortiori cessare debet consuetudo cessante ipsius ratione.

22 Quod t̄ autem cessante ratione legis debeat cessare ipsa lex, probat text. in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & in l. quod dictum. ff. de pactis, & in l. ita autem. ff. de administra. tuto. & in l. illud. ff. ad legem Aquiliam, & in l. prima. §. hoc interdictum. ff. de fonte, & in l. vltima. C. de edicto diui Adriani tollendo, & in l. prima. C. de liberis praeteritis vel exhaeredatis, & in clementi. prima, & ibi notant Cardina. Florenti. in decimo notab. de iudic. & tenet Barto. in l. demonstratio. §. quod autem, in §. quaest. ff. de condi. & dem. & in l. 2. §. vlti. versu. tertio. sumitur, de donatio. et in extratrag. ad reprimen. in uerb. ne ex eorum absentia. in fine. & Bald. in cap. 1. in §. & quia uidimus. uersu. modò quaeritur, quae est ratio. in titu. qui feudum dare possunt, in vrbibus feudorum, Angel. in repetitione. text. in l. si

certis annis, versicu. alij autem dixerunt. C. de pact. Imo. in l. si filius, qui, vers. secundus est effectus. ff. de vulgar. & pupilla. substitu. hanc sententiam latissimo sermone tractat Andr. Tiraquel. in tract. cessante causa, in versic. causa legis siue ratione cessante, vbi assignat rationem, quod ratio legis est mens legis, & verbum sicut corpus, siue superficies, scribit Bald. in l. si quis seruo. vers. ex his apparet. C. de furt. & Bald. in l. vlti. in quest. 15. C. de hered. instituen. vbi dicit, quod ratio est anima ipsius scripturae, & ex hoc multa infert villa Andr. Tiraquel. ibidem.

23 Sed ¶ contrariam sententiam, imo quod cessante causa, aut ratione legis non cesset ipsa lex, nisi id dictum sit expressè ea lege, vel nisi postea reuocetur, quia licet cesset causa, remanet tamen eius auctoritas, quæ eam facit durare, argum. text. in l. de quibus. ff. de legibus. & in capit. vlti. de offic. delega. voluit gl. in c. post translationem. in verbo cessante, de renunc. in si. & Io. And. super eadem gl. & Bal. in vers. quæro, vtrum cessante, & Card. Flor. Imola num. 36. Zenzelinus & Paul. de Leaza. in clem. 1. de appell. & Ioan. Monac. in cap. cupientes. nume. 5. de electio. lib. 6. & adducunt prædicti text. in capit. dixit. 3. questio. 1. vbi id etiam tenet Laurent. & Archid. & idem voluit Iacob. de Arenis in l. prima quem allegat ibi Imo. ff. solu. matrimo. & Iacob. Butriga. in l. vltima. ff. de condic. ob causam, & in l. secunda. C. eodem titu. & Corn. in consil. 239. incipien. pro decis. in litera C. libro primo. & in consil. 53. incipien. in hac consultatione, in litera I. libro 4.

24 Quare ¶ ratione prædictæ contrarietatis multi scribentes conantur diuersas concordias assignare. Et imprimis Ioan. Andre. in dicto capit. post translationem, & Henrich. Boich in c. et si Christus. de iureiuran. dicunt, quod aut interuenit necessitas, vel utilitas, seu pietas, & tunc cessante ratione legis cessat ipsa lex, argum. text. in capi. p. r. scilicet. 55. distin. & in c. Neophitus. 61. distin. & in c. Lugdunen. sis. 9. quest. secunda. & idem etiam est, quando interuenit contraria constitutio, vt in cap. vltimam. 76. distin. siue contraria consuetudo, & in cap. in istis. in §. leges 4. distin. tamen Cardin. Floren. in d. cap. post translationem. in §. ceterum, in versic. Item in eo, quod dicit Hostien. dicit, causas necessitatis, utilitatis & pietatis magis inducere dispensationem, quam vt faciant cessare dispositionem. in eo autem, quod de contraria constitutione, vel dispositione dictum est, id quidem non esse ideo, quod cessat causa: Sed quia dispositio reuocatur & extinguitur. Alij autem hac in re aliter distinguunt, quia aut sumus in casu, in

quo quis indebitè damnus pateretur, nisi cessaret lex eius ratione cessante, & tunc temporis cessat, per tex. in dicta l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepat. aut verò sumus in casu, in quo quis indebitè lucrum amitteret, & tunc non cessat per text. in l. prospexit. ff. qui & à quibus, ita Barro. in l. non dubium. vers. secundò quæro. C. de legib. quam distinet. sequitur Corn. in consil. 193. incipien. placet mihi. versic. & ideo vbi, libro 1. & idem Bar. in d. l. prospexit. in d. l. adigere. in §. quamuis, & in l. omnes populi. ver. secundò quæro, an statuta. ff. de legibus. & Bal. in dicta l. non dubium. in vers. sequitur videre de interpretatione, & Maria. Socyn. consil. 1. incip. in casu supra narrato. lib. 1. & Imo. in l. si verò §. de viro. versic. circa primum concludit. ff. solut. matrimo. & idem Imo. in l. vbi purè. §. primo. in si. ff. ad Senatuf. consil. Treb. Bald. autem in cap. et si Christus. in vers. amplius nota, de iureiuran. inquit, quod causa dicitur duobus modis. Primò, vt est aliquid in esse producens, & ipsi coherens. Alio modo, prout est ratio faciens ratum, vt accipitur in l. prima. ff. solu. matrimo. & tunc aut ratio est expressa in verbis, & nunquam discedit à ratione, vt in l. vlti. ff. de diuortijs, & in l. in eo iure. §. deinde. ff. de ritu nupt. & in l. prima. §. non autem omne. ff. de fluminibus, & in l. lita. autem. in princip. ff. de administra. tutor. aut verò ratio non est expressa in ipsis verbis promulgationis legis, sed adiicitur post legis promulgationem. verbi gratia lex noua ponit rationem legis veteris, vel interpretatio prudentum rationem addit, & tunc distinguendum est, quia aut cessante ratione legis sequitur absurditas, & cessare debet lex, vt in cap. quemadmodum. de iureiuran. aut verò æquitas potest stare cum statuto seu lege, licet cesset ratio interpretatiua prudentum, & tunc non cessat lex, quia sufficit ratio generalis in his omnibus, quæ sunt de iustitia positua, scilicet quod ita placuit legislatoribus, vt in l. prima. §. primo. ff. de postulando, & supposita potestate de ratione quærendum non est, vt in l. non omnium. ff. de legibus, aut cessante ratione remanet statutum contra rationem naturalem, & tunc cessat statutum, vt in l. milites agrum. ff. de re militari, & idem Bald. in l. prima. in versicu. nota hic. C. quæ sit longa consuetudo, inquit, quod ratio legis licet tacita sit, est tamen ratio, & si est finalis, ea seruanda est, per dictam l. ita autem. in princip. ff. de administra. tutorum. & in dicta l. milites. ff. de re militari. Neque obstat, inquit text. in l. prospexit. ff. qui & à quibus, quia ratio legis inspicit ad extendendum, non autem ad perimendum iam dispositum, vt ibi. Nam ex illa tacita ratione non possumus per-

rimere

formam ipsius legis in casu formaliter occurrenti, & formaliter disposito, & idem quoque Bald. in l. prima. in versiculo. item an cessatio. ff. solu. matrimo. dicit, quod cessante ratione legis cessat lex, quando aliàs sequeretur perpetua, siue inemendabilis absurditas, siue incommoditas. Secus autem si temporalis tantum, per tex. in d. l. prospexit. ff. qui & à quibus, & ideo Iacob. de Aren. & Cyn. qui dicunt eam legem carere spiritu, non bene loquuntur. & rursus idem Bald. in capi. primo. §. quia vidimus. versicu. modò quæritur, quæ est ratio, in additionibus, in titu. qui feudum dare possunt, dicit, quod si statutum disponit de ratione, seruamus statutum non rationem, per tex. in dicta l. prospexit, si autem e diuerso, ratio disponit de statuto, seruamus rationem non statutum, quia ea prior est in potentia, argum. l. labeo. in sui ratione. ff. de supellectili legata, & eum refert & sequitur Corn. in consilio 53. incip. in hac consultatione, in versicu. potest etiam ad hoc applicari. libro quarto. Anto. de Butr. in cap. quia plerique. de immunitate ecclesiarum, dicit, concordando prædictas opiniones, se putare vltimam opinionem procedere, si lex statuit ex causa legitima & indiscretè loquitur, & in omnibus casibus præsumit causam, si autem non præsumit causam in omnibus casibus, vel saltem de defectu causæ potest constare per modum probandi à lege non reprobatur, procedit prima opinio, & aliam concordiam ponit idem Anton. in capi. post translationem, vers. tu dic latius.

25 Sed ¶ omnium latissimè Egid. Bellam. in dicto cap. post translationem. de renunc. relatis aliorum opinionibus, ita distinguit, quia aut cessatio rationis tanta non est, vt per eam remaneat constitutio irrationabilis, & tunc, vel est ob id, quia remanet alia ratio sufficiens, & non cessat lex, nisi hoc diceretur ea lege, vel alia, vt probatur in §. affinitatis. in l. de nuptijs, cum similibus, aut verò non remanet alia ratio sufficiens, sed lex non remanet propter hoc irrationabilis, quod qualiter procedat, declarat idem Bellam. in ca. quanto. in quarta quest. de consuetud. & tunc aut ratio cessans est impulsua solum, & tunc non facit cessare legem, vt in l. prima. §. sexum. ff. de polando, aut est finalis ratio, & tunc aut non est lex merè positua, sed facta ex certo & sufficenti iudicio rationis, sicut sunt responsa prudentum, & quasi omnia alia iura digestorum, tunc enim præsumitur coherere legi, & consequenter cessatio eius facit cessare legem, & ita procedit, quod notatur in l. cum tale. §. legato. ff. de condit. & demonstration. aut lex est merè positua, nullam certam inscientem rationem habens, sed solum auctoritatem statuen-

tis, licet quadam persuasione rationis minime sufficientis adiutam, & tunc, aut apparet de mente statuentis volentis cessare legem ex cessatione rationis, & cessabit lex, quia in constitutionum interpretatione principaliter recurritur ad mentem conditoris, vt in cap. in his, de verbor. signific. cum similibus, aut non apparet, & tunc standum est eorum opinionis, qui negant cessare legem ex cessatione rationis, quia hoc casu sola auctoritas statuentis est causa principalis, constat autem de mente, si id exprimitur, vel etiam tacitè ex præfationibus, vt in l. vltima. ff. de hered. instituen. vel alijs sequen. vt in l. si seruus plurium. ff. de legat. 1. & quia hoc non est lege certa constitutum, relinquatur iudicis arbitrio, vt in capit. de causis. de offic. delega. quæ concordia mihi magis placet.

26 Panormi. etiam ¶ in d. capi. quia plerique, in quest. 23. in vers. ego latius, relatis aliorum opinionibus, aliter distinguit dicens, quod aut lex, vel statutum causam præsumit, & super ea præsumptionem iuris & de iure inducit, & tunc non admittitur probatio super cessatione causæ, argu. tex. in cap. is qui fidem. de spon. salibus, nisi ius induceret illam præsumptionem in fauorem alicuius, tunc enim admittitur probatio in contrarium per confessionem partis per ea, quæ notant scribentes in auct. sed iam necesse. C. de donat. ante nuptias, & Inno. in d. c. quia plerique. de immunitate ecclesiarum. Tamen in foro animæ non esset constitutio prædicta seruanda, si de defectu causæ constaret, vt tradit idem ipse Panormi. in dicto cap. is qui fidem. & in ca. 1. de constit. aut verò lex, siue alia constitutio non inducit præsumptionem iuris, & de iure, sed simpliciter statuit, & tunc, si causa est expressa in lege, & probatur, causam illam deficere in casu occurrente, non debet seruari constitutio in foro animæ, nec etiam in foro iudiciali, quia ratio legis est lex, & non econtrario. Ideo vbi cessat ratio, cessat lex, vt in l. non dubium. C. de legibus, & in capi. vltimo. de regulis iuris. libro sexto, & in l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de legatis secundo, & in l. ex facto. in primo responso. ff. de vulga. & pupilla. vbi hoc idem probatur habere locum in priuilegijs & alijs iuribus ab eodem Panormi. allegatis, & idem nota. Bartol. in litem quæro. §. qui impleto. ff. locati. Aut verò ratio legis non est expressa, & tunc si potest naturaliter & indubitanter vnica præsumi, debet lex restringi ad limites illius rationis, vt dicit Cynus in l. non dubium. & in l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. quod procedit etiam in pœnalibus, vt voluerunt scribentes in dictis iuribus, & optimè facit text. in l. secun-



da. §. si quid curationis. ff. ad Tertullian. si autem est aliqua dubitatio, tunc cessante ratione non cessat lex, & viden. est Andr. Tiraq. in d. tra. c. cessante causa, in limit. 2. 1. & hæc est concordia Panormit. mihi placet. Ex quibus colligi poterit, quando cessante ratione legis debeat cessare lex, & quando non.

27 Ex quibus inferitur, quod si aliqua causa, quæ iustificabat consuetudinem obtinendi plura beneficia, iam de præseni cessat, cessare debet prædicta consuetudo obtinendi plura beneficia. Et est ratio, quia consuetudo, quando sumis in dubio, præsumitur ex iusta causa processisse, ac bona & laudabilis esse, ut inquit Bald in d. l. de quibus. col. 10. vers. item valet. ff. de legibus, & idem in cap. cum venissent. de eo qui mittitur in possessionem, & in cap. 1. colum. 1. vers. extra quaero. de consuetu. vbi loquitur de statutis, & idem circa statuta dicit Dyn. in c. vlt. de reg. iur. lib. 6. & Bal. in consilio 218. incipien. statuto civitatis Florantia. colum. prima. libro 2. & in consil. 89. incip. per egregiam. libro 3. & in consil. 199. incip. in causa ista, circa med. eod. lib. 3. Exemplum est, quando tempore dictæ consuetudinis beneficia erant tenuia, nunc autem non sunt, sed vnumquodque est sufficiens ad congruam beneficii sustentationem. Tunc enim sine dubio cessare debet prædicta consuetudo, & deinceps nemo poterit præfata duo beneficia, quæ antea tenuia erant nunc obtinere, quia sufficientia sunt & pingua.

28 Et non solum licet habere plura beneficia, quando consuetudo id permittit, etiam si statum id permittit, nempe quod possint plura beneficia obtineri ab vno beneficiario, tunc enim licite poterunt obtineri, & fuit sententia glo. in dicto capitu. 1. de consuetud. libro 6. in verbo nisi vnicum. ibi, & idem credo, si hoc esset de statuto, vel consuetudine ecclesiæ, vbi prædicta gloss. multa iura adducit, cum qua glossa transeunt ibidem scribentes. opinio tamen illius glossæ vera est, & procedit, quando statutum esset introductum ex aliqua iusta causa, prout declaratum fuit in consuetudine, secus autem si non esset introductum ex aliqua iusta causa. Et est ratio, quia statutum simpliciter aliquid disponens debet intelligi secundum ius commune, etiam si ita intelligendo nihil addat iuri communi, ut tenet glo. quam sequuntur Barto. & doctores omnes, in l. fina. in §. in computatione. C. de iure deliberandi, & ibi Ias. nu. 12. vbi dicit, hanc esse \* communem sententiam, & quia statuta contrariatione naturali non sunt seruanda, ut dicunt communiter scribentes in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in specie ibidem Bapti. de Caccialup. & Ioann. Croc. Abbas. Felyn. & Deci.

in capitu. quæ in ecclesiarum. de constitut. argumen. text. in capitu. pastoralis. de sententia & re iudicata, & vide infra numero trigessimosecundo.

Prædicta sententia gloss. intelligitur vera, quando statutum esset factum ab his, qui liberam habent facultatem statuendi super beneficijs. Nam si factum esset statutum ab his, qui non habent facultatem statuendi super beneficijs, tale statutum inuvalidum esset, ut inquit Abb. Fely. & Philipp. Deci. in capitu. quæ in ecclesiarum. de constitut. & hæc est \* communis sententia scribentium in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. ex quo inferitur, quod si clerici alicuius ecclesiæ, qui non habent liberam collationem beneficiorum, fecerint prædictum statutum, non erit seruandum, imo prædictum statutum ipso iure nullum esset, quia clarum est de iure, quod statutum excedens fines potestatis est ipso iure nullum, ut inquit Abb. in dicto capitu. quæ in ecclesiarum. quem sequuntur ibi. Philipp. Deci. numero quinto. alleg. text. in l. si. ff. de iur. omn. iud. & in capitu. 2. de constitut. libro 6.

Si autem clerici alicuius ecclesiæ cathedralis, id est canonicis habent facultatem conferendi liberè beneficia, possunt facere statutum prædictum quia regula iuris est, quod hi, qui habent iurisdictionem super aliquare, possunt condere statuta, ut inquit gloss. in l. prima. ff. de iurisdictione omnium iudic. in §. iurisdictionum, in verbo iurisdictione, in authent. de defensoribus ciuitatum, & Bart. in l. omnes populi. quaestione prima. ff. de iustit. & iure. & Bald. in l. si quis iniquum. §. primo. ff. quod quisque iuris, & in l. fina. vbi Salyce. C. de iurisdictione omnium iudic. Bald. in l. decernimus. columna secunda. C. de sacrosanct. eccle. & in l. nulli. C. de sentent. & interlocu. omnium iudic. in l. secunda. in opposit. 1. C. quæ sit longa consuetudo. Bald. in consil. 31. & in consil. 143. & in consil. 267. & in consil. 272. volu. 1. & in consilio 410. volumine quinto. & idem Bald. in capitu. cum omnes. colum. penulti. & ibi. Anto. de Butt. & Imo. de constitut. & in capitu. cum causa. de sentent. & re iudica. & Anchara. in repeti. capitu. 1. in 8. quaest. de constitut. Imo. in ca. cum accessissent, vbi notat Andre. Barbatia. colum. 37. eod. titu. Abb. in cap. quæ in ecclesiarum. eod. titu. Andr. Barba. in repeti. rubricæ de reb. ecclesi. non alienan. in 2. quaestio. princip. Ange. in l. imperium. colum. 3. ff. de iur. omn. iudic. in l. si cuius. ff. de aqua pluuiæ arcenda, Franc. Aret. in l. testamenti factio. colum. 2. ff. de testamen. Ludotic. Roma. in repeti. rubri. ff. de arbitr. colum. 18. & in consilio 218. Matth. de Afflic. in prælu. constitutionum Siciliæ, in quaest. tertia. Stephan. Bertrand.

Bertrand. consil. 48. nu. 2. volu. 1. Franc. de Ripa lib. 1. responsum, c. 2. nu. 14. Andr. Tiraquel. in tract. de iure primogen. in q. 6. nu. 2. vbi alios adducit, sed canonici prædicti habent iurisdictionem voluntaria, cum habeant, prout præsupponitur, iam liberam collationem beneficiorum. Ergo possunt liberè statuere.

31 Et facit similiter quia vniuersitas potest statuere circa negotia ad curam eius pertinentia, argum. text. in l. omnes populi, & ibi notat Barto. & alij scriben. ff. de iusti. & iur. & in cap. ius publicum. 1. distinct. & voluit ipse Barto. in l. vlti. C. de collegijs illicitis, & in l. prima. ff. de iurisdictione omnium iudic. & Alberi. in tracta. statutorum, in 1. par. q. 3. & in quaest. 5. & Anto. de Butt. in c. quod clericis, & ibi Panor. colum. vlti. & Franc. Aret. col. 3. de foro competent. & Andr. Tiraq. de iure primigeniorum. quaest. 16. num. 5.

Secundò declaratur prædicta conclusio glo. ut procedat, quando statutum, quod permitteret & cederet pluralitatem beneficiorum vni beneficiario, esset conforme iuri communi, nempe quado esset statutum introductum ex aliqua iusta causa à iure permessa circa pluralitatem beneficiorum, secus autem quando non esset statutum factum ex causa à iure permessa. Et est ratio quia Episcopus cum clericis non potest statuere contra canonem, ut probatur in c. quod super his. de maiorit. & obedient. & not. Abb. assignans rationem diuersitatis in c. si. de consuetud. Imo. in cap. fin. vers. & sic nota. de officio legati, & scriben. in d. ca. quod super his. de maior. & obedient. & Phil. Deci. in d. c. quæ in ecclesiarum. de consti. nume. 5. & Philip. Deci. in c. si duobus. de appel. & Ias. in repeti. legis omnes populi. ff. de iusti. & iur. de quo supra in 1. par. in c. 23. nu. 61. late dixi. Sed sic est, quod ius canonicum expressè damnat beneficiorum pluralitatem, ut colligitur ex late adductis in 1. par. huius tractatus. Ergo Episcopus cum clericis non potest facere præfatum statutum, nisi ex causis à iure permissis.

33 Ex quibus inferitur, quod si dignitas, vel personatus, vel officium vel canonicatus, vel portio alicuius ecclesiæ cathedralis, seu collegiatæ sit per se sufficiens ad congruam sustentationem clericorum, tunc temporis statutum quod concederet, ut dignitas, vel personatus, seu officium posset obtineri cum canonicatu seu portione illius ecclesiæ, non est seruandum. Et est ratio, quia prædictum statutum negari non potest, quin sit contra bonos mores, ut colligitur ex his, quæ supra adduxi in c. 19. in 1. par. nu. 2. cum sequen. Sed sic est, quod statutum contra bonos mores non valet, prout probatur in capitu. quemadmodum. de iure iuran.

& in simili ita notat Aret. in l. cunctos populos. numero 15. & ibi Bald. numero 13. C. de summa Trinita. & fide catholica & Ias. in l. ait prætor. in princ. num. 12. ff. de iusti. & iur. & tenet Deci. in cap. in præsentia. numero 124. de probati. vbi dicit, hanc esse \* communem sententiam, & Nicol. Boer. in decis. 127. nu. 9. & Baptif. de Caccialup. in d. l. cunctos populos. nume. 180. & hanc dicit esse communem sententiam Ferdinan. de Loaz. in tract. de matrimonio Regum Angliæ, in 2. dubio, num. 7. cum multis per eum alleg. & Benedict. in repet. c. Raynurius. in princ. nu. 39. & Barth. Socy. in consil. 95. nu. 9. volu. 4. & Aret. in l. testamenti factio ff. de testam.

Tertiò declaratur prædicta conclusio glo. in hunc modum, quod si ex aliqua iusta causa fuerit introductum præfatum statutum obtinendi plura beneficia, & ea causa cessauerit, tunc temporis cessare debet etiam statutum, ut voluit Pau. Paris. in consil. 98. inci. circa præsentem consultationem, in vers. & etiam quia inter. nu. 30. libro 1. & viden. est Andr. Tiraq. in tract. cessante causa, in ver. causa statuti cessante, vel ratione.

## S V M M A R I V M.

- 1 Licet habere plura beneficia mediante dispensat.
- 2 Quod procedit indistinctè, siue beneficia sint curata, siue simplicia.
- 3 Quid sit dispensatio.
- 4 Dispensatio est declaratio quo pacto differant.
- 5 Romano Pontifici competit potestas inter prærandi ius diuinum, seu naturale, non verò circa id dispensandi.
- 6 Quo pacto intelligenda est communis sententia, quæ habet, quod Papa potest dispensare circa ius diuinum, seu naturale.
- 7 Romanus Pontifex potest dispensare circa Apostolorum Statuta.
- 8 Quis possit dispensare circa pluralitatem beneficiorum.
- 9 Quod sit ex dispensatione, dicitur impossibile, numero 10.
- 10 Romanus Pontifex potest dispensare circa pluralitatem prædictam, num. 12.
- 11 Legatus potest dispensare circa pluralitatem, & quomodo.
- 12 Circa quam pluralitatem possit Episcopus dispensare, nu. 15. cum seq.
- 13 Episcopus, vel Legatus verum possit dispensare circa concilium generale. numero 21. cum sequen.
- 14 Quando est communis opinio in genere, & à remotis, & in specie est auctoritas in contrarium, verum sit attendenda communis opinio.

- 27 Quando est communis opinio in limitatione, & magis communis in regula, attendenda est communis in limitatione.
- 26 Capituli consensus non est necessarius in dispensatione episcopi circa pluralitatem.
- 30 Capitulum sede vacante vtrum possit dispensare circa pluralitatem.
- 31 Summus Penitentiarius vtrum dispense circa pluralitatem.
- 33 Prelati inferiores episcopo vtrum dispense circa pluralitatem.
- 34 Dispensatio predicta, vtrum debeat fieri cum causa, nu. 3 s. cum seq.
- 38 Dispensare circa pluralitatem vtrum possit Papa sine causa, nu. 3 s. cum seq.
- 46 Qua causa sit sufficiens ad dispensandum circa pluralitatem, nu. 4 s. cu seq. vbi assignantur quinque causa, nobilitas, literatura, necessitas, utilitas ecclesie, meritorum prerogativa, & ibi late de his agitur.
- 63 Cessante causa dispensationis, vtrum debeat cessare dispensatio, nu. 64. cum seq.
- 67 Dispensatio, vtrum est stricti iuris & odiosa, nu. 68. cum seq.
- 70 Dispensatus super incompatibilitate non censetur dispensatus, vt non resideat in vno, & in alio non deseruiat per substitutum.
- 71 Dispensatus a residentia tenetur per substitutum residere.
- 72 Papa non censetur dispensare super pluralitate, licet conferat vnum beneficium habenti aliud.
- 73 Dispensatio super incompatibilitate restringitur ad duo.
- 74 Dispensatus super pluralitate intelligitur in simplicibus.
- 75 Dispensatus circa duo incompatibilia intelligitur da primis duobus.
- 76 Habens facultatem dispensandi in curatis non potest dispensare in simplicibus.
- 77 Dispensatus ad dignitates non censetur dispensatus ad episcopatus.
- 78 Dispensatus ad beneficia in ecclesia Cathedrali non potest ea obtinere in Metropolitana.
- 79 Dispensatus ad ordinem non censetur dispensatus ad beneficia.
- 80 Dispensatus ad plura beneficia, si ei Canonice conferantur, non excusatur dispensatione circa penas pluralitatis, si non canonice conferantur.
- 81 Dispensatus ad simplicia non censetur dispensatus ad alia.
- 82 Dispensatio extenditur ad annexa et connexa.
- 83 Dispensatio trahitur ad antecedens necessarium.
- 84 Per sanctum Concilium Tridentinum prohibentur dispensationes circa plura curata.
- 85 Si hodie dispensatur circa plura curata, requiritur specifica derogatio dicti Concilij Trident.

De compatibilitate multorum beneficiorum mediante dispensatione. Ca. XII. et vlt.



ERTI iuris est, quod test quis habere plura beneficia ecclesiastica, quando ea habet mediante dispensatione, ita tenet gl. in c. quia in tantum. de prebend. & similibus gl. in verbo retinere. in capit. dudum. il secundo. de electio. & ita tenet Specul. in tit. de dispensationibus in §. dicendum. vbi late tractat & tenet Panor. in c. de multa. de preben. & ibi scribentes omnes, & Lambert. in tracta. de iure patronat. in prima par. secundi libri. in septima questione principali. articulo decimoquinto. & Albertus Trotius in tracta. de vero & perfecto clerico, in secunda par. in cap. 4 s. in requisito 6. & Villadiego in tracta. de legato, in quest. 14. nu. 14. & Petr. Duen. in tract. regu. & fallen. in reg. 71. incip. beneficia plura, in 2. fallen. & Gambar. vbi late tractat in tract. de offi. & potesta. legat. lib. 5. in titu. An legatus possit plura beneficia vni conferre, pro qua sententia est text. in c. dudum. il secundo. de elect. ibi. Cum intentionis nostre non fuerit, secum in tot beneficijs, pretertim habentibus curam animarum dispensare, nec intentionis nostre fuerit aliquid ei de no uo concedere, sed vt per indulgentiam possit habita licite retinere. & idem probat text. in capitu. de multa. de prebend. in finalibus verbis ibi. Circa sublimis tamen & literatas personas, que maioribus beneficijs sunt honorandae, cum ratio postulatuerit, per sedem Apostolicam poterit dispensari, & idem probatur in capit. relatio. & in ca. illud. vigesimaprima. questio. prima. & scriben. tractant in predictis iuribus, & etiam apud Romanos, cum sacerdotia essent distincta, multoties nobiles ac magnos viros plura sacerdotia consequutos fuisse legitimus apud Liuium libro trigesimo. Fabium Maximum Pontificum creatum, & duo sacerdotia habuisse videmus, & ita refert, Gambar. vbi supra nu. 90. & 91.

Que conclusio vera est indistincte siue beneficia sint curata, siue simplicia, que residentiam requirant, siue non, siue etiam sint dignitates, vel Episcopatus, prout notant prefati scribentes, & probant predicta iura, maxime text. in dicto capit. de multa. de prebend. qui loquitur in dignitatibus, & beneficijs curatis, & text. in dicto capitu. relatio. in dicto. cap. illud. qui loquuntur in Episcopatibus. Vnde si hec dispensatio conceditur in Episcopatibus, in digni-

dignitatibus, in beneficijs curatis, a fortiori concedi solet in alijs simplicibus beneficijs, etiam si personalem residentiam requirant, quia minor ratio prohibitionis est in eis, quam in pre-

fatis.

Sed quia haec materia dispensationis quotidiana est, & non bene intellecta, vt clare intelligatur, de aliquibus fundamentalibus quaestionibus breuiter in hoc capite agendum erit.

- Primo quaeritur, quid sit dispensatio, & dicendum est, quod dispensare frequentius apud Latinos distribuere, & expendere significat. Vnde seruus dispensator apud iuriconsultos dicitur, cui impendat domus cura, & qui victui distribuendo diligenter praest, ac rationibus expendendis. In qua signific. vitur Alfensius iuriconsultus. in l. in lege, cenforia. ff. de verbo. signific. & Paulus iuriconsultus. in l. dispensatorem. ff. de solut. & not. And. Alciar. in l. vrbana. ff. de verb. signi. & praeterea Theophil. in §. recte quoque. instituit. mandati. scribit, dispensatorem dici seruum, qui seneratori dare consuevit pecunias Domini. Idem Theophil. in §. de his. instituit. per quas personas, de dispendatore ita loquitur. Ex re mea est, quando curam ei possessionum mearum credidi, aut permissi vt pecuniis meis mutuandis praesser, dispensatorem que, vt vocatur, eum feci. Inde & dispensatio pro hoc munere, & dispensatoris officio deducitur: vt inquit Suetonius in Othone, in cap. 5. Ante paucos dies seruo Cesaris, p impetrata dispensatione decies sextertium expresserat. Idem Suetonio, hac dictione vitur in Vespasianum. Quendam Echarris ministris dispensationem cuidam, quasi fratri petentem cum distulisset, ipsum candidatum ad se vocauit, exactaque pecunia, quantum is cum suffragatore pepigerat, sine mora ordinauit. At vero apud iuriconsultos dispensare pro soluere legibus dicitur passim: ac subinde verbali nomine vtuntur pro concessione, aut indulgentia, quae contra ius a Principe impetratur, qui dicendi modus minime placet Budaeo in l. 1. colu. l. 4. ff. de iust. & iur. nec Io. Oldendor. in lib. de iure singulari, vbi scribit, qui dispensat ius, is iure, quod suum est, tribuit, & curat, ne alicui fiat iniuria, nec aliquis laedatur, quod summum iustitiae munus est. Non tamen verendum est his dictionibus vt, si quidem & his canones, quos interpretamur vtunt. Quia condonandum est aliquid, atque indulgendu loquendi commoditati, & consuetudini profertim quamlibet disciplinam. Nam & Rom. Pont. dispensator a Diuo Bernardo dicitur in lib. 3. de consideratione ad Eugenium, & a Diuo Tho. in l. 2. in q. 97. in articulo. 4. & a Diuo Paulo in 1. ad Corinthios. cap. 9. & a Christo,

Lucae cap. 12. Ex eo quod distribuatur, ac expendatur, potestatem sibi a summo Deo concessam. Est igitur, quod attinet ad propositum nostrum, dispensatio rigoris iuris per eum, ad quem spectat, canonicè facta: & exactio, vt colligitur ex c. requisitis. in §. nisi rigor. & in ca. seq. l. q. 7. & ita tenet Specul. in tit. de dispens. in §. 1. incip. dispensatio est, vbi refert aliam significationem huius verbi, dispensatio.

- Et hinc est, quod dispensatio & declaratio ex diametro distant. Nam ius declarat seu interpretatur, quisquis ita illud explicat, vt aperte ostendat, an ius illud id, quod agitur, includat necne, vt in l. si. C. de legib. & in c. cum venissent. de iudic. & in l. scire leges. cum similibus. ff. de legib. lex namque naturalis, non occides, per humanas leges sepius ita explicatur, vt constet per eam homicidium ad defensionem commissum minime prohiberi, vt probatur in l. vt vim. ff. de iust. & iur. naturalis enim ratio dicitur, defensionem omnibus esse permittendam, sic etiam lex ista, furtum non facies, ita intelligenda, vt furtum committere non dicatur qui fame coactus victus gratia rem alienam assumit, vt probatur in c. si quis venter necessitatem. de furtis, sed circa ius dispensat, qui data legis obligatione ab ea priuatum aliquem eximit. Nam secundum Diuum Thomam in 2. 2. in q. 88. in articulo. 10. lex ponitur respiciendo ad id, quod est vt in plurimis bonum. Sed quia contingit in aliquo casu non esse bonum, oportuit per aliquem determinari in illo particulari casu, legem non esse seruandam, & hoc est auctore Diuo Thoma proprie dispensare in lege, cuius rei sit exemplum in casu nostro in dicto c. de multa. de preben. iure enim humano nobiles, & literati duo beneficia curam animarum habentia obtinere prohibentur. At vero Rom. Pontifex aliquem nobilem aut literatum ab hac iuris humani prohibitione eximere potest, ita haec explicant Cardin. a Turrecremata in summa de ecclesia, in lib. 3. in c. 5. & Iacob. Almain in tract. de potesta. ecclesiae, in c. 11. & Ambros. Catheri. in lib. contra Gaiera. in capitulo 2. prope fi. & Paris. in consilio 68. numero 195.

- Ex hoc inferitur, quod circa ius diuinum, aut naturale interpretandi, seu declarandi potestas Rom. Pont. competit, non vero dispensandi: declaratio enim ex eo in iure naturali contingit: quia licet illud sit immutabile quoad prima principia: scilicet ratione viuendum est, & quoad ea, quae necessario ex primis principijs deducuntur, vt Decalogi praeccepta, quae & iure humano declarari possunt quoad actus quos prohibent, vel imperant: conclusiones tamen, quae ex primis principijs iuris naturalis oriuntur frequentius, non tamen in vniuersu quando-

quandoque ex causis specialibus à iure ipso naturali deductis deficiunt. Ratio enim dicta, vt deponenti depositum reddatur, si illud exigat, id tamen frequentius est: nec semper ratio id suadet, cum iustissima ratione denegari aliquibus casibus possit: vt in l. bona fides. ff. de positi, & Cicer. in lib. 3. de officijs, cuius ratio simillima est verbis iuriconsulti. Sic enim inquit de deposito verba faciens. Multa quæ honesta natura videntur esse, temporibus inhonestà fiunt, nec tollitur lex naturalis humana lege, sed declaratur, vt inquit Diuus Thomas in 2. 2. q. 54. artic. 5. & Fortun. Garfia in l. veluti. ff. de iust. & iur. col. 7. Quod autem dispensandi facultas non competat Roma. Pontif. circa ius diuinum, tenet Diuus Thomas in quodlibeto 4. in artic. 13. & quodlibeto 9. artic. 13. & Ang. in verb. Papa. & Card. à Turcremata in summa de ecclesia, in libr. 2. cap. 107. & Diuus Thom. in 1. 2. q. 97. artic. 4. ad tertium argumentum, & Ambros. Cathar. in d. c. 2. & Syluester in verbo Papa. q. 16. & Io. Maior in 4. sententiarum, distinct. 2. 4. q. 12. & Paris. in consi. 68. num. 199. vol. 4. & Io. Driedo in tractatu de libertate Christiana, pag. 204. & Io. Baptista de Sancto Severino in trac. de pensio. q. 19. & Iacob. Almain in trac. de potest. ecclesiastica, in cap. 13.

Et hinc est, non rectè loquutum fuisse Abb. Panor. in c. non est. de voto, & voti redemptio. 6. dum censet, Papam posse cum causa in iure diuino dispensare, & idem notat Fely. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. num. 19. & Philipp. Dec. in consi. 112. & Ferd. Loazes in tractatu de matrimonio Regni Angliæ, in 2. dubio in argumento secundo pro parte affirmatiua, & dicit hanc opinionem communem Hyero. Grat. in consi. 1. 2. vol. num. 31. & Sigismundus Lofredus in consi. 50. quæ quidem opinio quamuis communis, nullo iure subsistere potest propriè sumendo dispensationem, & ideo necessarium est dicere, quod prædicta communis opinio intelligitur vera, si dispensatio ad declarationem vel interpretationem referatur. Nam (prout supra dictum est) Roman. Pontifex potest interpretari seu declarare ius diuinum, seu naturale, & ita cessabit reprehensio, quam faciunt Theologi prædicti contra nostrates, eo quod passim asserant, posse ex causa Roman. Pontif. circa ius diuinum dispensare, & cauendum est à Ludouico Gozadino in consi. 51. col. fi. vbi inquit, propriam dispensationem Romano Pontifici competere circa ius diuinum.

Denique ex præfatis clarè patet, Pontificem 7. Romanum circa ius diuinum, vel naturale dispensare non posse, sed circa ius humanum tantum, & etiam posse dispensare in his, quæ ab Apostolis fuerunt statuta, affirmat Diuus The-

mas in quodlibeto 4. artic. 13. vel etiam contra statuta in concilio totius ecclesiæ generaliter inquit gloss. in c. proposuit. de concess. præbend. & in c. vbi periculum, de elect. libr. 6. & Abb. in c. significasti. de electio. & Fely. in c. 1. num. 23. de const. Iacob. Almain in trac. de potest. ecclesiæ. ca. 14. & Iacobatus in tractatu de Concilio, lib. 5. in artic. 15. & hanc sententiam dixit esse communem Didac. de Couar. libr. 4. de sponsalibus, in 2. par. in c. 6. in §. 9. num. 6. & Io. Baptista à Villalobos in lib. comm. opin. in verbo Papa, num. 24. de qua conclusione latè scripsi in tractatu de clericis, & eorum exemptione, in prima parte, in capitulo 14. numero 9.

8. Secundo dubitatur, quis possit dispensare ad obtinendum plura beneficia. In qua questione videbatur dicendum, quod solus Roman. Pontifex dispensare possit, nã dispensare est contra ius commune, & ipsi Principi reseruatum, vt probatur in l. qui in prouincia. in §. Diuus. ff. de ritu nuptiarum, & probatur in c. requiritis. §. nisi rigor. cum c. seq. 1. q. 7. & ita tenet Specul. in tit. de dispensatione, in §. 1. in prin. & in §. nãc breuiter dicendum, & Paris. in consi. 68. incip. dubium exoritur, num. 35. vol. 4. & ideo legitimum est ipsi Principi reseruatum, vt probatur in d. l. qui in prouincia. in §. Diuus. ff. de ritu nuptiarum, & in aucten. quibus modis naturales efficiantur legitimi, & in aucten. quibus modis naturales efficiantur sui, & Bald. in l. rescripta. columna 3. versic. quinto quia Papa legitimat. ff. de præcib. imperat. offeren. & Roman. in l. imperium, nu. 2. ff. de iuri. dict. omn. iudic.

9. Et hinc est, quod illud, quod fit ex dispensatione, dicitur impossibile, vt inquit glossa in cap. gratia. in verbo non potest, & ibi Dominicus. columna vltima, de rescript. lib. 6. & in c. verum est. in verbo non possum, 1. q. 1. & Bald. in l. 1. in fin. ff. de iniusto testam. & Imol. in l. continuus §. cum quis. in not. pen. ff. de verb. oblig. Panor. in c. quod Dei timorem. col. 2. versic. item adduco, de statu monac. & Barbat. qui alios adducit in consi. 57. incip. præclare. colum. pen. libr. 1. & in consi. 54. incip. à Ioue. colum. 6. versic. nec est credendum, lib. 4. & Philipp. Dec. in consi. 645. incipiente visa donatione. colum. tertia, numero 21.

10. Et videtur ratio quia dispensatio dependet à voluntate Principis, & non est dubium, quod id, quod dependet à Principis voluntate, dicitur impossibile, vt probatur in l. apud Iulianum §. vlt. ff. de legat. 1. aliàs incipit lex idem Iulianus. in §. vlti. & text. in l. continuus. in §. cum quis, & ibi notat gloss. Alberic. Barr. & alij scribentes, & tenet idem Bar. in l. paulo ante fin. ff. de iniusto testam. & in l. si quis sub condicione. col. 2. versic. oppono, dicitur hic. ff. de testam. menta-

mentaria tutela, & in l. 1. §. qui habebat. post princ. ff. de bonorum possess. contra tabulas, & in l. vlt. col. 2. ver. venio ad quartum. C. de sententiam passis, post Dyn. in c. semel. in fi. de regul. iur. lib. 6. & tenet Bald. in d. l. Iulianus. §. vltimo, & in c. cum non ab homine. in fi. de iudicijs. & Signorol. in consi. 39. incip. queritur nunquid, col. 2. versic. tertio, probat. & Cardin. Florent. in consi. 17. incip. pro magnifico, nu. 3. & Paul. Castren. in consi. 104. incip. sex sunt. col. 2. versic. sanè merum. lib. 1. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. pen. ver. 3. & vlt. ff. de lib. beris, & posthu. & Alex. in consi. 224. incip. in re tam graui. col. 2. ver. & quando pendet. lib. 6. & Franc. Curt. sen. in consi. 74. incip. supra memorata, col. 19. num. 60. quod qualiter procedat, declarat And. Tiraq. in trac. de retract. lignag. in §. 2. in gloss. prima, & vnica, numero 61.

Pro vera tamen huius dubii resolutione constitutendæ sunt conclusiones subsequentes.

11. Prima conclusio est, quod extra omnem controuersiam Roman. Pontifex dispensare potest: vt quis obtineat multa beneficia, vt probat text. in c. dudum. il. 2. de elect. & in ca. de multa. in fi. de præben. & in c. ordinarij. de offic. ordinarij, & in c. 1. de consuetud. lib. 6. & notant scribentes in dictis iuribus, maxime Innoc. Anto. Anchar. & Panor. in d. c. de multa. de præben. & Martinus Nauarro in manuali confessorum in c. 25. num. 125. cum seq. & tractat Perr. Rebuff. in praxi benefic. in titu. de dispensatione ad plura beneficia, num. 21. cum seq. & Gabar. in trac. de offic. & potest. legati, lib. 5. in tit. an legatus possit plura beneficia vni conferre, nu. 78. cum seq. Et est ratio: quia in beneficialibus Romanus Pontifex habet plenitudinem potestatis, vt supra scripsi in 2. part. in c. 11. nu. 58. & facit etiam: quia beneficiorum pluralitas de iure positio prohibita est, vt probatur in cap. quia nonnulli. de cleric. non residen. & in cap. quia in tantum. de præben. & in ca. cum non ignores. eodem titu. & ita tenet Petr. Rebuff. vbi supra numer. 22. Et clarius probatur: quia beneficia, vt supra dictum est in 1. par. in præfatione, num. 5. de iure positio fuerunt instituta, & ordinata, & ideo eorum pluralitas ex iure positio tantum descendit. At verò Romanus Pontifex prout iam supra dictum est, potest circa ius positium dispensare, ergo super beneficiorum pluralitate.

12. Et ita videmus, quod Roman. Pontifex solet dispensare, quamuis rarò, ad duo beneficia curata, secundum formam text. in c. de multa. in finalibus verbis: quia decens & iuri consonum est, vt persona literata duo beneficia curata simul obtinere possit, licet hoc alijs denegetur: quia ecclesia Dei talibus indiget, illisq; in om-

nibus fauere consuevit, iuxta determinationem tex. in cap. cum ex eo. de elect. lib. 6. & tenet Innoc. in c. cum iam dudum. ad fi. de præben. & Hyppolitus de Marfil. in practica criminali in §. aggredior. nu. 68. Et quando conceditur prædicta dispensatio à Roman. Pontif. secundum formam text. in d. c. de multa. scilicet pro verè nobilibus, vel in publica vniuersitate graduatis, additur communiter illa clausula, dummodo parrochiales non distent ab inuicem vltra vnam dietam, quæ limitatio operatur: vt vtrique parrochiali, ac vtrisque parrochis facile p uideri possit. Nam Recto iste dispensatio ecclesiarum curæ præpositus, in altera residens si ex improuiso alteri ecclesie, in qua non residet, occurrendum esse cognouerit, statim ad illam accedere poterit: cum non distet vltra vnam dietam. id est 20. miliaria, ut in l. vicena millia. ff. si quis cautionibus, & sic vna parrochialis sacra vicina erit alteri. Nam loca dicuntur vicina non solum per vnam, imo etiam per duas dietas distantia, iuxta tex. in c. præfenti. de præbend. libro sexto, dispensabat enim plerumque Roman. Pontifex cum supplicante, quòd cum omnibus beneficijs cum cura, vel sine cura vnum beneficium incompatible obtinere possit, & addebatur clausula, dummodo non sint vltra duo tria incompatible, vt inquit Quinti. Mando. in signatura gratiæ, in tit. dispensatio ad plura beneficia. Nunc autem talis dispensatio non conceditur, maxime post publicationem sacri Concilij Tridentini, nec etiam conceditur clausula illa solita apponi in supplicationibus. Et quod obstantiæ oratoris ac beneficiales exprimi possunt, seu pro expressis habeantur, qua clausula deleta seu negata, necesse est hodie omnia beneficia iam obtenta exprimere, alioquin gratia omnino nulla erit, vt probatur in cap. cum adeo. & in c. proponente. cum similib. de rescript. & similiter circa alia beneficia aliàs incompatible, seu residentiam requirentia, iuxta diuersitatē beneficiorum, & diuersitatem personarum, & temporum dispensat Roman. Pontif. seu dispensationem denegat: vt inquit Quinti. Mando. in practica signaturæ gratiæ, in titu. dispensatio ad plura beneficia, in versic. aut loquimur in beneficijs.

13. Secunda conclusio, Legatus potest dispensare potest cum aliquo, vt possit retinere plura beneficia, quæ non sunt Episcopatus, dignitates, personatus, aut curata beneficia, vt probat text. in c. de multa. de præbend. per argumentum à contrario sensu, & probat text. in c. eam te. de reser. & tenet gloss. in c. sanctorum. 70. distinct. & in c. penult. de electio. & hanc sententiam tenet Spec. quem refert & sequitur Gamb. in tracta. de offic. & auctoritate legati de latere, in lib. 5. in tit. An legatus possit plura beneficia vni conferre

ferre, num. 2; 6. ubi dicit, hanc esse communem opinionem, & ita tenet Petrus Rebuff. in praxi benef. in tit. de dispensat. ad plura beneficia, num. 2. 7. quæ conclusio declaratur.

Primo: ut non procedat, quando quis habet beneficia aliis sufficientia ad congruam sustentationem: quia tunc non potest dispensare Legatus ex eo, quod non potest assignari congrua ratio ad dispensationem, argumento tex. in ca. cum adeo. de rescript. & faciunt ea, quæ dicta sunt supra in 1. par. in c. 19.

Secundo fallit, quando vellet dispensare: ut possit quis obtinere beneficia uniformia sub eodem tecto. Quia tunc non potest, ut probatur in cap. 1. de consuetud. lib. 6. & ibi Dominicus, & alii scribunt. & facit tex. in c. literas. de concess. præben. & videndus est Federic. de Senis in consil. 120. & Lap. in alleg. 116. & Abb. Pan. in c. cum iam dudum. de præben. & in consil. 70. & faciunt ea, quæ supra dixi in 1. par. in ca. 12. num. 1. loquendo in Episcopo.

Tertio fallit in casu tex. in c. cum singula. de præben. lib. 6. de qua materia latè tractat Henric. Imol. Ant. in c. de multa. de præben. & similiter poterit legatus dispensare cum aliquo, ut tenet legatus beneficia simplicia residentiam perpetuam requirentia, ut tenet Gambar. aliqua adducens in d. lib. 5. in trac. de offic. & potest. legati, in tit. An legatus possit plura beneficia uni conferre, num. 2; 8. argumento tex. per argum. à contrario sensu in d. cap. de multa. de præben. Sed circa Episcopatus, dignitates, personatus, aut curata beneficia Legatus de latere nullo modo potest dispensare, per text. expressum in d. c. de multa. de præben. ubi text. loquens de prædict. inquit in hæc verba. Circa sublimes tamen, & literatas personas, quæ maioribus beneficiis sunt honorandæ: cum ratio postulauerit, per sedem Apostolicam poterit dispensari, & ibi ita notant doc. communiter & ita intelligendus est Roman. consil. 286. & Nicol. Milli. in repert. in verbo dispensare, in versic. dispensare non potest legatus de latere, & Panorm. in c. extirpandæ. in §. qui verò; num. 39. Sed dubium est, utrum Legatus de latere possit dispensare super beneficiis curatis, vel dignitatibus, seu personatibus ex causa necessitatis, vel utilitatis ecclesie. In qua questione dicendum est, prout infra in seq. conel. circa potestatem Episcopi in dispensando in his curatis, seu dignitatibus. Nam quoad hoc à pari procedant Legatus de latere & Episcopus, ut inquit Gambar. ubi supra, nu. 98.

4. Tertia conclusio, Episcopus potest dispensare, ut aliquis habeat plura beneficia simplicia ita tenet Hostien. in c. super inordinata. de præben. & Io. Andr. & Anto. & Imol. in cap. cum iam dudum. de præben. & ita tenet Benedict.

Capra in tract. regul. & fallen. in reg. 90. num. 144. & Rebuff. in praxi benef. in tit. de dispensat. ad plura beneficia, num. 2. 9. & tenet Pano. & ibi scriben. omnes in c. extirpandæ. in §. qui verò. de præben. & dignitatibus. num. 41. qui Panorm. omnino videndus est: quia optimè distinguit, & tenet Specul. in tit. de dispensat. in §. dicendum, num. 8. cum seq. & Gambar. in tract. de offic. & potest. legati de latere, in lib. 5. in tit. An Legatus possit plura beneficia uni conferre, num. 2; 2. Quod verum est, etiam si prædicta beneficia simplicia requirant residentiam perpetuam, ita tenet Petr. de Perusio, & Abb. Panormi. in dicto capitulo cum iam dudum. de præben. argumento eorum, quæ habentur in capitulo gratie. de rescript. libro sexto, & in capitulo de multa. de præben. & tenet Benedict. Capra in dicta reg. 90. numero 146. quod etiam procedit, si beneficia sint in diuersis diocesis ut tenet Petr. de Perusio, & Specul. & Imol. quos refert, & sequitur Benedictus Capra ubi supra numero 147. dummodo consensus, seu dispensatio vtriusque Episcopi interueniat. Et ad prædicta omnia est text. expressus in capitulo sanctorum. 70. distinct. cuius verba sunt. Licet enim Episcopi dispositione vnus diuersis præesse possit ecclesiis & c. & quod fortius est, poterit Episcopus dispensare: ut aliquis habeat vnum beneficium simplex, & aliud curatum, quia hoc non est prohibitum, unde concessum videtur, & probatur in c. nuper. de sententia excommunicationis, & in c. inter. de translatione Episcopi, vel electi, & ita tenet expressè Specul. Episcopus possit in præfato casu dispensare, in tit. de dispensationibus, in §. dicendum, nu. 9. & ita tenet Panorm. in c. de multa. de præben. num. 19. & in c. extirpandæ. in §. qui verò, num. 41. Episcopus tamen non poterit dispensare, ut quis habeat in eadem ecclesia duos canonicatus, ut supra fuit resolutum in 1. par. in c. 12. numero 13.

5. Nec similiter poterit dispensare, ut quis habeat plures dignitates, personatus, seu curata beneficia, ut probat expressus text. in cap. de multa. in finalibus verbis ibi. Circa sublimes tamen, & literatas personas, quæ maioribus beneficiis sunt honorandæ: cum ratio postulauerit, per sedem Apostolicam poterit dispensari. & ibi ita notant scribentes omnes, maxime Panorm. 19. & tenet gloss. in c. literas. de concess. præben. & in c. dudum. il. 2. de elect. & gloss. in c. non potest. de præben. lib. 6. & Panorm. in c. extirpandæ. in §. qui verò, num. 37. ubi refert multos scribentes, & dicit hanc esse communem sententiam omnium scribentium, de qua nemo dubitat. Poterit tamen dispensare, ut obtineat dignitatem, personatum, vel officium

cum

canonicatu, ut inquit Mil. in repert. verb. dispensare, versic. dispensare non potest Episcopus super duobus canoniis.

Dubium tamen non minimum est, utrum  
6. Episcopus ex causa necessitatis, seu utilitatis ecclesie possit dispensare circa pluralitatem personatus, seu curatorum, seu dignitatum. In qua quaest. Hostien. in d. c. de multa. de præben. dixit distinguendo, quod aut dispensatio fit ob necessitatem ecclesie, vel utilitatem, & poterit ab Episcopo seu legato dispensari. Aut verò fit ob utilitatem personæ per prerogatiuam meritorum, & pertinet talis dispensatio ad Romanum Pontificem. Et hanc sententiam tenuit etiam Io. & Archid. in c. sanctorum. 70. distinct. & sequitur etiam Petr. de Anchar. & Abb. antiquus in d. c. de multa. de præben. & Panorm. ibidem nu. 19. & tenuit Specul. in tit. de dispensat. in §. dicendum, num. 8. versic. sed nūquid Episcopus, & Archid. in d. c. sanctorum. & refert alios scriben. idem tenentes, & idem Arch. in c. 1. de consuetud. lib. 6. & Panorm. in c. extirpandæ. in §. qui verò, num. 40. Et hæc sententiam tenet Gambar. in tract. de offic. & potest. legati de latere, in lib. 5. in tit. An Legatus possit plura beneficia uni conferre, & sequitur etiam Card. & Imol. in c. clericos. de cleric. non resident. & Præpositus in d. cap. sanctorum. 70. distinct. & hanc sententiam sequitur dicens eam esse communem Petr. Rebuff. in praxi benef. in tit. de dispensat. ad plura beneficia, num. 32. & 33. pro qua communi sententia tex. est expressus in c. sanctorum. 70. distinct. ibi. Licet enim Episcopi dispensatione vnus diuersis præesse possit ecclesiis, ex quo text. clare probatur, concessum esse Episcopo, ut possit super beneficiis pluralitate dispensare, quæ quidem concessio non probatur adempta in aliquo casu. Ergo clare probatur, quod Episcopus possit dispensare. Neque obstat tex. in d. c. de multa. de præben. in finalibus verbis, prout supra ponderauimus, ex quo textu videtur reseruatam Papæ dispensare super pluralitate beneficiorum curatorum. Nam ille tex. bene intellectus nihil obstat, nec derogat dispensationi, tex. in d. c. sanctorum. quando dispensatio fit propter necessitatem, seu utilitatem ecclesie. Nam tex. in d. c. de multa. solummodo loquitur, quando dispensatio fit principaliter ob honorem, & prerogatiuam personæ, & ita in hoc solo casu derogat illi text. Ergo non loquitur in aliis casibus, & ita in aliis casibus remanet in obseruantia tex. in d. c. sanctorum. 70. distinct. Et ratio prædicta correctionis in casu, quo dispensatio fit ob honorem, & prerogatiuam personæ, potest sumi ex indistincta Episcoporum dispensatione. Vnde Papa ad hoc obuiandum uoluit sibi soli reseruare dispensationem, quando fieri debet principaliter

propter prerogatiuam personarum: quia ex dilatione huius casus nullum imminet periculum ecclesie. Sed quando fieri debet principaliter propter utilitatem, seu necessitatem ecclesiarum uoluit ius antiquum remanere in correctum: quia ex dilatione potuisset irrogari ecclesie iudicium maximum, quæ distinctio multum æqua est, & ecclesie fauens, & prouidetur per eam fraudibus adhibendis, & etiam utilitati ecclesiarum, ut euitetur iurium correctio, in qua fieri potest, & ita respondet prædicti scribentes, maxime Panorm. in d. c. extirpandæ. in §. qui verò, num. 40. & Gambar. ubi supra. Secundo pro hac communi sententia facit: quia hæc opinio fundari potest in c. nemo. de elect. lib. 6. per argumentum à speciali, in quantum prohibendo commendam ordinario exprimit etiam illam commendam, quæ fit ob euentum utilitatem ecclesie. Ergo clare sequitur, quod cum tex. in d. c. de multa. non prohibeat dispensationem circa pluralitatem prædictam, quando fit ob necessitatem, seu utilitatem ecclesie, non censetur prohibita in casu nostro. Tertio pro prædicta sententia facit: quia casus necessitatis non includitur in clausulis generalibus ex eo, quod necessitas facit licitum, quod aliis erat illicitum: ut colligitur ex multis, quæ supra adduximus in c. 9. huius 1. par. quasi per totum, & hæc duo fundamenta ultima considerauit Gambar. ubi supra num. 106. & num. 117. Quarto pro hac communi sententia facit: quia dispensatio, quæ fit ob ecclesie utilitatem, non dicitur fieri contra sacros canones, neque contra concilium generale, prout in simili uidemus, nam in c. maioribus. de præben. Concilium in hiber præbendarum permutationem, tamen in cap. quaesitum. de rerum permutatione, declarat, permutationem de illis factam ob utilitatem seu necessitatem ecclesie non esse contra concilium generale, quod etiam fundamentum refert Gambar. ubi supra, num. 119.

17. Et quamuis præfata communis opinio iuridica uideatur: nihilominus cõtra eam tenent multi scribentes, qui aiunt, quod indistinctè non possit Episcopus dispensare super pluralitate dignitatum, personatum ac beneficiorum curatorum, inter quos est gloss. in d. c. sanctorum. 70. distinct. & gloss. in c. dudum. il. 2. de elect. & tenet Imola Io. Andr. Ant. in d. c. de multa. de præben. Et Io. de Lignano in clem. gratie. de rescript. & hanc sententiam dixit esse communem Gambar. in d. tract. de offic. & potest. Legati de latere, lib. 5. in tit. An Legatus possit plura beneficia uni conferre, num. 101. & quæ sit communis opinio, tenet etiam Pano. in c. extirpandæ. in §. qui uerò, num. 37. & ibi Hostien. inquit, quod hanc opinionem seruat Curia Romana, & idem inquit Panorm. ibidem d. num. 37. Pro quo apertè

facit

facit primò *tex. in d. c. de multa. in final. verbis* ubi dispensare circa pluralitatem dignitatum, personatum, & beneficiorum curatorum referatur Rom. Pontifici, quando ratio eam sua scribit: ut probatur ibi. Cum ratio postulat, per sedem Apostolicam poterit dispensari. Ne que obstat, quod supradictum est, quod quò dispensatio fit ob utilitatem, seu necessitatem ecclesiarum, potest fieri per Episcopum per fundamēta adducta. Nā hoc procederet in casu, in quo dispensatio posset fieri ex alia causa, quam necessitatis, seu utilitatis ecclesiarum. Sed in materia dispensationis non potest considerari alia causa, seu ratio dispensationis, quam necessitas, seu utilitas ecclesiarum, neque ipse Papa ex alia causa potest dispensare, ut inquit Io. de Lignano ubi supra, de quo infra agendum erit in proxima questione. Ergo clarè sequitur, quòd *tex. in d. c. de multa. loquitur, quando dispensatio fit propter necessitatem, seu utilitatem ecclesiarum.* Et ita videtur, quòd *tex. in d. c. de multa. deroget tex. in d. c. sanctorum. 70. distinct.* Advertendum est tamen, quòd hæc impugnatio Ioā. de Ligna. & hoc primū fundamētum huius secundæ opinionis non videtur concludere. Nam quamvis verum sit, quòd dispensatio circa prædictam pluralitatem fieri non possit aliter, quam ex causa necessitatis, seu utilitatis: tamen adhuc potest cadere consideratio supra adducta pro prima opinione. Nam dispensatio fieri potest duobus modis, propter utilitatem, vel necessitatem ecclesiarum.

18 Primo modo fieri potest principaliter propter prærogativam personarum, secundariò tamen propter utilitatem, seu necessitatem ecclesiarum, id est, propter bonum publicum spirituale ecclesiarum generalis, ut puta quia clericus est persona literata, vel nobilis, & secundum eius qualitatem non potest commodè vivere ex redditibus vnius ecclesiarum. Tamen si habeat duas, poterit proficere ecclesiis particulariter, & generaliter defendendo earum iura, cōsulendo, & sic principaliter fit hæc dispensatio ob respectum personæ, ut habeat redditus plurium ecclesiarum, & secundariò fit ob utilitatem seu necessitatem ecclesiarum, & in hoc casu videtur loqui *tex. in d. c. de multa, ut solus Papa dispense, & iste est proprius casus illius capituli, ponderando verba illius *tex. ibi.* Circa sublimes tamen & literatas personas, quæ maioribus beneficiis sūt honorandæ. In quibus verbis *tex. loquitur, quòd dispensatio fit principaliter ob honorem & cōmodum personæ, intelligendo tamen, quòd secundariò redundet in bonum publicum, & spirituale.* Secundo modo fieri potest prædicta dispensatio principaliter propter utilitatem seu necessitatem ecclesiarum nulla differentia habita an sit persona literata, an potens, vel vilis, seu illiterata,*

Sed solum ponderando, quòd fit principaliter propter utilitatem ecclesiarum, & in hoc casu potest procedere, & intelligi præfata opinio prima.

19 Secundò pro hac secūda opinione communi contra primam opinionem facit *tex. in c. ordinarii. in §. si verò. de off. ordinarij, lib. 6. cuius verba sunt.* Si verò de dispensationis exhibitæ sufficientia dubitetur, super hoc erit ad sedem Apostolicam recurrendum, cuius est æstimare quemadmodum sui beneficii esse velit. Ergo tacitè innuit ille *tex. quòd solus Papa dispense circa hanc pluralitatem, de qua nos loquimur, & loquitur *tex. in d. §. si verò, alius si Episcopus posset dispensare, dixisset Roma. Pont. recurredū esse ad eum, qui dispensavit.* Sed hoc fundamētum etiam non obstat: quia respondeo cū Pan. in d. c. extirpandæ. in §. qui verò. in repet. nu. 40. quòd Papa retulit se ad id, quòd sæpius & frequēius accidit, iuxta not. in c. literas. de despo. satione impub. Nam rarò contingit, dispensationem fieri per Episcopum, & super ea dubitari. Sed ut plurimum pro varia rescripta, quæ ab Apostolica sede emanant, oritur prædicta dubitatio. Et ita ille *tex. nihil probat contra primam communem opinionem.* Imò ille *tex. in prin. facit pro prima cōi opinione: quia dicit, Episcopum debere compellere quoslibet detinētes duo curata ad ostendendū dispensationes, quarum auctoritate illa possident, & sic nō dicit dispensationes sedis Apostolicæ, sed in genere dicit, dispensationes, quarum auctoritate &c. quasi innuat, quòd dispensationes prædictas potest concedere Episcopus sicut Pont. Rom. Tertio pro hac secūda cōi sententia facit: quia cōstitutio *tex. in c. de multa. de præbend. est cōcilio generali.* Sed sic est, quòd contra constitutionem Concilij generalis non potest Episcopus, nec etiam legatus dispensare. Ergo vera est hæc secūda communis opinio.**

20 Quòd autem Episcopus, vel Legatus non possint dispensare contra Concilium generale rener gloss. in c. dilectus. il. de præben. in verbo cum se facultas. gloss. & ibi doct. in c. cum dilectus. in verbo in c. rate. de elect. & gloss. in clemen. 1. in verbo eligatur, de elect. & in c. dilectus. de temporibus ordinationum, & ibi Innoc. in c. r. de fil. presbyterorū, Io. de Anania in c. cum dilectus. de v. furis, Archid. in c. scut. 3. distinct. & in summa 36. distinct. & in c. virginis. 27. q. 1. & latè Io. Andr. in c. 1. super gloss. in verbo concessum, de supplen. neglig. Prælat. Specul. in titu. de dispen. in §. nunc de Episcoporum, num. 27. & Ludovic. Roman. in consilio 325. num. 7. Ant. de Butrio & scriben. omnes in c. at si clerici. in §. de adulteris, & ibi Fely. num. 5. & Philipp. Dec. numero 37. de iudic. Henricus Botheus in tractat. de synodo Episcoporum, in articulo. 1. in conclus. 3. numero sexto, &

& hanc conclusionem cum limitationibus ponit Petr. Duen. in tract. regul. & fallen. in reg. 248. incip. Episcopus, vel Legatus. Sed respondendum est, quòd hoc fundamentum similiter nō concludit: quia *tex. in d. c. de multa. de præb. solummodo prohibet dispensationem, quando fit ob prærogativam personarum, non verò ob necessitatem, seu utilitatem ecclesiarum non autem loquitur in casu nostro, prout dictum est supra.*

21 Altius tamen considerandum videtur, quum hæc responsio non satisfaciat. Nam quamvis *tex. in d. c. de multa. loquitur, quando fit dispensatio propter prærogativam personarum, adhuc tamen est alius *tex. ex conc. generali Lateranensi, qui prohibet pluralitatem dignitatum, personatum, ac beneficiorum curatorum: ut clarè probatur in c. quia nonnulli. de clericis non resid. cuius verba sunt.* Quia nonnulli modum avaritiæ non ponentes dignitates ecclesiasticas, & plures ecclesias parochiales cōtra sacrorum canonum instituta nituntur accipere: ut cum vnum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vendicant plurimorum, ne id decetero fiat, districtius inhibemus. Ergo videtur dicendum, quòd Episcopus nullo modo possit dispensare contra prædictum *tex. qui est ex Lateranensi Concilio.* Ad hæc tamen difficultatem respondendum est dupliciter. Primo modo, quòd ille *tex. in d. c. quia nonnulli. quævis prohibeat dignitatum, personarum, ac beneficiorum curatorum pluralitatem, non tamen prohibet dispensationem, quæ quidem dispensatio iam antea à iure cōcessa erat Episcopo ex *tex. in d. c. sanctorum. 70. distinct.* Unde cum *tex. in d. c. quia nonnulli. non derogaverit dispositioni *tex. d. c. sanctorum. manet in observantia.* Vel aliter & melius respondendum est secundo loco.***

22 Quòd si quamvis Episcopus & Legatus regulariter non possint dispensare contra Concilium generale: tamè quando adest magna causa, videlicet necessitatis, vel utilitatis, possunt sine dubio dispensare: ut inquit Abb. num. 9. in d. c. at si clerici. §. de adulteris. de iudic. idem Abb. in c. cum dilectus, de elect. & in c. si. de filiis presby. & tenet Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. de Spec. in titu. de dispen. & in §. nunc de Episcoporum, num. 30. Catelia. Cotra in memorabilibus, in verbo Episcopus. Roma. in singul. 486. & Nicol. Mili. in repet. in verbo dispensare, in ver. dispensare potest Episcopus contra Concilium generale, & Minchiaca in lib. 1. contro. illust. c. 13. num. 17. & Fel. in c. r. in fallen. 7. de const. & Ias. in l. nemo potest, nu. me. 8. in 1. lectura. ff. de legat. 1. pro qua sententia facit *tex. in l. si hominem. ff. mdati, & tex. in c. tali, & in c. exiguat. 1. q. 7. & in c. exposui-*

sti, de præbend. & est decis. Rotæ, quæ pro ea facit 262. in nou. secundum impressionem antiquam, & secundum novam est decis. 5. in tit. de iure patronat.

23 Quæ sententia sine dubio vera est, & procedit, quando de facili superior consuli nō possit, per *tex. in l. Diui fratres. ff. de pœnis, & per *tex. in l. Diuus Pius Claudio. ff. de falsis, & facit Innoc. doct. in c. venerabilem. de elect. & Bal. in l. non dubium. C. de legib. pro qua opinio est *tex. in c. 1. de clerico ægrotante, lib. 6. ubi ratione distantie locorum conceditur Episcopo indigenti coadiutorem sibi assumere: vñ vel duos de consensu sui Capituli, vel maioris partis absque hoc, quòd veniat ad sedem Apostolicam, ad quam aliàs venire tenetur: ut ibi dicit *tex. ad idem etiam est *tex. in c. 1. ne sede vacante, lib. 6. ubi si Episcopus esset in remotis, non expectatur eius consilium, quòd aliàs requiritur, & expectatur.* Et ita in terminis nostræ conclusionis tenet Aret. num. 20. in d. c. at si clerici. in §. de adult. de iudic. allegat ad hoc *tex. in c. nihil. de elect. quod notant doct. in c. licet ex suscepto. de foro compet. & notat Catelia. Corta in memorabilibus, in verbo Episcopus. il primo.*****

24 Non tamen est omittendum, quòd contra hæc secundam responsionem facit, quòd Episcopus et ex magna, necessaria & vili causa etiam cum causa cognitionis non dispensat cum patiente defectum ætatis in dignitatibus curatis propter Concilij generalis prohibitionem, de qua in c. cum in cunctis. in §. inferiora. de elect. ita tenet Io. Andr. & Petr. de Anchar. in c. 1. de stat. & qualitat. lib. 6. & ibi Dominic. de sancto Geminiano, & Philipp. Franc. ibidem, & Io. Monachus in c. cupientes. num. 124. de elect. lib. 6. & hanc sententiam tenet scriben. in c. cum dilectus. de elect. & hæc est communis opinio: ut inquit Gemina. in c. licet canon. de electio. lib. 6. quamvis contrarium tenet Archid. ibidem, & idem Archid. in d. c. 1. de ætate, & qualitat. lib. 6. & Hostien. in c. cum dilectus. de elect. Sed hæc communis sententia non obstat prædictæ responsioni secundæ, quia procedit ex eo, quòd in d. c. cum in cunctis. §. inferiora, prohibetur expressè Episcopis, ne aliquid faciant cōtra dispositionem illius *tex. & imponit pœnam Episcopis contrarium facientibus, ut clarè probatur in §. vlt. illius *tex. ibi.* Episcopus autem si contra hoc fecerit, aut consensit fieri, in conferendis prædictis officiis, & beneficiis potestatem amittat &c. At verò prædicta opinio, quæ habet, quòd Episcopus, vel Legatus potest dispensare contra Concilium generale, intelligitur, quando concilium loquitur impersonaliter, nec vetando, nec permittendo dispensationem, nec imponendo aliquam pœnam: quia vbi im-*



ponit pœnam, hoc non procedit, vt declarat Petr. Duen. in dicta reg. 248. in fin. secundæ limitationis.

25 Ex quibus quidem dubia manet aliquantum decisio prædictæ quæstionis, vtrum Episcopus ex causa necessitatis, seu vtilitatis ecclesiæ possit dispensare cum aliquo circa pluralitatem dignitatum, personarum, & beneficiorum curatorum. Resolutiuè tamen tenenda est prima opinio communis supra relata, quæ habet, qd possit dispensare, pro qua opinione vltra supra adducta faciunt sequentia.

26 Nam ¶ quando habemus communem opinionem in genere, & à remotis, & in specie, vel in indiuiduo habemus aliquam auctoritatem. Tunc temporis communis opinio à remotis, & in genere attendi non debet: vt concludit Ioan. de Neuzanis in sylua nuptiali, libr. 5. limit. 8. num. 72. & Lancelot. Conrad. in lib. de prætoribus, in §. 2. in ti. de sententiis, num. 25. limit. 2. 3. & Io. Paul. Lancelot. in sua disputatione, an & quando attendenda sit communis opinio in decima limit. cum multis ab eo adductis.

Primo quia licet permittatur allegare generalia, tamen non conceditur per ea iudicare, & ideo generalia omittenda sunt, secundum Aret. in consi. 6. viso instrumeto diuisionis, in prin. quem referunt & sequuntur Neuz. in consi. 67. incip. dixit Dec. in prin. nu. 1. & Roland. à Valle in consi. 1. incip. viso themate, & iuribus num. 4. lib. 1.

Secundo quia potius stādum est iuribus in specie, quam in genere, vt concludit Alex. in l. sed & si quis. §. quæsitum. col. fi. num. 15. in fi. ff. si quis cautionibus, cum aliis iuribus, & auctoritatibus copiose adductis p. Ioā. de Neuz. in d. num. 72. Ergo ex præfatis, qd opinio communis, quæ habet, qd Episcopus non possit dispensare circa pluralitatem dignitatum, personarum, & beneficiorum curatorum, cum loquatur in genere, & à remotis, non est attendenda, sed est attendenda contraria opinio, qd quādo dispensatio fit ob necessitatem seu vtilitatem ecclesiæ possit dispensare: quia loquitur in specie, & in indiuiduo, maximè cum hæc sit communis etiam opinio, ut ex supra adductis apparet.

27 Præterea ¶ quia quando est communis opinio in limitatione, & magis communis est in regula seu pronuntio generali, attendenda est communis opinio, quæ loquitur in limit.

Primo quia, vt respondit Grat. in consi. 105. incip. videtur treguam. col. 1. num. 7. lib. 1. communis opinio pluribus, & insignibus auctoribus fultita potest limitari per doct. pauciores, & minoris auctoritatis, & limitatio est attendenda, dummodo doctores limitantes tot, &

ij sint, vt faciant communem opinionem.

Secundo quia communis opinio in limitatione non discordat, nec contrariatur magis communi generali: quia limitatio non modo non negat regulam, sed potius eam probat, & omnino præsupponit, vt in c. dominus. & ibi gloss. 3. 2. q. 7. & in l. quæsitum. §. denique, & ibi gloss. Barto. & ceteri scribentes. ff. de fundo instructo.

28 Vltimo pro hac sententia facit. ¶ Quia prædicta opinio communis fauet causa: pia; cum faueat ecclesiarum necessitatibus, & ideo in dubio est attendenda, argumento tex. in c. fin. de senten. & re iudic. cum multis similibus, de qua cōclusionem latè scripsi in tract. de clericis, & eorum exempt. in secunda parte, in ampliat. 11. numero quarto.

29 Addendum est prædictis, qd ¶ quamuis aliis regulariter in actibus ab Episcopo faciendis sit necessarius Capituli consensus, vt probatur in c. nouit. & in c. quanto, & in c. ea noscitur. de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli, tamen in hac dispensatione, quam facit Episcopus circa pluralitatem dignitatum, personarum, beneficiorum curatorum, seu simplicium, non requiritur consensus Capituli. Sed Episcopus solus potest eam facere, vt inquit Ant. de Butr. in c. at si clericis, in §. de adulteris, in versu. venio ad declarandum, de iudiciis, & hanc sententiam sequitur dicens eam esse \* communem Nicol. Mil. in repert. in verbo dispensare, in versu. dispensare potest Episcopus. Vbi hoc limitat non procedere, quando ex consuetudine requireretur prædictus consensus Capituli.

30 Quarta conclusio. Capitulum ¶ sede vacante potest dispensare circa beneficiorum pluralitatem in omnibus casibus, in quibus Prælati defunctus dispensare potuisset. Ita tenet Ioan. Andr. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. & idē Ioā. Andr. in c. 1. de maiorit. & obediē. lib. 6. & Federic. de Sen. in q. 3. o. in vol. suarum quæst. & quæstio prædicta incipit. An capitulum sede vacante, & in q. 4. o. incip. super eo, quod queritur, dicens hanc sententiam esse veriore, & Dominic. ita tenet in d. c. cum ex eo. de elect. lib. 6. & hanc sententiam tenet Abb. in c. cum olim. de maiorit. & obediē. Et tandem ita tenet Io. Fran. Pauinus in tract. de offic. & potest. Capituli sede vacante, in 1. par. in q. 5. vbi alios refert. Petr. Rebuff. in loco statim allegando, num. 64. & ita tenendum, quamuis compostellanus in c. eam te. de rescript. dicat, non uideri probabilem hanc sententiam, & videndum est idem Franc. Pauinus ubi supra, in q. 5. in finalibus verbis, qui loquitur in terminis nostræ quæstionis. Et est ratio præcipua inter eas, quas scribentes præfati adducunt: quia Capitulum sede

sede vacante fungitur vice Episcopi tam in temporalibus quam in spiritualibus, vt in cap. pe. & vltimo de supplend. negligē. Prælat. lib. 6. maximè in his, quæ spectant ad iurisdictionē Episcopi: vt multa adducens resoluit Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum, in tit. de deuolutionibus, num. 62. cum seq.

31 Sed sic est, quod ¶ dispensatio est actus iurisdictionis, vt inquit Ant. de Butr. in cap. at si clericis, in §. de adulteris, & Petrus Anchar. & Gemina. in capitulo cum ex eo. de electio. lib. sexto, & Ludouicus Romanus in consilio 325. in fin.

32 Quinta conclusio. Summus ¶ penitentiarius à Sanctissimo Domino nostro constitutus in sacra penitentiaria curiæ Romanæ potest etiā dispensare super beneficiorum pluralitate, ut inquit Octavian. Vestrius in praxi Curie Romanæ, libro primo, in cap. secundo, quem refert & sequitur Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum, de dispensatione ad plura beneficia, num. 35. vbi assignat differentiam inter dispensationem Papæ, & summi penitentiarii, hodie autem à tempore bonæ uent. Pauli III. Pontific. Max. restricta est potestas summi penitentiarii in multis, & ita in beneficiorum pluralitate non dispensat.

33 Vltima conclusio. Prælati ¶ inferiores Episcopo super beneficiorum pluralitate dispensare non possunt, nisi hoc habeant ex privilegio, vel consuetudine, vel alio iure speciali, vt inquit Innocen. & alii scriben. in cap. 2. de clerico, qui furtiuè ordinem susceperit, & Panorm. & alii scriben. in cap. at si clericis, in §. fin. de iudic. & scribē. in cap. extirpanda. in §. qui verò. de præben. & Barba. in clem. gratia. colum. 23. cum sequen. de rescript. & Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum, in tit. de dispensat. ad plura beneficia, numero 42.

34 Tertiò dubitatur, vtrum ¶ prædicta dispensatio debent fieri cum causa, vel sufficiat, qd sit facta, & sine causa. In qua quæstione breuiter respondendum, quod dispensatio prædicta circa beneficiorum pluralitatem fieri debet cū causa, aliàs non valet, vt in capitulo primo, & in capitulo non est. de voto, & voti redemp. & in capitulo in nouit. de elect. & probatur expressè in cap. de multa. de præben. ibi, cum ratio postulat uerit.

35 Et si ¶ qui sine causa dispensat, mortaliter peccat secundum Innocen. in cap. diuersis. de clericis coniugatis, & in capitulo ueniens. de syl. presbyt. & Paul. de Castr. in consilio 117. & Bertach. in repert. in uerbo causa in dispensatione.

36 Et si ¶ facta fuerit dispensatio sine causa, dispensatio potius, quam dispensatio dicenda est, inquit gloss. in dicto capitulo non est. de

voto & voti redempt. & tenet Panorm. in cap. significasti. de elect. & Barba. in cap. primo. colum. 25. de const. & in cap. at si clericis in §. fin. colum. 12. de iudic. Gemina. in consi. 68. in cōp. viso puncto, in secunda quæstione, & Io. Monach. in cap. primo. de ætat. & qualit. libr. sexto, Bartol. Soc. in consi. 146. colum. quarta, versu. circa secundum. & in consi. 251. colum. 13. versu. non omitto. volum. secundo, Paul. Paris. consi. 12. num. 210. vol. 2. & Roland. à Valle in consi. 61. num. 26. vol. 1.

37 Et dispensatio ¶ quæ fit ex falsa causa, non valet, vt inquit Oldrad. in consi. 255. argum. tex. in cap. requisitis. in §. rigor. prima q. 7. & Alexand. in consi. 188. volum. 2. & arg. etiam tex. in cap. de multa. de præben. & in cap. cum ad monasterium. de statu monachorum, & Franc. Curt. in consi. 16. col. 9. & in consi. 65. col. 7. & Ludouic. Gozad. in consi. 6. num. 25. & Rolā. à Valle in consi. 61. num. 25. volumine 1. & videnda sunt, quæ supra diximus in hac secunda parte, in cap. 3. num. 16. & ita tenet Nico. Mil. in repert. in uerbo dispensatio, versu. dispensatio ex falsa causa.

38 Prædicta ¶ tamen cōclusio, quæ habet, quod ad validitatem dispensationis requiritur causa, vera, est in inferioribus Rom. Pont. qui quidem dispensare non possunt sine causa. Secus autem dicendum est in ipso Papa, in quo quidem non est necessaria ad dispensationis validitatem, sicut non est necessaria in alio Principe non recognoscente superiorem, vt inquit gloss. & doct. in ca. 2. de scismaticis, & Panorm. in c. diuersis. in vlt. not. de cleric. coniugat. & Fely. in c. si quando. col. 4. de rescript. & in c. præterea. col. 3. de testib. cogenitis, & hanc esse \* communem conclus. in uerbo dispensatio, num. 74. & Emmanuel Suarez in thesauro receptorum sententiarum, in uerbo dispensatio, num. 83. Et ratio prædictæ communis ea est, quia causa præsumitur in Principe, vt inquit gloss. in l. relegati. ff. de penis, & scriben. in l. fin. C. si contra ius vel vtilitatem publicā, & in c. que in ecclesiis. de const. imo speciale est in Papa, & in Imperatore (vt dicunt doctores) quod sola voluntas eorum in dispensatione habeatur pro causa: vt probat text. in capitulo proposuit. de concess. præben. & Roman. in consi. 307.

39 Contrariam ¶ tamen sententiam, imo quod dispensatus à Romano Pontifice circa pluralitatem benefic. sine causa licet tunc sit quoad Ecclesiam militantem, non tamen quoad triumphantem, & sic non valet dispensatio quoad Deum, tenet Hostien. in capitulo dudum, in secundo, de election. & facit gloss. in capitulo non est. de dolo, &

in capitulo quanto. de iureiuran. & opinione Hostien. approbavit Ioan. Andr. in dicto & de multa. de prebend. & Anchar. in c. in causis. in 3. not. de re iudic. & Panor. in c. cum in cunctis. col. 1. & in c. dudum. il 2. de electio. & in c. quia intantum. de prebend. & Anchar. in c. 1. de const. in reper. & idem Abb. in c. de multa num. 20. de preben. & idem Abb. in c. extirpanda. in §. qui verò. num. 43. & ita fuit determinatum in Academia Parisiensi in solemnibus disputatione, ut inquit Ioan. Bertach. in reper. in verbo dispensatio. in versicul. adde hic unum singularissimum, & ibi pro hac opinione adducit doctrinam Dni Thomæ, & tenet Sylvester in summa in versicul. beneficium. 4. num. 4. & Petr. Rebuff. in praxi benef. in ritu. de dispens. super pluralitate beneficiorum, num. 54. & tenet Gambar. in tractat. de offic. & potest. legat. lib. 5. in titu. An Legatus possit plura beneficia vni conferre, num. 84. cum seq. Pro qua sententia facit: quia beneficiorum pluralitas repugnat naturali rationi, ut patet ex his, quæ supra adducta sunt in 1. par. in c. 19. num. 5. & in 2. par. in c. 1. num. 3. cum seq.

40 Sed sic est, quod si Romanus Pontifex dispensare non potest contra ius canonicum lege dictina, seu naturali ratione fundatum sine causa expressa, ut inquit Franc. de Rip. in c. 2. num. 19. de restit. spol. vbi dicit, hæc esse communem opinionem, & idem dicit Emanuel Suarez in thesauro receptorum sententiarum, in verbo dispensatio, nu. 81. & 82. & Io. Bap. Auila lib. commun. opinio. ver. dispensatio, num. 75. Ergo clarè sequitur ex hoc, quod Rom. Pont. circa beneficiorum pluralitatem dispensare non potest sine iusta causa.

41 Facit præterea: quia si dispens. Pont. Roman. contra ius humanum sine causa non est iura in foro conscientie, ut inquit glossa in capit. non est, de voto & voti redempt. & Gaetan. ita tenet in 1. 2. q. 66. articu. 5. quod sentit Dni Bernardus in lib. 3. de considerat. & multa cõgerit Fely. in c. quæ in ecclesiarum. de constir. num. 23. & Dnius Thomas in 1. 2. q. 97. articu. 4. Tandem hanc sententiam dixit esse communem Didac. de Couarr. in lib. 4. de sponsalibus, in 2. par. in c. 6. in §. 9. num. 8. Et Emanuel Suarez in lib. receptorum sententiarum, in verbo dispensatio. num. 81. Quam sententiam intelligo veram in dispensatione, quæ fieri debet mediante iustitia. Secus autem dicendum est in dispensatione ex gratia, quam Princeps, & Rom. Pont. liberrimè erga vnum potest exercere; & erga alium omittere, exemplum est in natali restituitio, & legitimatione, & similibus, quæ nigræ gratiam respiciunt, ut per titulos. ff. & C. de natalium restituit. & in aucten. quibus modis naturales efficiantur sui, & quibus modis

naturales efficiantur legitimi, quam dispensationem ex gratia sine dubio Princeps etiam sine vlla causa facere potest tam liberè, quam bona sua prodigere, argumento tex. in l. 1. ff. de constir. Principum, & in §. sed & quod Principi placuit. insituit. de iure naturali, gentium & ciuili, vbi prima propositio probatur. Secunda autem probatur in l. sed & si lege. in §. conualit. ff. de petitione heredit. & in l. 1. §. & magis. versicul. prodegit. ff. si quid in fraudem patroni, & in l. quia autem. in princ. & in §. 1. ff. de his quæ in fraudem creditorum, & ita distinguit Ferdinand. Vazquez Minch. in lib. 1. conuersionis illustrium, in capitulo vigesimo quinto, num. 8. cum seq.

42 Neque obstat argumentum supra adductum pro prima sententia, quod in dispensatione facta à Principe, seu Rom. Pont. causam præsumi iustam, quando Princeps in iure humano dispensat, ut in specie aduertit Barto. post Cyn. in l. fin. C. si contra ius, vel utilitatem publicam, & Fely. in capitulo quæ in ecclesiarum, numero 60. de const. & ibi Philipp. Dec. num. 29. & Fortu. Garfia in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. colum. 138. Hyppol. in sing. 8. & Ias. in consi. 105. in primo uolum. num. 4. & plures alios scribentes, quos refert, & sequitur Ferd. Loazes in tract. de matrimonio Regi Angliæ, in quarto dub. num. 13. & est optimus rex. in capitulo si quid culpatur. 23. questione prima, & in capitulo in præsentia. de renunciat. & gloss. in capitulo ad aures. de tempor. ordinationum, in capitulo secundo, de maioritæ & obedientia. Quia respondendum est, quod hoc procedit in foro exteriori; non autem in foro interiori, quo attentio necessaria est causa ad prædictam dispensationem.

43 Neque obstat similiter, quod si in dispensatione contra ius humanum sola voluntas Principis sufficit ad dispensationem, quia hoc procedit ad hoc, ut valida sit in foro exteriori prædicta dispensatio. Nam licet malè faciat Princeps dispensando contra ius humanum sine causa, ut supra dictum est: tamen dispensatio valida est, & omnes actus, qui ex ea sequuntur, validi sunt, & hoc respectu vera est sententia illa, quæ dicit, quod in Principe sufficit pro ratione voluntas, ut declarat Barto. in l. relegate. ff. de pœn. post gloss. ibidem; quæ singularis est secundum Ias. in l. quominus. ff. de summius, in col. 1. & Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de constir. num. 6. & Gaetan. in 2. 2. q. 96. & art. 5. ad fin. post Inn. in capitulo. cum ad monasterium. de statu regularium, & sentit Abb. in capitulo non est, de voto, & voti redempt. & in capitulo de multa, numero 20. de prebend. & idem Abb. in cap. quæ in ecclesiarum. de consti.

nu.

numero 17. & Philipp. Dec. numero 29. dum probant; in foro exteriori dispensationem validam esse, licet peccet, qui eam sine causa concesserit, & is etiam, qui ea vituit, & ita tenendum est, quæuis Fortun. Garfia in l. Gallus. in §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. col. 135. in ea sit sententia, ut credat, dispensationem contra ius humanum sine causa concessam in interiori iudicio nullam esse, neque actum ex ea sequutum validum esse, adducit pro se doctrinam beati Thomæ in prima secundæ q. 97. in articu. 4. Sed hæc sententia dura est, ut inquit Didac. de Couarr. in lib. 4. de sponsalibus, in 2. par. in cap. 6. in §. 9. num. 10. nam quamuis Princeps, ut supra dictum est, malè agat, si contra ius humanum absque causa dispense. Nihilominus dispensatio valida censetur, actusq; ex ea sequutus in foro conscientie tenebit. Nam si dispensatione a Roma. Pont. concessa, ut matrimonium in 4. gradu contrahatur, vel in alio proximiori, nõ adfit causa, quis inquit diceret, etiam in anime iudicio hoc matrimonium inualidum esse: quis vnquam sacerdos in eodẽ iudicio filios ex hoc matrimonio conceptos il legitimos esse iudicabit? Opinio tamen Fortun. Garfiæ non inuatur auctoritate Dni Thomæ, quippe qui tantum id dixit, malè agere Principem, qui sine causa contra ius dispensat, sed potest eius opinio locum habere in inferiori à Principe.

44 Is enim si a Principe licentiam habeat dispensandi contra ius humanum, ea vti debet cum causa, alioqui dispensatio non tenebit in vtroque foro, ut inquit Innoc. in d. ca. cum ad monasterium. & in c. dudum. il 2. de elect. & Nicol. Mil. in verb. dispensatio. in reper. & late Curt. sen. in consi. 75. vers. veniamus ad 4. & Franc. de Ripa lib. 2. responsum. c. 36. Fel. in c. ad audientiam. il 2. de rescrip. col. 5. & in c. postulasti. num. 13. eod. titu. post gloss. Bald. & Alexan. in l. filius a patre. ff. de liber. & posthum. & Couarr. vbi supra nu. 9. Ex quibus inferitur, falsam esse Fel. sententiam in d. ca. ad audientiam. col. 4. dicentis in his, quæ sunt iuris positiui etiam in anime foro tutum esse eum, cui Papa dispensationem concessit, nulla existente causa. & Hierony. Gigantis in tract. de penfibus. q. 6. num. 13. qui Feli. sequitur, quos reprehendit optimo iure Didacus de Couarruias, vbi supra.

Similiter nõ obstat dicere pro prima opinione, quod si beneficia iure tantum positiuo sunt introducta, ut supra dictum est in præfatio. primæ partis nu. 5. cum communi sententia, & quod in his beneficiis Papa habet plenitudinem potestatis, & ad libitum disponere potest, ut supra dictum fuit in 1. par. cap. 13. num. 58. Quia ad hoc respondendum est,

quod quamuis prædicta sint vera, nihilominus beneficiorum pluralitas repugnat rationi naturali, ut supra dictum est. Ideo Pont. Romanus debet cum causa circa pluralitatem dispensare, ut ex supra adductis clarè colligitur, quia quando in iure positiuo est ratio naturalis, sicut Princeps non tollit ius naturale, ita nec rationem naturalem, quæ legi inest, ut supra dictum est cum communi sententia, quia quamuis Princeps tolleretur suam legem & prohibitionem, adhuc tamen naturalis ratio remanet, ut considerauit gloss. in cap. nouit. in verbo quicumque. de iudic. & Petrus Rebuff. in praxi benefic. in titu. de dispensatio. ad plura beneficia, num. 59.

Resoluitur igitur circa prædictam questionem, uti iam necessaria sit ea usque in dispensatione à Rom. Pont. facta, circa beneficiorum pluralitatem, tenendum est, quod necessaria sit causa, aliàs dispensatus circa pluralitatem beneficiorum sine causa non est tutus in foro conscientie, & ita sacerdos, qui ei administrat pœnitentiæ sacramentum, non debet eum absolueret, antequam dimittat pluralitatem beneficiorum, quæ obinet virtute dispensationis concessæ sine causa. non est tamen omittendum, quod sicut præsumitur iusta dispensatio Rom. Pont. quando fit contra ius humanum, ut supra dixi in capitulo decimonono, in prima parte, numero decimo octauo, cum sequen. ita etiam iusta præsumitur, quando dispensat contra legem fundatam in ratione naturali, ut inquit Minchiaca libro primo contr. illustr. capitulo vigesimo sexto, numero 30.

46 Quartò dubitatur, quæ causa sit sufficiens & iusta ad dispensandum circa beneficiorum pluralitatem. Et breuiter dicendum est, quod à iure nostro sunt expressæ aliquæ iustæ causæ ad prædictam dispensationem concedendam. Est ergo prima causa nobilitas ipsius beneficiarii. Nam expressum est in iure, quod cum nobilibus possit dispensari circa beneficiorum pluralitatem, ut clarè probatur in cap. de multa. de preben. cuius uerba sunt. Circa sublimes tamen & literatas personas, quæ maioribus beneficiis sunt honorandæ, cum ratio postulauerit per sedem Apostolicam poterit dispensari. & ibi, sublimes personas, interpretantur scribentes, id est nobiles, & And. Tiraq. in tract. de nobilitate, in capitulo vigesimo, num. decimo tertio, & expressè Inn. in cap. dudum. ad fin. in versic. item si Papa. de elect. inquit, quod sola nobilitas sine literatura ad hoc sufficit, videlicet ad obtinendam pluralitatis beneficiorum dispensationem, & idem voluit Ioan. Andr. in capitulo cum in cunctis. colum. 4. in verbo quibusdam, & ibi quoque Panor. in quarto

T 2 not.

- not. de elect. & Tiraq. ubi supra d. num. 13. Pro qua sententia multa adduci possunt.
- 47 Primò, quod nobiles in beneficiis sunt cæteris præferendi, vt voluit gloss. in verb. nobilitati, in cap. vltim. de penis, per text. in capit. non satis. in versu. item si consideranda est. 86. distinct. & tenuit Gofred. in summa de temporibus ordinat. in §. sed circa hospitalitatem. in fin. & gloss. in cap. statuius. in verbo potiorē, & ibi Bald. de maiorit. & obediē. Henric. Boic. in cap. pen. de præbend. Archid. in c. hæc autem scripsimus. ad fi. 10. distinct. & in c. grandi. de supplend. neglig. prælat. lib. 6. Panorm. in c. dudum. in 4. not. de elect. & in q. 3. incip. Sempronius clericus. colum. 4. versu. vnde etiā nobiles, & Florianus in l. 3. in prin. colum. 1. ff. de fid. instrum. & Fely. in c. cum adeo, per illum tex. col. 3. versu. nobilitas. de rescrip. & Stephan. Beltrand. in consi. 2. incip. Vifo processu causæ. num. 40. lib. 3. & multa adducit Lambert. in tract. de iurepatr. in artic. 9. in q. principalis, in 3. parte libri secundi, & multa adducit Andr. Tiraquel. in d. ca. 20. in tract. de nobilitate, num. 10.
- 48 Secundò facit quia videmus, quod nobiles potius, quam ignobiles sunt assumendi ad honores, Magistratus, & dignitates seculares ciuitatum, suntque cæteris paribus præferendi, vt probat tex. in §. 1. in prin. in verbo viri obscuro, & iterum in versu. interim. in verbo vniuersi nobiles, & in §. vlti. ibi, vnumquemque nobilium, in aucten. de defensoribus ciuitatum, & ibi notat gloss. & Ang. & gloss. in c. statuius. in verbo potiorē, post prin. de maiorit. & obediē. & Ioan. Andr. in c. venerabilis. col. pe. in verb. virtutum, & Ioan. de Imol. in fi. de præbend. Barbatia in c. accedens. il. 2. col. 10. vlt. non contest. & in repet. extrauag. volentes. in verbo nobiles, & in consi. 35. incip. sapienter scribitur. colum. 1. lib. 2. vbi in ea re laudat Veterum morem, qui nobiles tantum ad ciuitatis regimen assumit, & in consi. 53. incip. præclare scripsit psalmista. columna quarta, eod. lib. secundo, & in consi. 46. incip. illud adducam. col. antepen. versu. facit tex. lib. 4. & est bonus tex. in l. honor. §. de honor. in verbo origo natalium. ff. de muneribus, & honoribus, & in l. honores. §. is qui. ff. de decurionibus, vbi plebei honoribus decurionum fungi prohibentur, & multa adducit Andr. Tiraquel. in tract. de nobilitate, in capitulo vigesimo, numero primo, cum seq.
- 49 Tertio facit quia in vniuersum in his omnibus est nobilitati deferendum, in quibus dignitatis habenda est ratio. Nam & si non omnis dignitas est nobilitas, ut concludit Andr. Tiraquel. in tract. de nobilitate in capitulo octauo, numero quarto, est tamen nobilitas quædam dignitas, ut inquit Bar. & Ioan. de Platca in l. prima, C. de dignitatibus libro duodecimo, & Andr. Tiraquel. in dicto tract. in capitulo vigesimo, numero 191. dicens hæc esse opinionem omnium, qui de nobilitate scripserunt, & propterea nobiles plebeis sunt superiores, & digniores, ut constat ex dicto Specul. in titu. de rescrip. presentan. in §. ratione autem causæ. circa princip. in versu. sed quæ sunt personæ, & tenet Cepol. in priuileg. 41. nobilitatis, & probat tex. in capitulo super eo. secundo de testib. & in l. viduæ. ibi. pares genere. C. de nuptiis, & hinc est, quod generaliter in omnibus fauendum est in dubio, ac cæteris per omnia paribus, nobilibus, potius, quam cæteris. Nam, ut scribit Cicero in oratione pro publico Sextio. Omnes boni semper nobilitati fauimus, & quia utile est Reipublicæ nobiles esse homines dignos maiori bus suis, vt colligitur ex his quæ longo sermone adducit Andr. Tiraquel. in dicto capitulo 20. per tot. & faciunt ea, quæ nos adduximus supra in 1. par. in cap. 19. vbi aliqua de nobilitate adduximus.
- 50 Sed contra hæc maximè obstat: quia apud Deum non est habenda personarum acceptio, & similiter neque apud Pont. Rom. & alios, qui potestatem habent dispensandi, ut probatur in capitulo nouit. supra de iudiciis. Nam iudicium Papæ debet esse conforme iudicio Dei, vt probatur in capitulo ad nostrum, ut ecclesiastica beneficia, & ille, qui dispensat, facere debet sicut bonus commensurator, & Paterfamilias, qui distribuit labores, & merita secundum qualitates personarum: quia lex communis est fundata super bono publico vt probatur in capitulo erit autem lex quarta distinct. & in capitulo consuetudo. prima distinct. sed bonum publicum non est relaxandum propter priuatam considerationem, ut probatur in capitulo bonæ. il. 1. de postul. prælat. & ita videtur dicendum, quod prædicta dispensatio cum nobili circa beneficiorum pluralitatem ex sola nobilitatis causa fieri non debeat, quia videtur fieri pp bonum priuatū, & utilitatem ipsius nobilis, qd est maximè absurdum. Nam habeda est rō ad bonum publicum, id est ad utilitatem, seu necessitatē ecclesiæ, prout optimè considerauit Pan. Abb. in c. de multa, nu. 7. & 8. hæc tamē consideratio minimè obstat. Nam quamuis dispensando cum nobili, digno tamen videatur haberi respectus ad priuatam commodum: nihilominus habetur respectus ad bonum publicum, qd per istos nobiles prouenit vniuersis, ita sentit Diuus Thom. quæ referunt & sequuntur Ioā. And. & Pan. in d. c. de multa. de præbend. num. 7. & 8.
- 51 Quod prouenit ex virtutis præsuppositione, qd

est in nobilibus. Nam pro eis semper præsumitur: vt voluit gloss. in c. illud. quam gloss. singularem dixit Roman. in singul. 726. incipien. scis hoc iure cautum. & eam sequitur Io. And. in cap. constitutus. il. 2. col. pen. de appellat. & Barba. in l. sed si ex stipulata. colum. 9. ff. de verbo. oblig. & in extrauag. volentes in verbo nobiles, & in tractat. de præstantia Cardinalium, in vltima par. q. prima ver. tu allega. & in cōsi. 62. incip. illud in medium referam. colum. 4. lib. primo, vbi per hoc dicit, quod non præsumitur nobilis prodere Principem, & in consi. 3. incip. Clementissimi Dei Patris. col. 13. lib. 12. & in consi. 35. incip. sapienter scribitur, columna prima, eodem lib. 2. & in consi. 57. incipien. præclare. colum. 3. lib. 2. & in consi. 60. illud in medium adferam, colum. 7. lib. 3. & in consi. 46. incip. illud adducam. colum. antepen. versu. & ideo. lib. 4. & Gerardus à Petrasancta in sing. 30. & Maria. Soc. Iun. in consi. 39. incipien. prospectus his. colum. quarta, num. 26. lib. 2. & Ias. in l. si pecuniam. §. vltim. in fin. ff. de condit. ob causam, & Ioan. Lupus de Palatios Rubios in repet. rubricæ de donat. inter virum & vxor. colum. 3. versu. ex his enim, & Andr. Alciar. in tract. præsumpt. in reg. 1. præsumpt. 48. in prin.

- 52 Secunda causa est literatura ipsius beneficiarii. Nam propter hanc solam potest dispensari ad beneficiorum pluralitatem, vt probat tex. in cap. de multa. de præbend. ibi. Circa literatas personas, quæ maioribus beneficiis sunt honorandæ, cum ratio postulauerit, & ita notat ibidem gloss. in verbo literatas. & Panorm. num. 5. & alii scriben. & Petr. Rebuff. in praxi benefici. in titu. de dispen. ad plura beneficia, nume. 42. cum seq. & Gambar. in tracta. de offic. & potest. legati, lib. 5. in titu. an legatus possit plura beneficia vni conferre, nu. 138. cum seq. & ratio huius conclusionis est: quia Dei ecclesia indiget uiris literatis, quandoquidem ignorantia, & si in omni hominum genere damnanda in clericis tamen nulla excusatione digna est: ut in c. si in laicis. 38. distinct. & qui repellit scientiam à se, non est dignus sacerdotio: vt probatur in cap. omnes. in fin. 38. distinct. & illiterati repelluntur ab ordinibus, ut in c. præcipimus. 34. distinct. & in c. fin. de temporibus ordinat. libro sexto, & illiteratus est maximè odiosus: vt inquit Panorm. in capitulo cum nostris. de concess. præben. & scribē. moderni in capitulo per tuas. il. primo, de symonia, & quia per scientias mundus illuminatur, & ignorantia est tenebra mundi, vt pater ad sensum, & fuit dictum Baldi in auct. habita. C. ne filius pro patre, in tertio, not. numero duodecimo, & ibi etiam Salicetus, & multa adducit Quintil. Mandos. in reg. 16. cancellariæ, in quæstio-

ne 15. per totam. Et facit præterea: quia per sonæ literatæ æquiparantur nobilibus, ut inquit Panorm. in dicto capitulo de multa, numero quinto, & Barb. in consi. 57. incip. præclare scribitur, columna octaua, volumine secundo, & additionator Abb. in dicto capitulo de multa, in dicto nu. 5.

- 53 Hodie autem moribus receptum est, quod non dispensatur cum literatis, nisi habeant gradum, & ideo scientia sine gradu non præstat dispensandi facultatem, sed necessarius est gradus, siue doctoratus, siue licentiæ, siue bachelareatus formati in Francia, seu Hispania cum tempore requisito ad eum, vt concludit Petrus Rebuff. in praxi benef. in tit. de dispen. ad plura beneficia, num. 44. & Gambar. in tract. de offic. & potest. legat. lib. 5. numero 138. vbi inquit, quod prædicti gradus debent esse in iure, vel in sacra Theologia, vel in logica, & Philosophia, argumento tex. in clementina secunda, de magistris, & hanc sententiam tenet etiam Quintil. Mandos. in reg. 16. Cancellariæ in quæstione vndecima, & duodecima.
- 54 Dubium tamen est an doctor indoctus gaudeat priuilegio illius tex. in dicto c. de multa. de præben. vt cum eo possit dispensari circa beneficiorum pluralitatem, prout in simili tenuit glossator in reg. 16. Cancell. vbi dicit, quod iura loquentia de personis, imo etiam de locis, & rebus debeant intelligi de habilibus, & idoneis: ut probatur argumen. text. in l. ut gradatim. ff. de muneribus, & honoribus, & in l. prima, cum glo. prima, C. de sacrosanct. eccles. quæ illam dictionem vniuersalem vniuersisque, restringit ad habilem, & facit text. in l. emancipate. cum gloss. prima, ff. de adopt. & Philipp. Dec. in consi. 171. num. 7. & latè Ias. in l. fideiusor. §. Prætor ait. ff. qui satisfacere cogantur. Ergo prædicta doctrina, quæ loquitur de graduatis, intelligi debet de habilibus & idoneis. Et pro hac sententia faciunt ea, quæ tradit Andr. Siculus Barbat. in proemio clementinarum, in columna decimaquarta, vbi dicit decisum fuisse in Curia Romana tempore Eugenij III. Pontificis Romani, quod prærogatiuæ datæ per regulas Cancellariæ doctoribus, non competunt doctorellis, & indoctis, & per eundem in consi. 57. columna sexta, versiculo præterea libro secundo, & in c. clerici. colum. quinta, de iudic. Accedit etiā, quod causa priuilegii cessante cessare debet priuilegium, vt in l. Titia Scio. §. vltus. & ibi notat Barro. ff. de legat. secundo, & in l. generaliter. in §. eos. C. de Episcopis, & clericis, & Alexan. in l. Centurio, numero vigesimo secundo, in versu. quinto, quia cessante. ff. de vulg. de quo supra latè scripsimus in capitulo 6.

nu. 17. facit præterea quia text. in d.c. de multa. de præbend. qui permissio dispensationem, loquitur de personis literatis, non autem de graduatis, & ita imprimis & ante oia necessaria est scientia. Sed facit pro contraria parte: quia sufficit quem esse graduatum. Nam etiam graduatus seu doctor ignarus gaudet privilegiis graduatorum, seu doctorum per ea, quæ adducit Anton. in c. clerici. colum. 2. de iudic. & ibi Fel. nume. 2. & idem Fel. in rub. de maiorita, & obediens. colum. 3. num. 4. vbi dicit, dictum Barbat. falsum esse, & faciunt tradita a Petro Leuandini in suo tract. de doctoribus, in 13. q. prima, q. principalis, qui plura cumulat pro utraque parte, & pro hac opinione concludit Nicola. Boer. in tractat. de auctoritate magni Consilii, num. 93. cum sequen. & facit: quia eo ipso, quod quis est doctor, summa ratione introductum est, seu receptum, quod qualisqualis sit pro idoneo in omnibus habeatur: tum propter præsumptionem talem approbantia; tum propter euidentem inconueniens, quod aliter dicendo sequeretur: culibet enim doctori doctissimo & consummatissimo viro posset opponi dicendo, tu es inficius, ignarus, talique gradu indignus, & sic excellens quilibet doctor post tot dignos labores in felicissimus omnium viueret: vt in eum etiam ignauissimij homines, imo & mulierculæ insurgerent dicentes, nec tibi gradus iste conuenit, nec inter doctores connumerandus es. Sed quicquid sit in alijs privilegijs concessis doctoribus & graduatis, in casu, de quo loquimur, tenenda est prima opinio, quod cum doctore indocto non possit dispensari ad pluralitatem: quia text. in d.c. de multa. requirit doctrinam & scientiam non autem gradum. Neque obstat, quod Doctor creatus præsumitur idoneus, & habere scientiam: quia hoc procedit in casu, in quo requiritur gradus. Secus autem in casu nostro, in quo principaliter requiritur doctrina & scientia. Hæc enim est causa iusta, quæ inducit ad dispensationem: vt ex supra adductis apparet. Nam si cæcus cæcum ducat, ambo in foream cadent, & ita sine dubio tenendum est. Et ideo non possum non grauius ferre, quod res eo deuenit: vt tales, qui etiam vocari possunt Pontificis Romani ac Iustiniani secretarii: cum ipsorum iura nunquam reuelat, adeo vt plurimum fortunati existunt: vt plerisque diuites sub eorum protectione habeant, ab illisque ita extollantur, muneribusque afficiantur, ac beneficiorum ecclesiasticorum pluralitate replentur, vt in credibile; quinimo absurdum & intolerabile sit, neque mirum, si ista temporibus nostris occidant, cum & iam diu in Curia Roma. & alibi viderentur, prout non sine risu, vel potius dolore recenset antiquus

Doctor Rosire. in suo tract. libellorum, sub tit. de constit. in §. si quis desiderio. colum. 2. cum seq. vbi rudi sermone, rudibusque versibus, quibus tunc vtebantur, pleraque notatu digna adducit contra Aduocatos, & Doctores nomine, & habitu solium.

55 Tertia causa est necessitas ecclesiarum; hæc enim est iusta causa ad dispensandum super beneficiorum pluralitate: vt clarè probatur in capitulo at si illa. prima questione septima. maxime in illis verbis: aliqua enim pro necessitate, vel utilitate ecclesie mutilantur, & relaxantur præcepta canonica, & idem probat in c. de multa. de præbend. & ibi notat scribentes omnes, & hæc necessitas consideranda est respectu ecclesiarum, non autem respectu beneficiarii: vt probatur in capit. cum nobis olim. in fin. & in capitulo innotuit. de elect. vbi Papa sic scribit. Multa enim in hoc casu dispensationem inducere videbantur literarum scientia, morum honestas, vita, virtus, & fama personarum multipliciter à quibusdam, etiam ex fratribus nostris, qui eum in scholis cognouerant, approbatum & quod necessitas sit iusta causa ad dispensandum super pluralitate, tenet expressè Petrus Rebuff. in praxi benef. in titu. de dispensatione ad plura beneficia, num. 49. Et ratio prædictorum est: quia propter necessitatem multa à iure permittuntur, quæ aliàs prohibita sunt, de quibus latè supra diximus in hac secunda par. in capitulo 9. per totum. Et quia necessitatis causa receditur à regulis iuris communis: vt multa adducens resoluit Ferdin. Vazquez, Mincha. in lib. 3. conuouers. illustr. capit. 9. num. 12. quem vide.

56 Et facit quia quamuis ecclesiarum bona non possint alienari: vt probatur in toto titulo de rebus ecclesi. non alienan. tamen propter necessitatem possunt bona ecclesie alienari, vt probatur in c. sine exceptione. 12. q. 2. & in c. sicut. eadem causa, & quæst. & in auct. en. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. & gloss. in summa 12. q. 2. & Bal. in dicta auct. n. hoc ius. C. de sacrosanct. eccles. & Abb. & ceteri scriben. in c. nulli. de reb. eccles. non alienan. & plura adducens ita resoluit Guil. Red. in tractat. de rebus eccles. non alien. in rubr. de causis, propter quas fiunt alienationes rerum ecclesie, & de causa necessitatis. Tandem circa hanc necessitatem videndus est Iacob. Meno. in lib. de arb. iud. q. 2. centuria 2. in casu 82.

57 Quarto causa est utilitas ecclesiarum. Nam propter hanc potest dispensari ad beneficiorum pluralitatem, vt probatur in cap. requisitus. in §. nisi rigor. & in capit. & si illa prima quæstio ne septima, in quo dispensans respicere debet utilitatem ecclesiarum, non autem personarum: vt in terminis tenet Petrus Rebuff. in pra-

xi

xi benef. in tit. de dispensatione ad plura beneficia. Nam utilitas publica consideranda est, & cæteris rebus anteferenda: vt probatur in l. 1. §. si feruus. ff. de uentre inspiciendo, & in l. mulier. §. non est dubitandum. ff. ad Senatusconsult. Trebellianum.

58 Pro qua sententia facit. Nam utilitas est legitima causa alienandi res minorum, vt inquit gloss. in l. cum hi. §. eam transactionem. per illum tex. ff. de transact. & l. 2. ff. de acceptationibus. Spec. in titu. de empr. & vendit. §. nunc dicendum restat. in versicu. hoc quoque Arret. in l. magis puto, §. si æs alienum. ff. de rebus eorum. & Bal. in l. cum hi. §. eam transactionem. in 1. & 2. lectura, & in l. contra iuris. per illum tex. C. de pact. & multa adducit Andr. Tiraq. in legibus conubialibus, in gloss. 8. num. 62. qui dicunt, quod propter utilitatem etiam sine decreto possunt alienari res minorum, de cuius ueritate uidendus est Octauius Simoncellus in tract. de decretis, in lib. 3. in tit. 8. inspectione 17. per totam, vbi multa pulchra adducit.

59 Et similiter videndus, quod propter utilitatem ecclesiarum possunt earum bona alienari: vt probatur in d.c. sine exceptione. 12. q. 2. & in l. iubemus. circa finem. C. de sacrosanct. eccles. & ita resoluit multa adducens Guiliel. Redoan. in dicto tract. de reb. eccle. non alien. in rubr. de causa utilitatis: Nam utilitatis, & necessitatis causa quoad hoc æquiparantur à iure: ut inquit Abb. in capitulo fin. de rebus non alienan. & Redoand. vbi supra nu. 202.

60 Quod adeo verum est, quod si alienatio rerum ecclesiasticarum fiat ex causa utilitatis, valida est, etiam si fiat sine solemnitatibus: vt inquit gloss. in l. cum hi. §. eam transactionem, & ibi Bald. & Angel. & Iacob. de sancto Georgio & Bald. in l. quicumque. C. de bonis quæ liberis, & ibi Alex. in apost. & Dec. in c. quæ in ecclesiarum. col. 2. cum seq. de const. & in capit. causam quæ, col. fin. de iudic. de veritate tamè videndus est Ant. Gabri. in lib. 3. com. conclus. in titu. de rerum alienat. conclusione prima per totam.

61 Quinta & vltima causa ad dispensandum super beneficiorum pluralitate est meritum prærogatiua, vt probatur in cap. tali, prima q. 7. & videtur etiam probari Lucæ cap. 7. de centurione, qui misit seniores ad Iesum, vt rogarent eum, & ipsi sollicitè rogabant eum dicentes, quia dignus est, vt hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse edificauit nobis. Ergo cum eo, qui diligit populum, & plebem, & potest eam bene docere, dispensari debet: ut in terminis nostris tenet Petr. Rebuff. in dicta praxi benef. in titulo de dispensat. ad plura beneficia, nu. 50.

62 Quinto dubitatur, vtrum cessante causa dispensationis prædictæ debeat dispensatio cessare. Et breuiter dicendum videtur quod cesset: vt probatur in capitulo primo, & ibi notat Archid. post princ. & Dominic. in versicu. quæro, an ista conclusio §. 5. distinct. & in capitulo cœnomanensium §. 6. distinct. & in capitulo monachus 67. distinct. & in c. vlt. in fin. 77. distinct. & in cap. quod pro necessitate. & ibi gloss. & scriben. prima quæst. prima, & in capitulo eos. prima quæst. 5. & in capitulo quod pro remedio, & ibi Card. Alex. & in cap. exigunt, prima q. 7. & in ca. ordinationes. in versicu. quamuis autem, nona quæst. prima, glo. in verbo cessante. in capitulo post translationem. de renunci. & in capitulo quod pro remedio. prima quæst. 7. & in capitulo quia circa, & ibi Card. Alex. in not. 9. de consangu. & affin. & Arch. in cap. Neophitus. in fin. 61. distinct. & Bald. in rubr. de consuetud. in versicu. cessante causa. & in cap. pite. pen. ad fin. de elect. & in cap. at si clericus. in versicu. quæro, nunquid Episcopus, de iud. & tenet Henric. Boich. in cap. & si Christus. de iureiur. & tenet Roman. consi. 417. in cap. omnipotentis. & Fel. in cap. quæ in ecclesiis. colum. 10. num. 43. & Paul. Paris. in consilio §. 1. nu. 32. lib. 4. & in consi. 68. nu. 206. eodem libro quarto.

63 Et est ratio: quia inducta ad vnum effectum, in contrarium non sunt conuertenda contra omne ius, omnemque rationem: vt probatur in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & in l. legata inutiliter. ff. de adimendis legatis, & in l. quod fauore. ff. de legib. & in l. non ideo minus. C. de procurator.

64 Et facit quia quæ introducta sunt ob utilitatem alicuius in læsionem conuerti non debent, nec diutius durare, quam ea utilitas perdurauerit: vt docemur a Iureconsulto in l. ex facto. in princ. vbi plenè tradunt omnes doctores tam antiqui, quam moderni. ff. de vulg. & in l. humanitatis. vbi plenè per omnes scribentes. C. de impube. & in §. qua ratione. instituit. de pupill. optimus tex. in l. quod fideicommissum. iunctis duabus legibus præcedentibus. ff. de legat. primo. Ergo cessante causa dispensationis erga pluralitatem beneficiorum cessare debet dispensatio & pluralitas, ne id, quod in fauorem ecclesiarum est à iure introductum, in eius damnum conuertatur, quod esset contra omnem rationem.

65 Multi tamen sunt, qui tenent, quod cessante causa dispensationis non fiat posthac similis dispensatio. At verò ea, quæ semel facta sunt ob causam iustam, non reuocatur ob eius cessationem, per text. in cap. ex tua nobis parte, & ibi nota. glossa. in verbo irritati. de filiis presbyterorum, & quod in simili dicitur de

T 4 remissio.

remissione iniuriæ in ca. si illic. 23. q. 4. Ita expressè voluit gloss. in ca. argumentum ad fi. de reg. iur. lib. 6. & Archid. & Card. Alexã. in d. c. quod pro remedio. 1. q. 7. & Henric. Boich. in d. c. & si Christus. Imola in c. post translatione. de renunciat.

66 Alij autem scribentes ita distinguunt, quod ferme in idem recidit: ut cesset dispensatio causa illius cessante, cum adhuc dispensatio est in fieri, ut nostri loquuntur, ita scilicet, ut si ex ea nondum ius sit in perfecto esse, ut & ipsi loquuntur. Si autem ius est perfectè questum, & est causa generalis: tunc cessante ea causa generali non cessat lex, seu dispensatio, sed reuocari debet: ut in cap. suggestum. de decimis, ita voluerunt Anton. & Panorm. in d. c. post translationem. versic. tu dic latius, de renunciat. & vident. est Andr. Tiraquel. in tract. cessante causa, in limit. 12. in versicu. intellige quindò. Tandem, quod attinet ad propositum nostrum, tenendum est indistinctè, quòd cessante causa dispensationis debeat cessare dispensatio, & res deduci ad terminos iuris communis. Nam (ut ex supra adductis apparet) in foro conscientie dispensatio circa pluralitatem concessa à summo Pontifice sine causa non est tuta quoad Deum; ergo cessante causa remanet dispensatio non tuta quoad Deum, & faciunt similitè ea, quæ supra adduxi in cap. 6. numero 14. cum seq.

67 Sexto dubitatur, vtrum ÷ dispensatio sit stricti iuris, & sic odiosa. Et breuiter quoad primum dicendum est, quòd est stricti iuris: ut probatur in cap. requiritis. §. nisi rigor. 97. distinct. & in c. quod dilectio. & ibi notant scribentes de consang. & affinit. & in cap. nihil. de elect. & in cap. dudum. versic. in super. de filiis presbyt. & in cap. 1. & 2. cum ibi notat. eod. ti. lib. 6. & tenet Anto. in cap. at si clerici. in §. de adulteriis. uersic. uenio ad tertium. de iudiciis Ioan. Andr. Anto. Panorm. in cap. de multa. de præb. & Paris. in consil. 88. incipien. quòd sent ètia, nu. 20. lib. 4. & intelligenda est secundum ius commune, ut illud minus lædat, quàm fieri potest, ut inquit Abb. num. 4. in d. c. de multa. & Gemina. in consil. 47. numero tertio, & Mandos. in regul. 20. de idoneitate, quæstione 7. numero quinto.

68 Quoad secundum, quòd ÷ dispensatio sit odiosa concludit Paul. Paris. in consilio 137. libro quarto, numero secundo, quod intelligendum est respectu materis, super qua fit dispensatio. At verò quatenus respicit præiudicium dispensantis, debet latè interpretari: quia hoc respectu beneficium est, ut est casus notabilis, & ibi notat Ioan. Andr. & alii scribent. in capitulo fin. de symonia, & notat Soc. consilio 95. incipi. nulli dubium. columna quarta,

versiculo tertio quòd. in volumine quarto, & ita resoluit Nicol. de Mil. in repert. in verbo dispensatio, in princip. & Bertach. in repertorio in verbo dispensatio. in versic. dispensatio est stricti iuris, & Tiraquel. de vtroque retract. §. 32. gloss. prima, numero 59. & Bernard. Diaz de Luco in reg. 195. Barbat. alios adducens in consilio 54. incip. à Ioue. lib. 4. columna sexta, ex quibus aliqua inferuntur notari digna.

69 Primò, quòd ÷ dispensatio in maiori non extenditur ad simile, uel ad minus, nisi illud minus sub maiori includatur, ut not. Ioan. Andr. in capitulo postulasti. de rescriptis, & ibidem Anto. & Mil. ubi supra, in uersic. dispensatio à maiori.

70 Secundò, quòd ÷ dispensatio super incompatibilibus facta non intelligitur concedere, quòd dispensatus non teneatur in altero beneficiorum personaliter residere, & in altero per substitutum deseruire. Debet ergo in uno personaliter deseruire, in altero per substitutum, vel potest nunc in vno, nunc in alio residere, & deseruire, ut inquit gloss. super uerbo renere. in capitulo non potest. de præbend. libro sexto, & Nicol. Mil. ubi supra, in uersiculo dispensatio super incompatibilibus, & quo pacto teneatur residere taliter dispensatus, declarauimus iam supra in prima par. capitulo 17. numero 29.

71 Tertio quòd ÷ dispensatus à residentia teneatur per substitutum, seu vicarium deseruire: ut resoluit Lap. in alleg. 37. incip. utrum absq; num. 4. & ibi notat eius Additionator, & ita tenet Quintil. Mandos. in d. reg. 20. de idioma te. q. 7. num. 4.

72 Quarto, quòd ÷ Papa non intelligitur super incompatibilitate dispensare, licet alicui prouideatur de beneficio curato, & in prouisione dicatur, non obstante alio simili, quòd obtinet quia expressio facta de beneficio obtento censetur facta ad uitandum subreptionem: ut probat text. in capitulo non potest. de præben. libro sexto, & ibi notant communiter scribentes omnes, & Mil. in repert. in uerbo dispensatio, in uersiculo dispensare non intelligitur, & probat text. in capitulo gratia. de rescript. libro sexto.

73 Quintò, quòd ÷ dispensatio facta alicui: ut possit plura incompatibilia retinere, restringitur ad duo tantum: ut notat Ant. in capitulo dudum. de elect. column. pen. & Nicol. Mil. in uerbo dispensatio. in uersiculo dispensatio facta alicui.

74 Sextò, quòd ÷ dispensatus ad obtinenda plura beneficia intelligitur de simplicibus nõ de curatis, ut resoluit Dec. in consil. 96. column. 7. & Bertach. in repert. in uerb. dispensatio. in uersic. dispensandi potestas.

75 Septimò

75 Septimò, quòd ÷ dispensatus, ut possit duo incompatibilia tenere, intelligitur de primis duobus, non autem de alijs, ut probat text. in capitulo non potest. in §. illud. de præbend. libro sexto, & tenet Nicol. Mil. in repertio. in dicto uerbo dispensatio, in uerbo dispensatus, quòd possit. & Benedic. Capra in tract. de permuta. benefi. nume. 39.

76 Octauò, quòd ÷ dispensandi facultas concessa Episcopo, ut cum tribus clericis curata beneficia habentibus possit dispensare super alijs beneficijs curatis tenendis si eis canonicè conferantur. Si Episcopus dispensat cum clericis non habentibus curata, dispensatio non valet, neque excusat tenentem incompatibilia, etiam canonicè acquisita, quia dispensatio fuit contra formam indulgentiæ, ut notat Ioan. Andre. in capitulo non potest. de præbend. libro sexto. super uerbo recipere, in nouella, & Nicola. Mil. ubi supra in uersicu. dispensandi facultas concessa episcopo, ut cum tribus.

77 Nonò quòd ÷ dispensatus ad dignitates ecclesiasticas non intelligitur dispensatus ad Episcopatum, & dispensatus ad Episcopatum non censetur ad Archiepiscopatum dispensatus, ut inquit Innocen. in capitulo dilectus. de concessione præbend. & Archidiacon. in capitulo licet. de præbend. libro sexto. & Anton. in ca. at si clerici. in §. de adulterijs. in uersicu. uenio ad tertium, de iudicijs.

78 Decimò, quòd ÷ dispensatio facta cum illegitimo, ut possit obtinere beneficium in Ecclesia Cathedrali, non poterit extendi ut illud consequatur in Metropolitana, ut notat Ioan. Andre. in capitulo. quamuis. de præbend. libro sexto. in nouella, quòd declarat Nicola. Mil. ubi supra in uersicu. dispensatio facta cum illegitimo.

79 Undecimò, quòd ÷ dispensatus ad ordinem, non intelligitur dispensatus ad beneficium, cum quis possit habere ordines sine beneficio, ut nota. Anton. in capitulo. at si clerici. in §. de adulterijs. in uersicu. ad quartum principale. & vident. est Mil. ubi supra in uersicu. dispensatus ad ordinem.

80 Duodecimò, quòd ÷ dispensatus ut possit plures personatus recipere, si ei canonicè conferantur, si eos postea recipit minus canonicè, dispensatio eum non excusat à penis pluralitatis, ut inquit Dominic. de Sancto Gemin. in capitulo. non potest. in §. illud. de præbend. libro sexto, quòd declarat Nicola. Mil. ubi supra, in uersic. dispensatus, ut possit plures personatus, qui omnino videndus est, quia optime distinguit, & dixi supra in prima par. cap. 17. nu. 29.

81 Decimotertio, quòd ÷ dispensatus ad bene-

ficia simplicia non intelligitur dispensatus ad alia, argum. text. in capitulo. primo. & ibi docto. de filijs presbyterorum. libro sexto. & Roma. in nota. 240. & ita resoluit Pau. Paris. in consil. 136. nume. 22.

82 Prædictis tamen addendum est, quòd ÷ dispensatio licet tanquam odiosa non extendatur ad causam parem, vel minorè, hoc uerum est in diuersis & separatis speciebus. Secus in inclusis & annexis, ut inquit Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in titu. de legat. in §. fina. in uersicu. secundo. & ita resoluunt multa adductes moderni repetentes textum in l. Gallus. in §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. & ita resoluit Petr. Paul. Paris. in consil. 7. nume. 29. in 2. volum. suorum consiliorum.

83 Et quòd ÷ dispensatio trahatur ad antecedens necessarium, tenet Arer. in cap. at si clerici. in §. de adulterijs. numero trigesimo quinto. de iudicijs. Alberic. in l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de infamibus, & Grammat. in consilio 34. numero septimo. & Deci. in cap. cum in cunctis. in §. cum uerò. de elect. & in c. quia in tantum. de præbend. & hinc est, quòd Princeps aliquem inhabilem scienter ad aliquam dignitatem, seu beneficium promouendo, videtur eum habilitare & restituere, ut spiritum natalibus, infamem famæ, & inhabilem aliàs habilitati, ut inquit glo. in cap. cum autem. in uerbo argumentum. 43. distinctione, & Bald. in l. imperialis. §. similes. C. de nuptijs, & in capitulo. sua nobis. de appella. & in l. rescripta. C. de precib. imperator. offeren. & doct. in l. quidam consulebant. ff. de re iudica. & Alexand. in consil. 72. incipien. in causa & lite. column. secunda. volumine secundo. & Capella Tholofana in quæstione 488. & Capic. in decisione 56. doctor. post Angel. in l. libertas aduersus. ff. de in ius uocan. & las. qui hoc reputauit notabile, in l. Barbarius. colum. prima. in ff. de offic. pratoris.

Ultimo loco addendum est prædictis, quòd 84 ÷ hodie arrento Concilio Tridentino, in sessione vigesima quarta, capitulo de reformatio. expressè prohibentur dispensationes circa beneficiorum pluralitatem curatorum, vel vnus ecclesiæ curatæ, & alterius Cathedralis. imò annullantur dispensationes prædictæ factæ ante dictum Concilium, ut expressè probatur ibi. Illi uerò, qui in præsentì plures parrochiales ecclesiæ, aut vnã Cathedralis obtinent, cogantur omnino quibuscunque dispensationibus ac vnionibus ad vitam non obstantibus vnã tantum parrochiali, vel sola Cathedrali retenta, alias parrochiales infra spatium sex mensium dimittere. Ita interpretatur dictum Concilium Vincen. Carocius in repetitio. regulæ cum quid. de regul. iur. libro sexto.



## De Benef. compat. Secunda pars.

sexto. in secunda parte. in ampliatio. prima. numero decimo. dicens, quod si hodie summus Pontif. prædicto modo dispensaret ad duas parrochiales, vel vnam parrochialem, aliam Cathedralam.

85. Requiritur specialis & indiuidua derogatio dicti Concil. Trident. ut declarat Archiep. in capitu. primo. de constitut. libro sexto. & Bald. in l. humanum. in secundo. not. C. de legibus. & Roman. in l. si verò. in §. de viro. falli. 2. §. ff. solu. matrimon. Anan. in capitulo. cum in diocesi. colum. fina. de vsuris. Oldra. in consilio 226. Roman. in consilio 426. columna quarta. pulchrè Capra in consilio 157. incip. fuit dispensatum, & Felyn. in capitu. nonnul.

li. columna tertia. in fine. de rescript. Aduertendum tamen est, quod dictum Concil. Tridentin. non loquitur, quando quis ob iustam dispensationem obtinet plures parrochiales, vel vnam parrochialem, & aliam Cathedralam, vt colligitur ex his, quæ adducit Martin. Nauarro in manuali. capitu. 2. §. numero 126. quamuis ipse dubius sit, & potius inclinet in contrariam partem, saltem negati non potest, quod dictum Concilium nõ prohibet dispensationes factas in utilitate, seu fauorem ecclesiarum, argumento eorum, quæ supra adduximus in numero 16. cum sequen.

L A V S D E O.

F I N I S.

# I N D E X R E R V M O M N I V M, L O C O R V M Q V E I N S I G N I V M,

Quæ in hoc opere continentur.



**A**BBATIA est ex maioribus dignitatibus, & speciali nota digna, numero primo, in prima parte, capitulo quinto. Abbatia est in duplici differentia, nume. 2. ibidem.

Abbatia est etiam beneficium saculare, nu. 3. ibid. Duæ Abbatie de iure communi sunt incompatibiles, nu. 4. ibid. & nu. 7.

Duæ Abbatie saculares sicut regulares sunt incompatibiles, nu. 6. ibidem.

Abbatia & Episcopatus de iure Canonico aquirantur, nu. 5. ibid. & cap. 6. primæ par. nu. 3.

Abbas & Episcopus simul vtrum possit quis esse, nu. 9. ibidem.

Abbatissa vna vtrū duobus monasterijs possit præfici, nu. 8. ibid.

Abbatia est incompatibilis cum alio beneficio ecclesiastico. 1. par. c. 6. nu. 1.

Abbas post electionem ante benedictionem dicitur Abbas. ibid. nu. 6.

Beneficia promoti in Abbatem quo pacto & modo vacent. ibi. nu. 5.

Abbas infra quod tempus debeat benedici, non est à iure determinatum. ibi. nu. 9.

Abbas generalis vtrum possit esse Abbas alicuius particularis monasterij. ibi. nu. 11.

Acceptio personarum in iustitia distributiua genere suo peccatum est. 1. par. c. 23. nu. 73.

Annexio quid significet, & in quo differat ab vnione, incorporatione, & suppressione, extinctione, applicatione, dismembratione. 2. par. c. 3. nu. 3.

Applicatio quid sit, & in quo differat à prædictis omnibus. ibid. nu. 3.

Alius, alia, aliud, est implicatiua similitum. 2. parte, c. 7. nu. 6.

Allegantis verbo non statuitur. 1. par. c. 23. nu. 41.

Archiepiscopus & Canonici simul vtrum debeat duplicem habere vocem. 1. par. c. 12. nu. 17.

Archiepiscopus duo sunt incompatibiles. 1. parte, cap. 3. nu. 7.

Archiepiscopus cum Episcopatu est incompatibilis. ibi. nu. 9.

Argumentum est validum de matrimonio carnali

ad spirituale. ibidem, numero 2. Argumentum à fortiori validum est in iure, ibid. numero 4.

Argumentum ab absurdo seu scandalo vitando validum est in iure. 1. par. c. 21. nu. 4.

Argumentum à verisimili est validum. 1. par. cap. 23. nume. 28.

Argumentum de toto ad partem quando sit validum. ibi. nu. 58. & c. 24. nu. 63.

Argumentum à simili validum est, & quomodo procedat. ibi. nu. 120.

Argumentum à communiter accidētibus validum est. ibi. nu. 128.

Argumentum à fortiori validum est. 2. par. cap. 5. numero 11.

Amittere verbum vtrum inducat ipso iure priuationem, vel per sententiam. 1. par. c. 7. nu. 8.

Amittere beneficium ipso iure quid sit, nume. 3. in prima par. c. 18.

Antecedenti cōcesso censetur cōcessum consequens. 2. parte, cap. 9. nu. 19.

B



Beneficiarius bonis moribus debet esse ornatus. 1. par. c. 23. nu. 130.

Beneficium ecclesiasticum vnde dicitur. 1. par. in præfatione nu. 1.

Beneficium quid sit. ibi. nume. 2.

Beneficium institutum fuit à iure positivo, & quod à iure diuino. ibi. nu. 5.

Beneficium est duplex, saculare & regulare. ibid. numero 6.

Sacularia beneficia multa sunt & similiter regularia. ibi. nu. 7.

Beneficium curatum quid sit. 1. par. capi. 13. nume. 1. cum sequen.

Beneficium quando dicatur habere animarum curam. ibi. nu. 3. cum seq.

Inter beneficium curatum & ecclesiam parrochialem differentia. ibi. nu. 2.

Beneficium, cui annexum est ius baptizandi, an dicatur curatum. ibi. nu. 8.

Beneficium, cui annexum est ius sepeliendi, an dicatur curatum. ibi. nu. 9.

Beneficium curatum habet et potentia, et nõ actu.

# Index

an dicatur curatum. *ibid.* numero 10.  
**Beneficia duo curata sunt incompatibilia.** *ibi.* nu. 12.  
**Per obtentionem secundi beneficii curati vacat primum ipso iure.** *ibi.* nu. 13. ubi ampliatur & limitatur in numeris seq.  
**Duo beneficia curata non possunt simul obtineri virtute cuiusvis consuetudinis.** *ibi.* nu. 25.  
**Beneficium curatum obtinens si simile secundum recipiat, & illico non renunciauerit primo verbis & facto graues penas incurrit, num. 79.**  
**Quod beneficium requirit residentiam.** in 1. par. in c. 17. nu. 1. cum seq.  
**Circa beneficia residentiam requirentia, vide infra in verbo residentiam.**  
**Duo beneficia simplicia residentia requirentia sunt incompatibilia.** d. c. 17. nu. 30. cum seq.  
**Duo beneficia, quorum alterum est curatum, alterum residentiam habet, sunt incompatibilia.** 1. par. capit. 18. nume. 1. cum multis sequen. & ibi limitatur.  
**Quando quis obtinet duo beneficia, vnum curatum, & aliud simplex residentiam requirens, vtrum primum ipso iure vacet per obtentionem alterius.** d. c. 18. nu. 30.  
**Duo beneficia simplicia residentiam non requirentia sunt incompatibilia, si eorum alterum est sufficiens ad congruam sustentationem beneficiarum.** 1. par. c. 19. nu. 1. cum seq.  
**Habere predicta beneficia nihil aliud est, quam genus negotiationis & turpis lucri commodum ex cupiditate promerens.** *ibi.* nu. 2.  
**Non est intentionis Papa providere de beneficio ei, qui habet sufficiens beneficium.** *ibi.* nu. 3.  
**Beneficium sufficiens qui sine causa dimittit pro alio pinguiori peccat.** *ibi.* nu. 4.  
**Habere duo beneficia, quorum alterum est sufficiens ad congruam sustentationem, contrarium est omni rationi etiam diuina.** *ibi.* nu. 5. & 7.  
**Qui habet predicta duo beneficia cultum diuinum dimittit.** *ibi.* nu. 6.  
**Consuetudine non potest introduci vt predicta duo beneficia obtineantur licite.** *ibi.* nu. 7. & 8.  
**Papa vtrum possit dispensare, vt predicta duo beneficia licite obtineantur.** *ibi.* nu. 13. cum seq.  
**Quod beneficium dicatur sufficiens ad congruam sustentationem.** *ibi.* nu. 22. cum seq.  
**In indicanda predicta sufficientia debet considerari nobilitas.** *ibi.* nu. 23. cum seq.  
**In predicta sufficientia indicanda debet haberi consideratio ad dignitatem personae.** *ibi.* nu. 35.  
**In predicta sufficientia indicanda debet haberi ratio omnium, quibus eget beneficiarius.** *ibi.* nu. 36.  
**In predicta sufficientia debet considerari, quod beneficium sufficiat beneficiario, & suis.** *ibi.* nu. 38.  
**In predicta sufficientia vtrum debeat haberi respectus ad bona patrimonialia clerici.** *ibid.* numero 42. cum seq.  
**Beneficia duo sub eodem testamento sunt incompatibilia.**

1. par. cap. 20. numero primo. cum sequen. & limitatur. nume. 25.  
**In hac incompatibilitate non potest Episcopus dispensare.** *ibi.* nu. 2.  
**Ad duo beneficia dispensatus non censetur dispensatus, vt ea sub eodem testamento habeat.** *ibi.* nu. 4.  
**Beneficij appellatione non venit curatum.** *ibi.* nu. 16.  
**Beneficium postquam vna penitus est grauatum, non potest alia grauari.** *ibi.* nu. 19.  
**Beneficium & pensionem in eadem ecclesia habere vtrum sit incompatible.** *ibi.* nu. 22.  
**Beneficium quando dicatur sub eodem testamento.** *ibi.* nu. 27.  
**Beneficia duo cuiuscumque qualitatis sunt incompatibilia in monacho.** 1. par. c. 22. nu. 1. cum seq.  
**Beneficia duo in quolibet religio sunt incompatibilia.** *ibi.* nu. 3.  
**Predicta incompatibilitas procedit, etiam si beneficia sint simplicia.** *ibi.* nu. 5.  
**Beneficia duo quando dependent ab eodem monasterio, vtrum possit obtineri a monacho seu religioso.** *ibi.* nu. 8.  
**Beneficia, quae dantur monachis seu religiosis, vtrum sint perpetua, vel manualia.** *ibi.* nu. 14.  
**In concedendis beneficiis ecclesiasticis non debet haberi ratio originis, ceteris tamen paribus preteriti sunt originales.** 1. par. c. 23. nu. 84. & 85.  
**Beneficium ecclesiasticum in Neopitri persona est incompatible.** 1. par. c. 24. nu. 1. cum seq.  
**Beneficium est incompatible in heretici filio.** *ibid.* numero 6.  
**Beneficium patris est incompatible in filio.** *ibid.* numero 7. & 8.  
**Beneficium est incompatible in eo, qui caret astate legitima.** *ibi.* nu. 8. cum seq.  
**Beneficium est incompatible in eo, qui caret scientia.** *ibi.* nu. 28. cum seq.  
**Beneficium curatum est incompatible in eo, qui ignorat idioma loci.** 43. cum seq.  
**Beneficium est incompatible in eo, qui non habet ordinem.** *ibi.* nu. 71. cum seq.  
**Beneficium vtrum possit conferri clerico coniugato.** *ibi.* nu. 76. cum seq.  
**Beneficium est incompatible in criminoso.** *ibi.* num. 78. cum seq.  
**Beneficium est incompatible in irregulari.** *ibi.* num. 83. cum seq.  
**Beneficium patrimoniale est incompatible in clerico, qui non est de Patria.** *ibi.* nu. 86. cum seq.  
**Beneficium regulare est incompatible in seculari clerico & contra.** *ibi.* nu. 92. cum seq.  
**Beneficium esse saeculare debet exprimeri regulariter in impetratione, & contra.** *ibi.* nu. 93.  
**Beneficium iurispatronatus est incompatible in eo, quem non vocauit heres.** *ibi.* nu. 107. cum seq.  
**Beneficia iurispatronatus vtrum comprehendantur in reservationibus.** *ibi.* nu. 109. cum seq.  
**Beneficium est incompatible in aliquibus regnis in persona exteri.** *ibi.* nu. 115. cum seq.

Benefi-

# Index

**Beneficia multa simplicia, quae residentiam non requirunt, vtrum sint compatiblea in personam vnius beneficiarum.** secunda parte, capit. 1. numero 1. cum sequen.  
**Beneficiorum pluralitas quibus rationibus prohibetur.** *ibi.* nu. 5. cum seq.  
**Insufficienter beneficiatus vtrum habendus sit pro beneficiato.** *ibi.* nu. 23.  
**Beneficia multa insufficientia habenti vtrum possint aliud seu alia, attento Concilio Tridentino vsque ad congruam sustentationem conferri.** *ibi.* nu. 24. cum seq.  
**Habenti vnum beneficium insufficienter vtrum possint alia multa attento dicto Concilio vsque ad congruam sustentationem conferri.** *ibi.* nu. 24.  
**Plura beneficia simplicia, quae residentiam non requirunt cum vno, quod residentiam requirit, vtrum possint licite obtineri.** 2. par. c. 2. nu. 1.  
**Beneficia tenuia non sunt Cardinalibus conferenda.** *ibi.* nume. 3.  
**Beneficium curatum cum simplicibus non requirentibus residentiam obtineri bene potest.** *ibi.* nu. 13.  
**Beneficium actu curatum, cum alio habitu & non actu curato obtineri potest.** *ibi.* nu. 14. & 2. par. cap. 6. num. 1.  
**Beneficia plura simul vnica de iure obtineri possunt.** nu. 10. in c. 3. in 2. par.  
**Beneficium vnicum non dicitur beneficium.** *ibi.* nu. 11.  
**Beneficium vnicum non potest impetrari sine mentione vnionis.** *ibi.* nu. 12.  
**Beneficium quando concedatur in commendam.** 2. par. c. 4. nu. 1.  
**Vnum beneficium in titulum, & aliud in commendam habere est compatible.** *ibi.* nu. 2.  
**Predicta conclusio vera est etiam in curatis.** *ibi.* nu. 3. ubi ampliatur.  
**Beneficium in commendam non debet concedi ei, qui non habet ordinem annexum illi beneficio.** *ibid.* numero 20.  
**Beneficia multa tenuia licet habere.** 2. par. c. 5. n. 1.  
**Beneficia multa tenuia si sint curata, vtrum liceat habere.** *ibi.* nu. 4. cum seq.  
**Primum beneficium curatum vacat ipso iure per se cuncti similis obtentionem, etiam si sit vtrumque necessarium ad congruam sustentationem.** *ibid.* numero quinto.  
**Beneficium quando dicatur tenue.** *ibi.* nu. 18.  
**Beneficia duo curata vnum actu, & aliud habitu tantum sunt compatiblea.** 2. par. ca. 6. nu. 1. & declaratur *ibidem.* nu. 6. 7. & 8.  
**Beneficium habitu tantum curatum, non dicitur curatum.** *ibi.* nu. 2.  
**Quid agendum, quando dictum beneficium habitu curatum reducitur ad actum curae.** *ibid.* num. 9. cum sequen.  
**Quid agendum, quando beneficia tenuia vni concessa perueniunt ad pinguiorem fortunam.** *ibid.* nu. 14. cum seq.

**Quod beneficium dicatur habitu tantum curatum.** *ibi.* num. 8.  
**Vnum beneficium est compatible cum pensionibus, vel prestationibus non concessis in titulum.** 2. par. cap. 7. nu. 1.  
**Beneficium an dicatur omne illud, de quo quis tenetur facere mentionem in impetratione.** 2. parte. cap. 7. nume. 10.  
**Plura beneficia obtinere, quando deficiunt clerici idonei, licitum est.** par. c. 7. nu. 1. cum seq.  
**Predicta conclusio vera est etiam in curatis.** *ibi.* nu. 8.  
**In hoc tamen casu probari debet defectus & penuria clericorum.** *ibi.* nu. 9.  
**De natura beneficii ecclesiastici est, quod sit perpetuum.** 2. par. c. 10. nume. 2.  
**Plura beneficia habere non est adeo malum, quod iustificari non possit aliqua circumstantia.** 2. par. c. 5. nu. 1. cum seq.  
**Beneficiorum pluralitas licita est mediante consuetudine.** *ibi.* nu. 2. cum seq.  
**Multa beneficia licet habere mediante dispensatione.** 2. par. c. 11. nu. 1. cum seq.  
**Bona ecclesie vacantis ad aliquem pertinent intelliguntur deductis expensis.** 1. par. c. 15. nu. 7.  
**Bigamus est irregularis.** 1. par. c. 23. n. 11. 6. cum seq.

C



**Canonicus receptus extra numerum, an habeat vocem in capitulo, & distributiones quotidianas.** 1. par. cap. 12. numero 6. & 7.

**Canonicus & Archidiaconus simul vtrum habeat duplicem vocem.** *ibi.* nu. 17.  
**Canonicatus & prebenda maxime differt.** *ibi.* n. 1.  
**Canonicatus potest esse sine prebenda.** *ibi.* nu. 4.  
**Canonicatu collato non dicitur collata prebenda.** *ibid.* nume. 5.  
**Duos Canonicatus cum prebendis habere est incompatible.** *ibi.* nu. 9. & 10.  
**Duos Canonicatus sine prebendis habere non est incompatible.** *ibi.* nu. 11.  
**Per obtentionem secundi Canonicatus & prebendae vtrum censetur quis renunciare primis Canonicatu & prebenda.** *ibi.* nu. 12.  
**Qui mediante dispensatione Papa habet duos Canonicatus cum prebendis vtrum debeat habere duas distributiones quotidianas.** *ibi.* nu. 16.  
**Cardinalatus vtrum sit incompatible cum Episcopatu.** 1. par. c. 2. nu. 1. cum seq.  
**Cardinalatus est ecclesiasticum beneficium.** *ibi.* n. 3.  
**Cardinalatus comprehenditur dignitatis appellatione, quando constitutio est fauorabilis & priuilegiata.** *ibi.* nu. 5.  
**Cardinalatus esse compatiblem cum Episcopatu tenent multi.** *ibi.* nu. 10.  
**Cardinales sunt vnum corpus cum Papa.** *ibi.* nu. 2.  
**Cardinales comprehenduntur in constitutione, quae pro-**

# Index

prohibet id, quod in se malum est. ibi. humè. 6.  
 Cardinalis vtrum possit esse canonicus. ibi. nu. 11.  
 Episcopatus & beneficia, vtrum vacent per promotionem ad Cardinalatum. ibi. nu. 16.  
 Cardinalis non potest obtinere beneficia incompatibilia. ibi. nu. 17. & in 2. par. c. 2. nu. 5.  
 Cardinalibus beneficia tenuia non sunt conferenda. 2. par. c. 2. nu. 3.  
 Cardinali conferri non debet beneficium, quod personalem residentiam requirat. ibi. nu. 4.  
 Cardinalis etas. ibi. lib. 1. c. 24. nu. 27.  
 Cardinalatus potest obtineri cum beneficijs simplicibus sine residentia. ibi. nu. 2.  
 Causa propinqua & non remota est semper attendenda. 1. par. c. 2. nu. 22.  
 Causa impedimenti cessante cessat quod ob impedimentum est constitutum. 2. par. c. 6. nu. 3.  
 Causa prohibitionis cessante, cessat prohibitio. ibi. n. 4.  
 Quando sunt due cause prohibitionis vna cessante non cessat prohibitio. ibi. nu. 5.  
 Causa necessitatis cessante cessat quod ob necessitatem est concessum. ibi. nu. 15.  
 Paupertatis causa cessante cessat quod ob paupertatem est concessum. ibi. nu. 16.  
 Priuilegij causa cessante cessat priuilegium. ibidem; numero 17.  
 Causa legis limitata limitatum producit effectum. 2. par. c. 7. nu. 2.  
 Cessante causa penuria seu defectus cessat ob eam causam dispositum. 2. par. c. 9. nu. 23.  
 Causa legis seu ratione cessante, vtrum debeat cessare lex. 2. par. c. 11. nu. 22. cum seq.  
 Causa statuti cessante debet cessare statutum. ibi. numero 34.  
 Causa dispensationis cessante vtrum debeat cessare dispensatio. 2. par. c. 12. nu. 63.  
 Civitas, qua episcopum proprium occidit, priuatur dignitate episcopali. 1. par. c. 23. nu. 113.  
 Clausula in fine postea refertur ad omnia procedenda. 1. par. c. 22. nu. 6. & 2. par. c. 5. nu. 9.  
 Clericus habens sufficiens patrimonium vtrum possit id conseruare, & salua conscientia in proprios vsus conuertere redditus beneficij. 1. par. c. 19. n. 42.  
 Clericus coniugatus vtrum possit habere beneficium ecclesiasticum. 1. par. c. 24. nu. 76. cum seq.  
 Clericus ecclesia deseruiens debet sustentari ex eius redditibus. 2. par. c. 5. nu. 2.  
 Clerici idonei quando desiciunt, vtrum possit quis compelli ad acceptandum beneficium. 2. par. c. 9. n. 14.  
 Clericis deficientibus laici possunt compelli ad accipiendum ordines. ibi. nu. 22.  
 Cocus Principi vtrum dicatur dignitatem habere. 2. par. c. 10. nu. 14.  
 Commenda duobus modis concedi solet. 1. par. c. 14. numero 1.  
 Commenda quid sit. ibi. nu. 2.  
 Commenda temporalis non sit, nisi vsq; ad sex menses. ibi. nu. 3.

Commenda concedi solet in fauorem personarum, et quomodo. ibi. nu. 5.  
 Commenda vtrum sit titulus canonicus. ibi. nu. 6.  
 Poena contra obtinentes plura beneficia curata, an procedat contra obtinentes ea in commendam. ibi. n. 16.  
 Dua ecclesia parrochiales non possunt vni in commendam concedi. ibi. nu. 13. cum seq.  
 Quando concedatur beneficium in commendam. 2. par. c. 4. nu. 1.  
 Habere vnum beneficium in titulum & aliud in commendam est compatibile. ibi. nu. 2. vbi ampliatur multis modis. nu. 3. cum seq.  
 Ex perpetua commenda, seu ad vitam plura incommoda oriuntur. ibi. nu. 12.  
 Vtrum hodie attento Concilio Tridentino possit vnum beneficium in titulum & aliud in commendam concedi. ibi. nu. 14.  
 Beneficium in commendam non debet concedi ei, qui non habet ordinem annexum beneficio. ibi. numero vigesimo.  
 Commenda in dubio vtrum sit perpetua vel temporalis. 1. par. c. 14. nu. 9.  
 Commendatarius dicitur habere titulum. ibi. nu. 11.  
 Commendatarius tenetur reddere rationem fructus. 1. par. c. 14. nu. 5.  
 Commendatarius perpetuus an faciat fructus suos. ibi. num. 8.  
 Commendatarius non professus religionis, cuius est Abbatia, vtrum habeat vocem in actibus capitularibus. 1. par. c. 24. nu. 97.  
 Compelli vtrum possit quis facere, quod alteri prodest, & sibi non nocet. 2. par. c. 9. nu. 17.  
 Ad munera personalia & honores potest quis iniunctus compelli. ibi. nu. 18.  
 Compelli vtrum possit quis ad acceptandum beneficium. ibi. nu. 14. cum seq.  
 Compelli vtrum possit quis ad accipiendum ordines. ibi. num. 22.  
 Concilium Basiliense non habet auctoritatem Concilij generalis. 1. par. c. 23. n. 86.  
 Consilij auctoris circa acceptanda beneficia. 2. par. cap. c. 1. nu. 38.  
 Consuetudo ecclesie, quod Canonici si non resideant, percipiant fructus in absentia, vtrum sit valida. 1. par. c. 7. nu. 11. & c. 17. nume. 4. cum sequen. in eadem 1. par.  
 Consuetudo obtinendi duas dignitates vtrum sit valida. ibi. nu. 10.  
 Consuetudo obtinendi dignitatem, officium, personatum cum beneficio curato vtrum sit valida. 1. parte, cap. 16. nu. 15.  
 Consuetudo, quod quis recipiat in absentia quotidianas distributiones, vtrum sit valida. 1. par. c. 17. nu. 5. cum seq.  
 Consuetudo, quod in curatis non teneatur quis residere personaliter, vtrum sit valida. ibi. nu. 22.  
 Consuetudo non potest inducere, vt possit vnus beneficiarius duo obtinere beneficia, quando alterum est sufficiens ad congruam sustentationem. 1. par. c. 19. nu. 7.  
 Consuetudo, vtrum excuset a poena. ibi. nu. 47. & 48.  
 Consuetudo non valet, vt quis habeat duas dignitates, seu Canonicatus, vel alia ecclesiastica beneficia in eadem ecclesia. 1. par. c. 10. nu. 4.  
 Consuetudo in omnibus ferè actibus attendenda est. 2. par. c. 8. nu. 13. & 14.  
 Consuetudine introduci potest, vt licita sit beneficiorum pluralitas. 1. par. c. 11. nu. 1. cum seq.  
 Consuetudo est seruanda. ibi. nu. 3.  
 Consuetudo et priuilegium equiparantur in iure. ibi. nume. 4.  
 Quando consuetudo est introducta ex aliqua iusta causa, operatur, vt quis possit obtinere plura beneficia. ibi. nu. 5. & 6.  
 Prædicta conclusio procedit, quando consuetudo est legitime prescripta. ibi. nu. 13.  
 Quod tempus sit necessarium ad prescriptionem consuetudinis. ibi. nu. 14. & 15.  
 Procedit prædicta conclusio, etiam si in consuetudine non interuenerit scientia Papæ. ibi. nu. 16.  
 Qui actus requirantur ad inducendam dictam consuetudinem. ibi. nu. 17.  
 An actus prædicti debeant esse iudiciales. ibi. nu. 18.  
 Consuetudinis causa cessante, vtrum debeat cessare consuetudo. ibi. nu. 19.  
 Que consuetudo dicatur irrationabilis, vel rationalis. ibi. num. 7.  
 Constitutio penalit seu odiosa non dicitur extendi, quando ex mente legis extenditur. 1. par. c. 14. numero 21.  
 Constitutio, qua aliis extenditur, non debet extendi, quando poena imponitur ipso iure. 1. par. cap. 16. numero 6.  
 Constitutio concernens animarum fauorem omnes indistinctè ligat. 1. par. c. 24. nu. 65.  
 Consanguineus naturaliter affectionem habet ad consanguineos, eorumq; res. 1. par. c. 23. nu. 127.  
 Criminosus non potest beneficium ecclesiasticum obtinere. c. 24. nu. 78. in 1. par.  
 Correctiones legum seu canonum sunt vitandæ. 2. par. ca. 1. nu. 55.

## D

**D**Ecimè iure diuino et naturali debentur spiritalium ministris. 1. par. c. 2. n. 75.  
 Decimæ et alia bona ecclesiastica attenduntur in institutione pauperum aliorumq; onus habent. ibidem. numero 76.  
 Declaratoria sententia necessaria est, quamuis poena ipso iure incurratur. 1. par. c. 18. nu. 20.  
 In prædicta declaratoria necessariè citandus est priuatus ipso iure. ibidem. numero 21.  
 Declaratio et dispensatio quo pacto differant. 1. par. cap. 12. num. 4.  
 Decretum irritans operatur, quod non possit de nouo introduci consuetudo. 1. par. c. 10. nu. 5.

# Index

Contra decretum irritans quicquid sit, pro infecto habetur. ibi. nu. 6.  
 Decretum irritans inficit non solum titulum, sed etiam possessionem. ibi. nu. 7.  
 Spoliatus possessione, quam habet contra decretum irritans, non potest petere restitutionem. ibi. n. 8.  
 Descendentes ex iudeis vel Sarracenis non admittuntur ad beneficia aliquarum ecclesiarum Hispania. 1. par. c. 23. n. 1. cum seq. vbi late tractatur.  
 Dignitates, qua adinuicem se compatiuntur, possunt in eodem subiecto cadere. 1. par. c. 2. nu. 12.  
 Dignitas quid sit, & in quo differat à personatu & officio. 1. par. c. 7. nu. 1.  
 Dua dignitates sunt incompatibiles. ibi. nu. 3.  
 Quod verum est, etiam si dignitas careat iurisdictione. ibi. nu. 4.  
 Procedit etiam si de consuetudine, vel statuto repositur dignitas. ibi. nu. 5.  
 Dignitas de iure communi habet animarum curam. ibi. nume. 6.  
 Quando quis habet duas dignitates, vtrum 1. vel 2. veniat priuandus. ibi. nu. 7.  
 Obtinere duas dignitates in eadem ecclesia est incompatible. ibi. nu. 9.  
 Consuetudine an possit introduci, quod dua dignitates sint compatibles. ibi. nu. 10.  
 Dignitas cum officio vel Personatu est incompatible. 1. par. c. 10. nu. 11.  
 Quod verum est, etiam si ante consuetudine in contrarium. ibi. nu. 12.  
 Quod procedit, etiam si consuetudo esset immemorabilis. ibi. nu. 3.  
 Et consuetudo contra hoc de nouo, non potest introduci. ibi. nu. 4.  
 Imo statutum contra hoc etiam si iuramento sit firmatum, non est seruandum. ibi. nu. 9.  
 Prædicta vera sunt, etiam si dignitas cum personatu, vel officio sit in eadem ecclesia. ibi. nu. 10.  
 Dignitas cum Canonicatu est incompatible. 1. par. c. 11. nu. 1. cum seq. vbi ampliatur, & limitatur.  
 Ratio prædicta incompatibilitatis assignatur. ibi. n. 2.  
 Prædicta incompatibilitas est vera, non solum quando dignitas & Canonicatus sunt in eadem ecclesia, sed etiam si sint in diuersis. ibi. nu. 3.  
 Dignitas & Canonicatus vt possint haberi in eadem ecclesia ab vno beneficiario, vtrum possit episcopus dispensare. ibi. nu. 4.  
 Dignitas vtrum vacet ipso iure per ademptionem Canonicatus. ibi. nu. 5.  
 Dignitas est incompatible cum beneficio curato. 1. par. c. 16. nu. 1.  
 Per obtentionem dignitatis vacat beneficium curatum ipso iure & contra. ibi. nu. 2.  
 Poena extraneantis execrabilis de præbendis, habet locum, quando quis obtinet dignitatem cum beneficio curato. ibi. nu. 3.  
 Et an hoc procedat, quando dignitas non est curata. ibi. nume. 4.

# Index

**Episcopus non dispensat, ut obtineat quia dignitatem cum beneficio curato. ibi. nu. 7.**  
**Obtineas dignitatem cum beneficio curato non facit fructus suos. ibi. nu. 8.**  
**Pœna ex prædicta incompatibilitate contracta commutari non potest ab Episcopo. ibi. nu. 11.**  
**Dignitas est incompatibilis cum beneficio residentiam requirente. 1. par. c. 17. nu. 33.**  
**Dignitas potest obtineri cū simplici beneficio, quod residentiam non requirit. 2. par. c. 2. nu. 6.**  
**Dignitas est compatibilis cum vicariatu generali Episcopi. 2. par. c. 10. nu. cum seq.**  
**Dignitas quid sit. ibi. nu. 13.**  
**Dispensare potest Episcopus, ut quis habeat in eadem ecclesia dignitatem, seu officium, vel Personatum cum canonicatu. 1. par. c. 11. nu. 4.**  
**Dispensare vtrum possit Episcopus, ut quis habeat duos canonicatus & præben. 1. par. c. 12. nu. 13.**  
**In dispensatione Papa presumitur causa iusta. 1. par. c. 19. nu. 18. cum seq.**  
**Dispensare vtrum possit Papa super pluralitate duorum beneficiorum, quarum alterum est sufficiens ad congruam sustentationem. ibi. nu. 3.**  
**Dispensare non potest Episcopus, ut sub eodem titolo duo beneficia obtineantur. 1. par. c. 20. nu. 2.**  
**Dispensatus ad duo beneficia non censetur dispensatus, ut ea habeat in eadem ecclesia. ibi. nu. 4.**  
**Et quid erit, quando dispensatio præfata facta fuit motu proprio. ibi. nu. 7.**  
**Mediante dispensatione licitum est habere plura beneficia. par. 2. c. 12. nu. 1. cum seq. vbi basiliend.**  
**Quod procedit indistincte, sine beneficiis sine curata, sine simplicibus. ibi. nu. 20.**  
**Dispensatio quid sit. ibi. nu. 3.**  
**Dispensatio & declaratio in quo differant. ibi. nu. 4.**  
**Dispensare quis possit circa beneficiorum pluralitatem. ibi. nu. 8.**  
**Quod sit ex dispensatione dicitur impossibile. ibi. nu. 9. & 10.**  
**Papa dispensare potest circa pluralitatem beneficiorum. ibi. nu. 11. & 12.**  
**Dispensare potest legatus a latere circa prædictam pluralitatem. ibi. nu. 13.**  
**Dispensare quando possit Episcopus circa beneficiorum pluralitatem. ibi. nu. 14. cum seq.**  
**Dispensare circa concilium generale vtrum possit Episcopus vel legatus. ibi. nu. 20. cum seq.**  
**In dispensatione Episcopi circa pluralitatem beneficiorum non est necessarius consensus capituli. ibi. nu. 29.**  
**Capitulum sede vacante vtrum possit dispensare circa pluralitatem beneficiorum. ibi. nu. 30.**  
**Dispensare vtrum possit summus Penitentiarius circa pluralitatem beneficiorum. ibi. nu. 32.**  
**Dispensare vtrum possit Prælati inferiores circa beneficiorum pluralitatem. ibi. nu. 33.**  
**Dispensatio circa pluralitatem vtrum necessario debeat fieri cum causa. ibi. nu. 34. cum seq.**  
**Dispensare circa pluralitatem beneficiorum vtrum**

**possit Papa sine causa. ibi. nu. 38. cum seq.**  
**Ad dispensandum circa pluralitatem beneficiorum quæ causa sit sufficiens. nu. 46. cum seq.**  
**Dispensationis causa cessante vtrum cessare debeat dispensatio. ibi. nu. 63. cum seq.**  
**Dispensatio vtrum sit stricti iuris & odiosa. ibi. nu. 68. cum seq.**  
**Dispensatus super incompatibilitate non censetur dispensatus, ut non resideat in vno, & in alio beneficio non deseruiat per substitutum. ibi. nu. 71.**  
**Dispensatus a residentia tenetur per substitutum deseruire. ibi. nu. 72.**  
**Papa non censetur dispensare super beneficiorum pluralitate, licet conferat vnum beneficium habenti aliud. ibi. nu. 73.**  
**Dispensatio super incompatibilitate restringitur ad duo. ibi. nu. 74.**  
**Dispensatus circa pluralitatem beneficiorum intelligitur in simplicibus. ibi. nu. 75.**  
**Dispensatus circa duo incompatibilia intelligitur de primis duobus. ibi. nu. 76.**  
**Habens facultatem dispensandi in curatis non potest dispensare in simplicibus. ibi. nu. 77.**  
**Dispensatus ad dignitates non censetur dispensatus ad Episcopatus. ibi. nu. 78.**  
**Dispensatus ad beneficia in ecclesia Cathedrali non potest ea obtinere in Metropolitana. ibi. nu. 79.**  
**Dispensatus ad ordinem nõ censetur dispensatus ad beneficia. ibi. nu. 80.**  
**Dispensatus ad plura beneficia, si ei canonicè conferantur, non excusatur dispensatione a penia pluralitatis, si non canonicè conferantur. ibi. nu. 81.**  
**Dispensatus ad simplicia beneficia non censetur dispensatus ad alia. ibi. nu. 82.**  
**Dispensatio extēditur ad annexa et cõnexa. ibi. nu. 83.**  
**Dispensatio trahitur ad antecedens et necessarium. ibi. numero 84.**  
**Dispensatio circa plura beneficia curata prohibetur per Sanctum Concilium Tridentinum. ibi. nu. 85.**  
**Si hodie dispensatur circa plura beneficia curata, requiritur specificæ derogatio Concilij Tridentini. ibi. nu. 86.**  
**Dispositio inter præfata est, prout verisimile, disponentem responsurum. 2. par. c. 1. nu. 34.**  
**Dispositio generali spe cialiter disposita non respicit. 2. par. c. 4. nu. 16.**  
**Dispositio generalis non respicit casum alium privilegatum. 2. par. c. 9. nu. 6.**  
**Cetera vide supra in verbo constitutio.**  
**Distributiones quotidianæ non computantur inter fructus. 1. par. c. 12. nu. 8.**  
**Distributiones quotidianæ non debent habere privilegium de p̄cipiendis fructibus in absentia. ibi. nu. 8.**  
**Distributiones quotidianas non percipiunt, qui est in servitio Episcopi. 2. par. c. 10. nu. 16.**  
**Distributiones quotidianas an debeant habere Canonicus super numerarius. 1. par. c. 12. nu. 6. & 7.**  
**Quod distributiones quotidianas quis recipiat in absentia, vtrum valeat consuetudo. p. c. 17. nu. 5.**  
**Distributio-**

# Index

**Distributiones quotidianæ quæ dicantur. ibi. nu. 6.**  
**Distributiones quotidianas duplices an debeat habere, qui habet dignitatem & canonicatum. ibi. numero 7.**  
**Qui ex privilegio habet duos canonicatus, vtrum debeat habere duas distributiones quotidianas. ibi. nu. 6.**  
**Dismembratio quid sit, & in quo differat ab incorporatione, annexione, suppressione, extinctione, applicatione. 2. par. c. 3. nu. 3.**  
**Divisio ecclesiarum fuit instituta a iure positivo & non diuino. 1. par. c. 1. nu. 7.**

E



**Etas de iure requiritur in omnibus beneficiis ecclesiasticis. 1. p. c. 24. n. 9. cū seq.**  
**Quæ etas sit necessaria in quocunque beneficio. ibi. latè tractatur.**

**Ecclesiam potest quis dotare ex proprijs bonis et ad eam vocare, quos voluerit. 1. par. c. 23. nu. 132.**  
**Ecclesia parrochialis in quo differat a beneficio curato. 1. par. c. 13. nu. 2.**  
**Episcopatus duo sunt incompatibiles. 1. par. cap. 3. num. 1. cum seq.**  
**Episcopatus plures habere est ambitio. ibi. nu. 3.**  
**Episcopatus duos habere iuri diuino repugnat. ibi. numero 6.**  
**Episcopatus cum Archiepiscopatu, vel Patriarchatu, est incompatibilis. ibi. numero 9.**  
**Episcopatus primus vacat ipso iure per obtentionem secundi. ibi. nu. 11.**  
**Ad hoc ut vacet primus Episcopatus requiritur, quod Episcopus obtineat de facto secundi episcopatus possessionem. ibi. nu. 12.**  
**Requiritur præerea, quod accedat consensus Romani Pontificis. ibi. nu. 13.**  
**Episcopatus est incompatibilis cū alio quocunque beneficio ecclesiastico. 1. par. c. 4. nu. 1. cum seq.**  
**Per obtentionem Episcopatus vacant dignitates, et quacunque beneficia ecclesiastica non solum curata, sed etiam simplicia omnia. ibi. nu. 3.**  
**Episcopatus nõ vacat per obtentionem dignitatum inferiorum, vel quorūcūq; beneficiorum ecclesiasticorum. n. 12.**  
**Episcopatus & Abbatia equiparantur in iure. 1. par. c. 3. nu. 5.**  
**Episcopatus comprehenditur appellatione beneficii in favorabilibus. 1. par. c. 24. nu. 64.**  
**Episcopus ex præcepto diuino tenetur residere. 1. par. c. 3. nu. 5.**  
**Ad hoc ut vacent beneficia promoti in episcopatu requiritur sententia declaratoria. 1. p. c. 4. nu. 6.**  
**Prædicta beneficia promoti in Episcopatu possunt liberè alijs conferri non citato Episcopo. ibi. nu. 7.**  
**Turbari tamen non potest Episcopus inauditus in possessione prædictorum beneficiorum. ibi. nu. 8.**  
**Episcopus in foro conscientie venetur dimittere beneficia postquàm obtinuerit episcopatum. ibi. nu. 10.**  
**Promotus in Episcopatum non poterit disponere de**

**prædictis beneficijs. ibi. nu. 11.**  
**Episcopi promoti ad hoc ut beneficia vacant, quatuor copulatiue requiruntur. ibi. nu. 13.**  
**Episcopus & Abbas simul vtrum possit esse quia. 1. par. c. 5. nu. 9.**  
**Episcopus non potest dispensare, ut quis obtineat dignitatem, seu officium, vel personatum cum beneficio curato. c. 16. nu. 7.**  
**Episcopus non potest commutare penam ex incompatibilitate a iure impostam. ibi. nu. 11.**  
**Episcopus circa quam incompatibilitatem possit dispensare. 2. par. c. 12. nu. 14.**  
**Episcopus vtrum possit dispensare circa Concilium generale. ibi. nu. 20.**  
**Excommunicationis sententia an ferri possit in collegium, seu vniuersitatem. 1. par. c. 23. nu. 111.**  
**Exemplis vtrum sit iudicandum. 2. par. c. 1. nu. 37.**  
**Extensio sit de vno ex æquiparatis ad aliud. 1. par. c. 6. nume. 4.**  
**Extensio fieri non debet de vno casu ad alium in materia penali & correctoria. 1. p. c. 11. nu. 6.**  
**Extensio fieri debet de vno casu ad alium ex identitate rationis expressæ etiam in penalibus. 1. par. cap. 17. nu. 40.**  
**Extensio fieri debet a maiori parte rationis etiam in materia penali. 1. par. c. 18. nu. 2.**  
**Extensio non dicitur fieri, quando quid venit ex ratione legis, nam tunc ex lege censetur venire. 1. par. c. 19. nu. 10. & 11.**  
**Exterius in aliquibus Regnis & Prouincijs non potest beneficium ecclesiasticum obtinere. 1. p. c. 24. nu. 115. cum seq.**  
**Extinctio quid sit, & in quo differat ab vnione, incorporatione, annexione, suppressione, applicatione, dismembratione. 2. par. c. 3. nu. 3.**

F



**Filij plerumque parentum virtutes & vitia imitantur. 1. par. c. 25. nu. 69.**  
**Filij eorum, qui Maiestatem humanam læserunt, infamia norantur iure civili. ibidem, numero 94.**  
**Filij prædicti indigni sunt honoribus & beneficijs ecclesiasticis. ibi. nu. 94. cum seq.**  
**Filium pro delicto patris puniri, an sit iniquum. ibi. nume. 104. cum seq.**  
**Filij familias bonis publicatis non censetur publicata legitima portio ei debita ex bonis parentis. ibi. nume. 110.**  
**Filius talis presumitur esse, qualis pater. nu. 126.**  
**Forma omisso in qualibet parte quantumcumque minima actum vitiat. 2. par. c. 1. nu. 27.**  
**Fructus bonorum ecclesiasticorum quo pacto diuidendi sunt. 1. par. c. 23. nu. 83.**

G

**Generis ac nationum discrimina secundum ius Canonicum sunt sublata. 1. p. c. 23. nu. 49.**  
**Hospitale**

# Index

**H**ospitale vtrum sit beneficium ecclesiasticum. 1. par. in prefatione, nu. 4.

## I

**I**dioma loci, ubi est beneficium curatum, qui ignorat, non potest id beneficium obtinere. 1. par. c. 24. nume. 43. cum seq. ubi ampliatur multis modis.

Illatio de vno ad aliud non fit in differentibus seu diuersis. 1. par. c. 23. nu. 66.

Incorporatio quid sit, & in quo differat ab annexione, suppressione, extinctione, applicatione, dismembratione. 2. par. c. 3. nu. 3.

Incompatibilitas vnde dicatur. in prefatione. 1. par. num. 8.

Incompatibilitas beneficiorum quid sit. ibi. nu. 9.

Reliqua circa incompatibilitatem, vide in verbo beneficium, et in verbo Cardinalatus, et in verbo Episcopatus, et in verbo Archiepiscopatus, et in verbo dignitas, et verbo officium, et verbo personatus.

Non est eadem ratio incompatibilitatis in beneficiis simplicibus etiam residentiam requirentibus quae in dignitatibus, officiis personatibus & beneficiis curatis. 1. par. c. 11. nu. 7.

In esse quando id quod videtur minus, inest, ergo id quod maius. 1. par. c. 2. nu. 4.

Inimicus non est admittendus in testimonium. 1. par. c. 23. nu. 149.

Inimicus reconciliatus an sit in testimonium admittendus. ibi. nu. 150.

Inimicitia causa quae sit sufficiens ad repellendum testem a testimonio, iudicis arbitrio relinquitur. ibi. nume. 150.

Innocentes Deus aliquando poenis temporalibus puniunt. ibi. nu. 106.

Interdicti poena imponitur aliquando sine culpa criminum. ibi. nu. 112.

Interpretatio in dubio fieri debet ita, vt resultet causa perennis & durabilis, non autem temporalis. 2. par. c. 4. nu. 10.

Intellectus tex. in c. bona memoria. il primo, de postulata. prala. 1. par. c. 2. nu. 8.

Intellectus tex. in extrauag. execrabilis. Io. XXII. in tit. de praeb. ibi. nu. 15.

Intellectus tex. in c. si de concess. praeb. lib. 6. 2. par. c. 8. nume. 9.

Iudeis prohibuit Deus in veteri testamento commercia et coniugia aliarum gentium. 2. p. c. 23. nu. 87.

Irregularitas omnis an extinguatur per ingressum religionis Catholicae. ibi. nu. 93. cum seq.

Irregularitas aliquando sine culpa contrahitur. ibi. nu. 114. cum seq.

Iura generaliter loquentia in casu prohibito, an comprehendant Cardinales. 1. par. c. 1. nu. 14.

Ius querendum non est in bonis nostris. 1. p. c. 23. nu. 30.

Iuris querendi non habetur tanta consideratio, quantum habetur iuris iam quae sit. ibi. nu. 31. & 32.

Iurispatronatus beneficium est incompatible in eo, quae non vocavit errorem. 1. p. c. 24. nu. 107. cum seq.

Iurispatronatus beneficia vtrum comprehendantur in reservationibus, quas facit Romanus Pontifex. ibi. nu. 109. cum seq.

## L

**L**aycus non habet potestatem statuendi circa ecclesias et clericos. 1. p. c. 23. nu. 45.

Laycorum statuta circa ecclesias approbare ad Pontificem Rom. spectat. ibi. nu. 47.

Layci vtrum possint compelli ad accipiendum ordines deficientibus clericis. 2. par. c. 9. nu. 22.

Per legati secundi constitutionem vtrum censeatur reuocatus primus legatus. 2. par. c. 10. nu. 7.

Legatus potest dispensare circa pluralitatem beneficiorum, et quo pacto. ibi. c. 12. nu. 13.

Legatus vtrum possit dispensare circa Concilium generale. ibi. nu. 20.

Leges ecclesiae calamitose sunt iniusta. 1. p. c. 23. nu. 2.

Lex qua pacem conturbat iniusta est. ibi. nu. 5.

In lege veteri multi sunt prohibiti ingredi ecclesiam. ibi. nu. 90.

Legis veteris praecepta in tria distinguntur genera. ibi. num. 91.

Lege derogata, non censetur derogata ratio ipsius legis. ibi. nu. 92.

In lege veteri Deus praecipit, ministros templi esse debere ex certa tribu. ibi. nu. 133.

Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi. 2. par. c. 4. nu. 8.

## M

**M**ala duo quando imminent necessariis, minus malum est eligendum. 1. p. c. 23. nu. 23. & 2. par. c. 9. nu. 7.

Magnitudo generali clausula contenta non est, sed propria & expressam desiderat mentionem. 1. par. c. 21. nu. 2.

Magna pluralitas beneficiorum est incompatibilis. ibi. nume. 1.

Quando dicatur magnitudo, iudicis arbitrio relinquitur. ibi. nu. 15.

Membra multa sicut in vno sunt corpore, ita in ecclesia corpore. 1. par. c. 4. nu. 2.

Mens seu ratio legis potius est inspicienda, quam verba. 1. par. c. 24. nu. 63.

Mixtum sub simplicibus continetur. 1. p. c. 3. nu. 10.

Monitio vtrum sit necessaria ad hoc, vt incurrat ipso iure poena priuationis propter non residentiam in beneficio curato. 1. par. c. 8. nu. 12.

Vtrum praedicta monitio ad incurrendam amissionem ipso iure propter non residentiam in beneficiis curatis debeat esse trina, vel vnica. ibi. nu. 24.

Vtrum trina monitio, vel vnica peremptoria sit necessaria ad hoc, vt veniat quis priuandus beneficio simplici propter non residentiam. ibi. numero 25. & 26.

Monacis

# Index

Monacis praeter ceteris est auferenda dissolutionis & euagationis materia. 1. par. c. 22. nu. 2.

In monaco duo beneficia cuiusque qualitatis sunt incompatibilia. ibi. nu. 1.

Quod procedit etiam si beneficia sint simplicia. ibi. nu. 5.

Monacis seu religiosis concessa beneficia vtrum sint perpetua vel manualia. ibi. nu. 14.

Motu proprio clausula effectus enumerantur. in 1. par. c. 20. nu. 8. cum seq.

## N

**N**atura rei potius attendi debet, quam simplex denominatio. 2. p. c. 8. nu. 11.

Necessitatis causa multa in iure permittuntur aliis prohibita. 2. par. c. 9. numero 2. cum sequen.

Necessitatis & penuria causa licet proprium filium vendere. ibi. nu. 4.

Famis necessitate quod a iure permittitur, ad alias necessitates non debet extendi. ibi. nu. 5.

Necessitatis extrema tempore licitum est alienum accipere. ibi. nu. 6.

Necessaria quando duo mala sunt, minus malum est eligendum. ibi. nu. 7.

Solummodo est permittendum id, quod vrgens necessitas requirit. ibi. nu. 12.

Necessitatis causa potest quis compelli ad vendendum res proprias. ibi. nu. 21.

Necessitatis causa cessante, cessat quod ob necessitatem est dispositum. ibi. nu. 23.

Negativa est necessario probanda ab eo, qui se fundat in ea. ibi. nu. 11.

Neophitus vtrum possit ecclesiasticum beneficium obtinere. 1. par. c. 24. nu. 1. cum seq.

Nobilitatis aliqua specialia. 1. p. c. 19. nu. 23. cum seq. & 2. par. c. 12. nu. 47. cum seq.

Nominis diuersitas rei diuersitatem designat. 2. p. c. 8. num. 3.

Attendi debet natura rei potius quam simplex denominatio. ibi. nu. 11.

Notorie quando dicatur constare. 1. p. c. 13. nu. 73.

Notorie quando constat de non iure petentis restitutionem, non fit restitutio. ibi. nu. 22.

Notorium facit confessio. ibi. nu. 74.

Notorium faciunt instrumenta. ibi. nu. 75.

Notorium & euidens fit mediatis testimoniis. nu. 76.

Notorium faciunt acta iudicij. ibi. nu. 77.

Notorium facit sententia. ibi. nu. 78.

## O

**O**fficium quid sit, & in quo differat a dignitate, personatu. 1. par. c. 7. nu. 1.

Officia duo vtrum possit quis habere. 1. par. c. 8. nu. 1. & 2.

Officium dicitur ecclesiasticum beneficium. ibi. nu. 3.

Officia duo prout sunt ecclesiastica beneficia sunt incompatibilia. ibi. 4.

Officia duo etiam in eadem ecclesia sunt incompatibilia. nu. 5.

Duo officia ecclesiastica sunt incompatibilia non obstante consuetudine in contrarium, quae disponit, quod possint obtineri. ibi. nu. 6.

Duo officia vtrum possint obtineri in eadem ecclesia mediante consuetudine immemorabili. ibi. nu. 7.

Verum mediante praedicta consuetudine immemorabili possint obtineri duo beneficia in diuersis ecclesiis. ibi. nu. 8.

Per obtentionem secundi officij ecclesiastici vacat ipso iure primum officium ecclesiasticum. ibi. nu. 9.

Officium cum dignitate, vel personatu est incompatible. 1. p. c. 10. nu. 1.

Quod verum est, etiam stante consuetudine in contrarium. ibi. nu. 2.

Imo etiam si consuetudo esset immemorabilis, nibil prodest. ibi. nu. 3.

Et consuetudo contra praedicta de nouo non potest introduci. ibi. nu. 4.

Statutum etiam iuramento firmatum disponens, qd officium possit obtineri simul cum dignitate, vel personatu seruandum non est. ibi. nu. 9.

Officium sicut est incompatible cum dignitate seu personatu in eadem ecclesia ita est incompatible in diuersis ecclesiis. ibi. nu. 10.

Officium est incompatible cum Canonatu. 1. par. c. 11. nu. 1.

Praedictae incompatibilitati ratio ibidem assignatur. numero 2.

Officium cum Canonatu non solum est incompatible in eadem ecclesia, sed etiam in diuersis ecclesiis. ibi. nu. 3.

Officium cum Canonatu potest obtineri in eadem ecclesia virtute dispensationis episcopi. ibi. nu. 4.

Officium vtrum vacet ipso iure per adeptionem Canonatus. ibi. nu. 5.

Officium est incompatible cum beneficio curato. 1. p. c. 16. nu. 1. cum seq. ubi ampliatur, et limitatur.

Officium vacat ipso iure per obtentionem beneficij curati, vel econuersa. ibi. nu. 2.

Poena tex. extrauag. execrabilis habet locum, quando quis obtinet officium simul cum beneficio curato. ibi. num. 3.

Praedicta vtrum vera sint, quando officium non est curatum. ibi. nu. 4.

Officium vt possit quis obtinere cum beneficio curato, episcopus non potest dispensare. ibi. nu. 7.

Officium & beneficium curatum obtinens, non facit fructus suos. ibi. nu. 8.

Poena, qd prouenit ex obtentione officij cum beneficio curato non potest comitari ab Episcopo. ibi. nu. 11.

Officium & beneficium curatum simul vt quis possit obtinere, non valet consuetudo. ibi. nu. 15.

Officium ecclesiasticum potest obtineri cum alijs beneficiis simplicibus, qd non requirit residenciam. 2. p. c. 2. nu. 7.

Officium ecclesiasticum est compatibile cum vicariatu generali Episcopi. 2. par. c. 10. nu. 1.



# Index

Officia temporalia Episcopi non faciunt incompatibilitate cum alijs beneficijs ecclesiasticis. ibi. n. 19.  
 Omnino seu omnimodo, dictio p̄cisa est. 2. p. c. 1. n. 4.  
 Opinio fauens pia cause vtrum attendenda contra aliam communem. 1. par. c. 19. nu. 4. 4. cum seq.  
 Opinio consuetudine approbata vtrum sit attendenda contra aliam communem. ibi. nu. 46.  
 Opinio communis tenenda est in iudicando & consulendo. 2. par. c. 1. nu. 16.  
 Opinio communis attendenda est etiam in foro conscientie. ibi. nu. 17.  
 Opinio communis quando est a genere, & a remotis, & in specie est auctoritas in contrarium, vtrū sit attendenda communis opinio. 2. p. c. 12. n. 26.  
 Opinio communis quando est in limitatione, & magis communis est in regula, vtrum attendenda sit communis in limitatione. ibi. nu. 27.  
 Ordine qui caret, beneficium ecclesiasticum obtinere non potest. 1. par. c. 24. nu. 71. cum seq.  
 Ordinibus sacris initiandi bonis moribus ornati esse debent. 1. par. c. 23. nu. 130.  
 Originales ceteris paribus preferendi sunt. ibi. n. 85.  
 Originis ratio haberi non debet in concedendis beneficijs ecclesiasticis. nu. 84.

P



Actis pro bono, iuris communis regulis detrahatur. 1. par. c. 23. num. 6. cum sequen.

Paci & vnitati qui prius contrauenit, nō pot agere cōtra secūdu de pace fracta. ibi. n. 17.  
 Pacis fractio non dicitur, qui ex noua causa offēdit. ibi. nu. 18.  
 Papa est, qui a duobus paribus Cardinalium est electus. 1. par. c. 1. nu. 3.  
 Papa legibus solutus est. ibi. nu. 8.  
 Papa in toto terrarum orbe facere potest, quicquid inferiores Prelati facere possunt. ibi. nu. 9.  
 Papa in beneficalibus habet liberam facultatem disponendi. ibi. nu. 10.  
 In Papā electi beneficia et p̄siones an vacent. ibi. n. 11.  
 Papatus est ecclesiasticum beneficium. ibi. nu. 2.  
 Papatus fuit institutus de iure diuino. ibi. nu. 5.  
 Papatus an sit incompatibilis cum episcopatu. ibi. nu. 1. cum seq.  
 Papa in beneficalibus plenitudinem potestatis, ita quod possit priuare beneficiariū suo beneficio sine causa, an habeat. 1. par. c. 13. nu. 58.  
 Papa ius diuinū pot interpretari. 1. p. c. 23. nu. 80.  
 Papa non potest in fide errare. ibi. nu. 134.  
 Papā auctoritas remouet omnem suspensionem. 2. par. c. 4. nu. 13.  
 Papā competit potestas interpretandi ius diuinum seu naturale, nō verò circa id dispensandi. 2. par. c. 12. nume. 5.  
 Quo pacto intelligenda sit communis sententia, quæ habet, quod Papa potest dispensare circa ius diuinum seu naturale. ibi. nu. 6.

Papa potest dispensare circa Apostolorum Statuta. ibi. num. 7.  
 Papa potest dispensare circa pluralitatem beneficiorum. ibi. nu. 11. & 12.  
 Papa vtrum possit dispensare circa beneficiorum pluralitatem sine causa. ibi. nu. 38.  
 Parrochia differt a beneficio curato. 1. p. c. 13. n. 2.  
 Duæ parrochie non possunt vni commendari. 1. par. te. cap. 14. nu. 13.  
 Parrochie duæ sunt incompatibiles in vno beneficiario. 1. par. c. 13. nu. 12. cum seq.  
 Patriarchatus duo sunt incompatibiles in vno Patriarcha. 1. par. c. 3. nu. 8.  
 Patriarchatus cum Episcopatu vel Archiepiscopatu est incompatibilis. ibi. nu. 9.  
 Paupertas quando est causa inuentionis agentis debet probari. 2. par. c. 9. nu. 10.  
 Pensio an sit ecclesiasticum beneficium, in præfatione. 1. par. nu. 3.  
 Pensio ecclesiastica an vacet per obtentionem Episcopatus. 1. par. c. 4. nu. 4.  
 Pensio vtrum vacet per obtentionem Abbatia. 1. par. c. 6. nu. 10.  
 Pensiones plures vtrum possit quis obtinere in eadem ecclesia. 1. par. c. 20. nu. 8.  
 Pensione vna postquam beneficium est grauatum, alia non potest grauari. ibi. nu. 19.  
 Et quid si pensio in hoc casu fuit assignata motu proprio. ibi. nu. 20. & 21.  
 Pensionem & beneficium simul habere in eadem ecclesia vtrum sit incompatibile. ibi. nu. 22.  
 Pensionum nimia pluralitas vtrum sit incompatibilis. 1. par. c. 21. nu. 12.  
 P̄sio nō est ecclesiasticū beneficium. 2. p. c. 7. n. 4. et 5.  
 Pensio cum ecclesiastico beneficio vtrum sit incompatibilis. ibi. nu. 1. cum seq.  
 P̄na, quæ ipso iure imponitur, non extenditur ad æquiparata de iure antiquo. 1. par. c. 14. nu. 26.  
 In penalibus nō debet fieri extensio de vno casu ad alium. ibi. nu. 27.  
 P̄na ipso iure imposta non extenditur ad æquiparata. 1. p. c. 16. nu. 5.  
 P̄na, quæ ipso iure imponitur, transit in heredes. ibi. nu. 9. & 10.  
 P̄na ipso iure quamuis incurrat, declaratoria sententia necessaria est. 1. par. c. 18. nu. 20.  
 Persona habet apud Latinos varias significaciones. 1. par. c. 9. nu. 11.  
 Personatus quid sit, & in quo differat a dignitate & officio. 1. par. c. 7. nu. 1.  
 Personatus proprie loquendo quid sit. 1. p. c. 9. n. 2.  
 Personatus duo sunt incompatibiles. ibi. nu. 3.  
 Per obtentionem secundum personatus vacat ipso iure primus. ibi. nu. 4.  
 Personatus per obtentionem alterius beneficij ecclesiastici simplicis non vacat. ibi. nu. 5.  
 Qui habet duos personatus ad euitandam p̄nam extrauagantis Io. XXII. sufficit, quod realiter et

CUM

# Index

cum effectu dimittat primū personatum. ibi. nu. 6.  
 Ad personatum qui habet expectatiuam, si alium personatum pacifice obtineat, censetur renuncia re expectatiue. ibi. nu. 7.  
 Personatus cum dignitate, vel officio est incompatibilis. 1. par. c. 10. nu. 1.  
 Quod verum est, etiam stante consuetudine in contrarium. ibi. nu. 2.  
 Imo etiam si consuetudo esset immemorabilis, nihil prodesset. ibi. nu. 3.  
 Et consuetudo contra hoc de nouo non potest introduci. ibi. nu. 4.  
 Statutum iuramento firmatum contra hanc incompatibilitatem seruandum non est. ibi. nu. 9.  
 Sicut personatus est incompatibilis cum dignitate, vel officio in eadem ecclesia, ita in diuersis. n. 10.  
 Personatus cum Canonicatu est incompatibilis. 1. par. c. 11. nu. 1.  
 Ratio predictæ incompatibilitatis assignatur. ibi. n. 2.  
 Hæc incompatibilitas vera est non solum in eadem ecclesia, sed etiam in diuersis. ibi. nu. 3.  
 Episcopus potest dispensare in hac incompatibilitate. ibi. nu. 4.  
 Personatus vtrum vacet ipso iure per adeptionem Canonici. ibi. nu. 5.  
 Personatus est incompatibilis cum beneficio curato. 1. par. c. 16. nu. 1.  
 Personatus vacat ipso iure per obtentionem beneficij curati, & conuerso. ibi. nu. 2.  
 P̄na tex. in extrauag. execrabilis, habet locum, quando quis obtinet dignitatem, personatum, seu officium cum beneficio curato. ibi. nu. 3.  
 Predicta incompatibilitas vtrum procedat, si personatus non sit curatus. ibi. nu. 4.  
 Episcopus non potest dispensare contra hanc incompatibilitatem. ibi. nu. 7.  
 Obtinens personatum cum beneficio curato non facit fructus suos. ibi. nu. 8.  
 P̄na ex hac incompatibilitate proueniens non potest ab Episcopo commutari. ibi. nu. 11.  
 Consuetudo non procedit contra hanc incompatibilitatem. ibi. nu. 15.  
 Hæc incompatibilitas ampliatur multis modis. ibi. nu. 2. vsque ad nu. 5.  
 Hæc incompatibilitas limitatur multis modis. ibi. nu. 16. vsque ad nu. 19.  
 Personatus potest obtineri cum alijs beneficijs, quæ residentiam non requirunt. 2. par. c. 2. nu. 8.  
 Personatus est compatibilis cum Vicariatu generali Episcopi. 2. par. c. 10. nu. 1.  
 Populus dicitur constare ex decem hominibus. 2. par. c. 5. nu. 19.  
 Portio obtineri potest cum beneficijs simplicibus residentiam non requirentibus. 2. par. c. 2. nu. 11.  
 Possessio beneficiorum barbari non debet Episcopus inauditus. 1. p. c. 4. nu. 8.  
 Possessio pacifica quæ dicitur. 1. par. c. 13. nu. 80.  
 Pluralitas magna beneficiorum est incompatibilis.

1. par. c. 21. nu. 1. cum seq.  
 Pluralitatem nimiam præstimoniorum habere in titulum est incompatibile. ibi. nu. 10.  
 Pluralitas nimia pensionū est incompatibilis. ibi. n. 12.  
 Predicta incompatibilitas proueniens ex pluralitate limitatur. ibi. num. 13.  
 Pluralitas magna beneficiorum quando dicitur. ibi. nu. 14. cum seq.  
 Cetera quoad pluralitatem, vide in verbo beneficiū.  
 Præbenda est duplex, temporalis & spiritualis. 1. par. c. 12. nu. 2.  
 Inter præbendam & canonicatum est maxima differentia. ibi. nu. 1.  
 Præbenda sumitur quinq; modis. ibi. nu. 3.  
 Sine præbenda potest esse Canonicus. ibi. nu. 4.  
 Præbenda non dicitur collata collato Canonicatu. ibi. nume. 5.  
 Duas præbendas habere cum duobus canonicatibus, est incompatible non solum in diuersis ecclesijs, sed etiam in eadem. ibi. nu. 9. & 10.  
 Obtinens præbendam secundam cum canonicatu vtrū censeatur renunciare primis canonicatui & p̄reben. ibi. nu. 12.  
 Qui habet duos canonicatus cum duabus præbendis, vtrū debeat habere duas distributiones quotidianas. ibi. nu. 16.  
 Prædicare euangelium omni creaturæ debet & tenetur ecclesia Catholica. 1. par. c. 23. nu. 27.  
 Prelati & Pastores præter Rom. Pont. sunt necessarii in ecclesia Dei. 1. par. c. 1. nu. 6.  
 Præstimonium non concessa in titulum sunt compatibilia cum vno beneficio ecclesiastico. 2. par. c. 7. nu. 1. cum seq.  
 Præstimonium non assignatum in titulum non est beneficium. ibi. nu. 11.  
 Præstimonium multa sunt compatibilia, quando in titulum non assignantur. 2. par. c. 8. n. 1. cum seq.  
 Præstimonij natura diuersa est a natura beneficij. ibi. nu. 4.  
 Præstimonij mentio an sit necessaria in impetratione beneficij, quando præstimonium non est concessum in titulum. ibi. nu. 5.  
 Præstimonium beneficij appellatione non comprehenditur in materia expectatiuarij. ibi. n. 6. cū seq.  
 Præstimonium in Hispania communiter cōsuea sunt dari in titulum beneficij. ibi. nu. 15.  
 Præferendi sunt inter cives illi, qui ex honestis nati sunt parentibus. 1. par. c. 23. nu. 74.  
 Præferendi sunt originarij ceteris paribus in materia beneficiorum. ibi. nu. 85.  
 In priore habent locum, quæ de Abbate dicuntur. 1. par. c. 6. nu. 2.  
 Prior Ecclesie Collegiatæ dicitur habere dignitatem. 1. par. c. 7. nu. 2.  
 Priuatio imponenda non est, nisi in casibus a iure expressis. 1. par. c. 4. nu. 5.  
 Priuatio beneficij ipso iure inducitur obligat beneficiarium in foro conscientie. 1. par. c. 13. nu. 61.

Præb-

# Index

Probationes multa imperfecte iunguntur ad plenam probationem faciendam. 2. par. c. 5. nu. 3.  
 Procurator ad iudicia, siue ad negotia censetur reuocatus per constitutionem secundi procuratoris. 2. par. c. 10. nu. 5.



**Q**ualitates multa simul iuncta magis operantur, quam pauca. 1. p. c. 21. n. 3.  
 Qualitas que sit exprimenda in rescripto relinq̄ arbitrio iudicis. 1. p. c. 24. n. 91.

R



**R**atio legis quando cessat actu non tamen exemplo, non debet cessare legis dispositio. 1. par. c. 22. nu. 9.  
 Ratione legis remota cessante, non cessat lex. ibi. nu. 10.

Due rationes vnius legis quando sunt, vna cessante non cessat lex. ibi. nu. 11.

Ratio & mens legis potius est inspicienda quam verba legis. 1. par. c. 24. nu. 67.

Ratio in quibuscumque dispositionibus imprimis & ante omnia est attendenda. 2. par. c. 11. nu. 20.

Regularis debet exprimere in impetratione beneficium esse regulare & econuerso. 1. p. c. 24. n. 93.

Religiosus non potest habere duo beneficia, quia in eo sunt incompatibilia. 1. par. c. 23. nu. 3.

Residentia Episcoporum necessaria est in proprijs Episcopatibus, et an id sit de iure diuino. 1. p. c. 1. n. 4.

Residentiam qua beneficia requirunt de iure communi. 1. par. c. 17. nu. 1. cum seq.

Utrum valeat consuetudo, quod Canonici & Portuarij non teneantur ad residentiam. ibi. nu. 4. cum seq.

Utrum valeat consuetudo, quod non residens recipiat absentia distributiones quotidianas. ibi. n. 5. vbi ponitur regula citi ampliationib. & limitationib.

Residentiam requirunt beneficia curata. ibi. nu. 21.

Utrum valeat consuetudo, quod in curatis non teneatur quis residere personaliter. ibi. nu. 22.

Residentiam requirunt illa beneficia, que de statuto, consuetudine, privilegio eam habent. ibi. nu. 23.

Residentiam vtrum de iure requirant simplicia beneficia. ibi. nu. 24. cum seq.

Residentie fieri debet mentio in impetratione beneficij. ibi. nu. 27.

Utrum valeat consuetudo, quod in simplicibus non teneatur quis residere. ibi. nu. 26.

A residentia vtrum possit quis ex iniustis causis excusari. ibi. nu. 28. cum seq.

A residentia vtrum excusetur is, qui dispensatus est super pluralitate. ibi. nu. 29.

Residentiam requirunt duo beneficia sunt incompatibilia. ibi. nu. 30.

Residentiam requirunt beneficium simplex vtrum vacet ipso iure propter ademptionem secundi similis. ibi. nu. 39. cum seq. maxime nu. 42. vbi limitatur & declaratur.

Non residens in beneficio, vtrum sit priuatus ipso iure, vel veniat priuandus. 1. p. c. 18. n. 4. cum seq.

Utrum ad hoc vt incurrat ipso iure pene priuationis propter non residentiam in beneficio curato sit necessaria monitio tanquam pambula. ibi. n. 12.

Priuandus simplicij beneficio propter non residentiam vtrum sit monendus, seu citandus trina monitione, vel sufficiat vnica peremptoria. ibi. n. 25. & 26.

Utrum monitio ad incurrandam amissionem beneficij curati ipso iure propter non residentiam debeat esse trina, vel vnica. ibi. nu. 24.

Quando testator mandauit, quod in altari diuina celebrarentur, obtinens altare non tenetur persona liter residere. 2. par. c. 1. nu. 2.

An omne beneficium quantumcumque; minimum de iure communi requirat residentiam personalem. ibi. nu. 3. & 21.

Romanus Pontifex, vide supra in verbo. Papa.

S



**S**acramenta sunt necessaria in Republica Christiana ad animarum salutem. 2. par. c. 9. num. 28.

Scandalum quando sequeretur, excusatur non obtemperans superioris mandato. 1. par. cap. 2. 1. nume. 5.

Scandalum quid sit, & quotplex. ibi. nu. 6.

Scandalum vtilius nasci permittitur, quam veritas relinquatur. ibi. nu. 7.

Aliqua de scandalo traduntur in 1. par. in c. 23. nu. 19. cum sequen.

Scientiam quando quis non habet, non potest obtinere beneficium ecclesiasticum, quia in eo est incompatible. 1. p. c. 24. nu. 28. cum seq.

Scientie defectus an sit dispensabilis. ibi. nu. 30.

Quae scientia sit necessaria in quocunq; beneficio latissime. ibi. nu. 31. vsque ad nu. 41.

Scientia certa, clausula quos effectus habeat, late tractatur. ibi. nu. 54. cum seq.

Senex vtrum inter infirmos connumeretur. 1. p. c. 17. num. 17.

Senectus quo pacto cognoscatur, iudicis arbitrio relinquitur. ibi. nu. 18.

Singularitas ad pluralitatem referri vtrum possit. 2. par. c. 1. nu. 25.

Singularitas non potest ad pluralitatem referri, et contra, quando aliquid pro forma requiritur. ibi. nume. 26.

Singularis numerus ad pluralitatem refertur, quando in eo militat eadem ratio. ibi. nu. 33.

Specialiter quando aliquid inducitur a iure, ius commune est in contrarium. 1. par. c. 6. nu. 7.

Spoliatus primo beneficio curato si aliud beneficium curatum obtineat, videtur renunciare primo beneficio & spolio. 1. par. c. 13. nu. 16. cum seq. vbi declaratur, quo pacto id procedat.

Spoliatus possessione beneficij quod vacauit ipso iure, vtrum possit agere interdicto vnde vi. ibi. nu. 68. cum seq.

Quando

# Index

Quando notorie constat de non spoliati iure, non fit restitutio. ibid. num. 72.

Spoliatus possessione, quam habet contra decretum irritans, non potest petere restitutionem. 1. p. c. 10. n. 8.

Statuta sunt in aliquibus ecclesijs Hispania, que non admittunt ad Carum beneficia, nisi descendentes ex antiquis Christianis. 1. par. c. 23. n. 1. cum seq.

Statuta preadicta vtrum sint iusta, & confirmanda, ibid. n. 2. cum seq. ubi usq; ad n. 86. adducuntur argumenta pro parte negatiua, & eis satisficit, a nu. aut 87. usq; in fine adducuntur argumenta pro parte affirmatiua, et eorum impugnatio. respodetur.

Statuta ecclesie calamitosa sunt iniusta. ibi. nume. 2. cum sequen.

Statutorum mentes sunt attendenda. n. 4. et 12. ibi.

Statutum censetur odiosum, seu favorabile ex principali intentione Statuentium, ibid. num. 13.

Non est valida hec consequentia, hoc Statutum derogat iuri communi, ergo est iniurium. ibi. nu. 57.

Statuta contra ius canonicum facere non possunt inferiores Roman. Pont. ibi. nu. 61.

Predicti tamen inferiores possunt statuendo adiutare ius commune aggravando penam. ibi. n. 62.

Statuta contra sacram scripturam & diuinam legem sunt iniura & nulla. ibi. nu. 77.

Statuta, que non admittunt ad beneficia, nisi descendetes ex antiquis Christianis, dantur multi doctores. ibi. n. 81.

Statuta huiusmodi vtrum fuerint reuocata per Concilium Basiliense. ibi. nu. 82. cum seq.

Statuto potest quis puniri pena pecuniaria pro alterius culpa. ibi. nu. 107. cum seq.

Statuta, que non admittunt ad beneficia, nisi descendentes ex antiquis Christianis, aliqui scribentes tenent, quod sunt iusta. ibi. nu. 135.

Ex Statutorum huiusmodi defensione aliqua inferuntur notari digna. ibi. nu. 136. cum seq.

Statuto mediante licita est beneficiorum pluralitas. 1. p. c. 11. n. 28. vbi declaratur, quo pacto id procedat.

Statuti facti super aliqua re ab his, qui non habent potestatem super ea statuendi, nullum est. ibi. nu. 129.

Qui habent iurisdictionem super aliqua re, possunt super ea statuere. ibi. nu. 31.

Statuere potest vniuersitas circa negotia ad eius curam pertinentia. ibi. nu. 31.

Statuere contra ius non potest episcopus cum clericis. n. 32.

Statuti quod disponit, vt dignitas, personatus, seu officium possit obtineri simul cum canonicatu, seu portione, quando vterq; est sufficiens ad congruam sustentationem, non est seruandum. ibi. nu. 33.

Statuti contra bonos mores non valent. ibi. nu. 33.

Statuti causa cessante debet statuti cessare. ibi. n. 34.

Statutum est iuramento firmatum, disponens, quod dignitas cum officio, seu personatus, vel officium cum personatus possit obtineri, non est obseruandum. 1. p. c. 10. n. 9.

Stylus Curie Romanę lege seruandus est. 1. p. c. 2. n. 7.

Subrogati sunt natum a eius, cuius locum subrogat. 2. p. c. 7. n. 7. vbi declaratur duob. modis. n. 8. et 9.

Summus Pontificatus an sit incompatibilis cum alia

Episcopatu. 1. par. c. 1. nu. 1. cum seq.

Summus Pontificatus est ecclesiasticum beneficium. ibi. n. 2.

Summus Pontificatus fuit de iure diuino institutus. ibi. nume. 5.

Reliqua circa summum Pontificatum & summum Pontificem, vide supra in verbo Papa.

Suppressio quid sit, & in quo differat ab incorporatione, annexione, applicatione, extinctione, dismembratione. in 2. par. c. 3. nu. 3.

Suspicio est maximi effectus. 1. p. c. 23. n. 122. cum seq.

Suspicio falsi vtrum pro veritate habeatur. ibi. n. 124.

Suspectus de heresi abiurare cogitur errores, de quibus suspectus est. ibi. nu. 125.

De similibus ad similia idem est iudicium. ibi. n. 40.

Simile quod dicatur, relinquitur arbitrio iudicis. ibi. n. 42.

Suus quis dicatur in iure. 1. par. c. 19. nu. 39.

T



**T**estis de auditu probat in antiquis. 1. par. c. 23. nu. 140.

Testibus verisimilia deponentibus est fides adhibenda. ibi. nu. 142.

Testibus deponentibus pro bona fama magis creditur quam contrarium deponentibus. ibi. nu. 143.

Testibus deponentibus in specie potius quam in genere creditur. ibi. nu. 144.

Testibus dignioribus magis creditur. ibi. nu. 145.

Testibus deponentibus cum causa redditione magis creditur. ibi. nu. 146.

Testibus deponentibus in fauorem rei potius creditur quam deponentibus in fauorem actoris. ibi. n. 147.

Magis creditur testibus, qui iuris presumptione possunt esse melius informati. ibi. nu. 148.

Testis vtrum possit esse inimicus. ibi. nu. 149.

Testis esse vtrum possit inimicus reconciliatus. ibi. numero 150.

Ad testem repellendum a testimonio, iudicis arbitrio relinquitur, que causa inimicitie sit sufficiens. ibi. nume. 151.

Tutor primus non censetur reuocatus per constitutionem secundi. 1. par. c. 10. nu. 8.

V



**V**acare beneficium ipso iure vel per sententiam multum interest. 1. par. cap. 13. nu. 59. vbi ponuntur multi effectus innumeris seq.

Si vacat ipso iure beneficium non est locus penitentia. ibi. nume. 65.

Si vacat beneficium ipso iure admittitur contra beneficium exceptio priuationis. ibi. nu. 67.

Vacet vtrum ipso iure primum beneficium simplex residentiam requirens propter ademptionem secundi similis. 1. par. c. 17. nu. 39.

Multi casus, in quibus ipso iure vacat beneficium residentiam requirens propter ademptionem secundi beneficij similis, ponuntur. ibi. numero 41.

Quamuis

# Index

- Quamvis non vacet ipso iure regulariter primum beneficium simplex etiam residenciam requirens per obtentionem secundi similis, tamē datur optio ipsi beneficiario, ut eligat quod voluerit.* ib. n. 43.
- Vacet utrum ipso iure primum beneficium per obtentionem secundi, quando alterum et curatum, & alterum simplex residenciam requirens.* 1. parte. cap. 18. nu. 30.
- Vacet utrum primum beneficium ipso iure per obtentionem secundi in eadē ecclesia.* 1. p. c. 20. n. 26.
- Vacat ipso iure primum beneficium monaci seu religiosi per obtentionem secundi.* 1. p. c. 22. n. 13.
- Vacat ipso iure primum beneficium curatum per adptionem secundi similis, etiam si vtrūq; sit necessarium ad congruam sustentationem.* 2. p. c. 5. nu. 5.
- Verba canonis sunt inspicienda & obseruanda.* 1. par. c. 14. nu. 17.
- Verba generalia generaliter præiudicant.* ibi. num. 18. & 20.
- Verba indefinita equipollēt vniuersalibus.* ibi. n. 19.
- Verba intelligi debēt pro famosiori significatu.* ibidem, numero 23.
- Verba sunt intelligenda cum effectu.* ibi. nu. 24.
- Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam.* ibi. nu. 25.
- Verba legis non solum sunt inspicienda, sed etiam mens.* ibi. nu. 28.
- Verba, quæ possunt trahi ad casum licitum, & ad illicitum, magis ad licitum trahi debēt.* 2. p. c. 1. n. 28.
- Verba legis, seu Canonis pro prima vice intelliguntur, et quando non.* ibi. nu. 29. cum seq.
- Verba indefinita equipollēt vniuersalibus.* 2. par. c. 4. nume. 9.
- Verba quando clara sunt, ab ipsis recedere non licet.* ibi. nu. 17.
- Versimile quando dicatur, relinquitur arbitrio boni viri.* 1. par. c. 23. nu. 13.
- Versimile dicitur, quod est iuri communi cōforme.* ibi. num. 34.
- Vicarius quis dicatur.* 1. par. c. 15. nu. 1.
- Vicarius reliqui debet, quando sit vnio beneficij.* ibi. num. 2.
- Vicarius multis modis constituitur.* ibi. n. 2. cū seq.
- Per Vicarium vtrum possit quis beneficium deseruire.* ibi. num. 20.
- Vicarium suum quando voluerit, potest Episcopus renouare.* 2. par. c. 10. nu. 3.
- Vicarius Episcopi vtrum censetur renouatus per constitutionem secundi vicarij.* ibi. nu. 4.
- Ad vicarium tenendum potest cogi Episcopus.* ibi. n. 9.
- Vicaria constitui potest dupliciter, vel ad tempus, vel imperpetuum.* 1. par. c. 15. nu. 8.
- Vicaria duæ perpetuæ sunt incompatibiles.* ibi. nu. 9. cum seq. vbi ampliatur, & limitatur.
- Vicaria perpetua prima an vacet ipso iure per obtentionem secunde similis.* ibi. nu. 18.
- In vicarijs perpetuis an habeat locum pena à iure statuta contra obtinentes plura beneficia curata.* ibi. nu. 19.
- In vicarijs an habeat locum disposita in beneficijs.* 2. par. c. 10. nu. 10.
- Vicarius generalis Episcopi vtrum sit compatibilis cum dignitate, officio, personatu, vel quocunque alio beneficio, siue simplici, siue curato.* 2. p. c. 10. nu. 1. cum seq.
- Vicarius Episcopi layco conferri non potest.* ibi. n. 11.
- Vicarius Episcopi dicitur dignitas.* ibi. num. 12.
- Vicarius Episcopi an faciat incompatibilitatem cum beneficio, quod requirit residentiam.* ibi. n. 15.
- Vicarius capituli sede vacante non est incompatibilis cum alio beneficio.* ibi. nu. 17.
- Vicarius ruralis Episcopi si sit temporalis, non est incompatibilis cum alio beneficio.* ibi. nu. 18.
- Vicarius Episcopi est compatibilis cum alio vicariatu perpetuo.* ibi. nu. 20.
- Vnio quid sit.* 2. par. c. 3. nu. 1.
- Vnio quibus modis fit.* ibi. n. 2.
- Vnio in quo differat ab incorporatione, annexione, suppressione, extinctione, applicatione, dismembratione.* ibi. nu. 3.
- Vnio quando fit, denominatio, fieri debet à digniori.* ibi. num. 4.
- Vnita ecclesia accessorie quæ dicatur.* ibi. nu. 5.
- Vniti quæ beneficia possunt.* ibi. nu. 6.
- Vniones quis facere possit.* ibi. nu. 7.
- Vniti beneficia ex quibus causis possint.* ibi. nu. 8.
- Vnio quam solemnitatem requirat.* ibi. nu. 9.
- Vnita simul plura beneficia de iure obtineri possunt.* ibi. num. 10.
- Vnitum beneficium, nõ dicitur beneficium.* ibi. n. 11.
- Vnitum beneficium non potest impetrari sine mentione vnionis.* ibi. nu. 12.
- Vnio potest induci mediante prescriptione.* ibi. nu. 13.
- Vnitus habens beneficium nõ necessitatur recipere ordinem aliis annexum beneficio vnito.* ibi. nu. 15.
- Vnio facta sine causa vtrum sit nulla ipso iure.* ibi. nu. 16. cum seq.
- Vnio, quæ non fuit sortita effectum, censetur renouata & nulla.* ibi. nu. 20.
- Vnio quando dicatur suum sortita effectum.* ibi. n. 21.
- Usufructuario conceditur interdictum vti possidetis.* 1. par. c. 14. nu. 7.
- Vsus communis loquendi præfertur proprietati verborum.* 2. par. c. 8. nu. 2.
- Vtile per inutile non debet in diuiduis vitari.* 1. par. c. 24. nu. 70.
- Vtilitatis publicæ causa Princeps potest inducere penam contra non delinquentes.* 1. par. cap. 23. numero 121.

L A V S D E O .

F I N I S .